

Pirote d. 1000 A.



GEORGII WOLFF-  
GANGI WEDELII

35.851

AMOENITA-  
TES MATERIÆ  
MEDICÆ.



J E N Æ,  
Sumptibus JOHANNIS BIELKII, Bibliop.

LITERIS WERTHERIANIS.

ANNO M DCC IV.







*Perillustri & Excellentissimo*

**A N T O N I O**  
**MAGLIABECHIO,**

Consiliario & Bibliothecario Ma-  
gni Ducis Hetruriæ celeberrimo,

*Patrono honoratissimo*

S. P. D.

GEORGIVS WOLFFGANGVS WEDELIVS.

**N**ondum memoria excidit  
humanissimus affectus &  
gratia Tua, quibus ignotum  
& immerentem deuincire dignatus  
es. Humanitatem cum aliis com-

):(

mu-



munem expertus sum ; Gratiam  
verò singularem seorsim in me non  
deriuatam, sed effusam.

Illam enim miris modis depræ-  
dicarunt non pauci, quibus vel co-  
ram experiri id licuit, aditu per Te  
patente ad rarissimum orbis litera-  
ti sacrum, vel commercium li-  
terarum tecum intercedit ami-  
cum ; hanc condignis celebrare  
verbis imparem me agnosco.

Aliquot elapsi sunt anni, cum de-  
sideraremus pro vsu publico Biblio-  
thecæ Ebn sinæ opera Arabica, sum-  
ptibus Medicæis superiori seculo  
excusa, quibus Serenissima fami-  
lia incredibile iuuandi literas  
stu.



studium æternitati commendauit.

Forte ad Te detulerat desiderium hoc meum amicus, cum interim Velschianum exemplar comparasset sibi Academia, ibi vero emicuit statim generosus inseruendi aliis ardor, expromptus in Germanos fauor, laudatissima in me gratia.

Enimuero ista occasio mihi cessit in beneficium, non semel testato affectu, præsto esse exemplar Ebnfinæ Tuum, quod ad me mitteres, imo urgente, vt quorsum mittendum foret, innuerem.

Ego sane gaudere primum, quod immerito beneficio obrutum me sentirem, sed dubitare, an receptare

re



re id auderem, an reuere, <sup>in</sup> Quid  
multa? Obtinui donum amplissi-  
mum tantoque magis æstimandum,  
quod tanto locorum interuallo de-  
latum, nullo sumptu meo, domui il-  
latum fit. A deo enim liberalitas Tua  
summa, a deo humanitas eximia in  
exemplum cesserat fauentibus aliis,  
vt concatenatum videretur vel  
consummatum potius beneficium.

Glorior ergo hoc dono, lætor  
hoc affectu, obstrictus hac gratia  
Tua, & ab eo vsque tempore in id  
incubui, vt tanti fauoris, erga igno-  
tum, exterum, alienum, exhibiti &  
oblati, aliquod statuerem monu-  
mentum.

Red-



Redhostire id non valeo, demereri annitar, dilaudare allaboro. Dudum Germania nostra decantat laudes Tuas & virtutes, nec vna cessat inter reliquas disfitissimas terras cognitam famam ampliari suo applausu.

Ego vero tot modis deuinctus, & ne cogitans id quidem, nedum promeritus, tacere vltcrius dubitavi, nec potui, quin publicam gratæ mentis tesseram sistam.

Sacratas nomini illustri Tuo volo AMOENITATES MATERIÆ MEDICÆ, vtinam amoenitatem, quam vultu spondent, & reuera oblaturas! Sit hoc testimonium sincerum non  
):():(  
tam



tam gratitudinis meæ, quam con-  
giarii Tui excellentissimi, vt publici-  
tus pateat, quantum & me & alios  
solitus sis in admirationem rapere.

Deus Te seruet! Vir celeberrime,  
vt serus in coelum redeas, & inter-  
pres Musarum publicus vniuerso  
orbi facem porrigas ad illustranda  
æque ac noscenda scriptorum do-  
ctissimorum arcana, ad Tuæ famæ  
immortalem splendorem. Deus Te  
seruet! Dab. Jenæ e museo 1684. d. 22.  
Febr.

PRÆ-





## PRÆFATIO AD LECTOREM BENEVOLVM.

**V**ulgato sermone tritum est, amœ-  
na non facile nauseam sui parere,  
sed repetita quoque non displice-  
re, imo eo maiorem spirare gra-  
tiam, quo frequentius subeunt vsum.

Id si vllibi verum est, profecto de natu-  
ræ arcanis est verissimum, seu ipsa sibi reli-  
cta lustremus simplicia, seu qua artis patent  
examine.

Vt robur fons est inexhaustus, labore  
exantlando magis indies scaturiens, imo  
potius oceanus quidam, in quo diuini nu-  
minis sapientia æterna ac ineffabilis se con-  
spiciendam velut speculo quodam offert.

Non solum trita ipsa sensibus afflant ma-  
iorem



*iorem tum gratiam, tum effectum, sed digesta, quæ sita, reuoluta subinde exhibent aliquod nondum visum, vel concinnius afficiens intellectum.*

*Non actum ergo videbimur agere, si Tractatui de Medicamentorum Facultatibus superaddere sustinemus si non alium, tamen alterum, quam AMOENITATVM MATERIÆ MEDICÆ nomine inscripsimus.*

*Pellexit eadem ad se animum mira sua amœnitate, maximo usu, ut non gratia delectet modo, verum utilitate summa. Omnis medica praxis huic velut basi superstructa est, forma huic materiæ, quæ medica hinc per excellentiam audit, quasi selecta ex vasto ambitu naturæ in humanæ valetudinis præsidium.*

*Sunt, qui strictioribus cancellis includunt eandem, quod dum facimus, cauendum est, ne curta nimis sit suppellex, nec arma sufficientia contra hosticam turbam non leuem*



leuem. Alii diffuso inhærent campo, ipsa  
multitudine incerti, quid eligant. Medium  
& hic tenuere beati.

Operam hinc dedimus præsentè libro, ut  
sufficienter debellari possint morbi potiori-  
bus & magis actiuis remediis, vnaque ratio  
agendi pateret, ut inculpate possimus in-  
medendi lubrico freto progredi, nec in sco-  
pulos vel syrtes adigamur, naufragium fa-  
cturi famæ, vel vitæ quoque alienæ, quam  
omni studio seruare studemus.

Perinde vero fuerit, utrum commenta-  
rii vice ac supplementi habere librum quis  
velit dicti illius, eodem tractandi ordine  
gaudentem, an seorsim exinde fructum, si  
quis inde carpendus erit, legere. Malui-  
mus enim extare utrumque solum, qui com-  
mentariis minus fauemus.

Si dicere volumus quod sentimus, pri-  
mus philosophandi gradus est, ultra vulgus  
sapere, secundus, non occupari in commen-  
tan-



tando vel refutando, tertius, magis ex natura & rebus, quam ex libris & autoribus sapere.

Repetere dicta iam noluimus, illustrare vero annisi sumus, ut conferri utraque possint, & coniunctim spectari.

Idem quoque fecimus in PHARMACIA ACROAMATICA, quam ad eundem modum apparauimus, prelo non minus committendam, si expeti id, vel non improbari saltem ab eruditioribus nouerimus. Hisque stabilitis, si Deus voluerit, demum licebit maiori commoditate luci dare PRAXIN CLINICAM, cuius specimen DE CONVULSIONE nuper dedimus.

Si vero quæ videbuntur minus adhuc laborata, vel cæteris æqualia, excusatos nos habebit LECTOR BENEVOLVS, si noverit, varie districtos non posse enitendo fœtui decoro, & cui nil addi queat, vacare.

Discursus sunt isti penso publico impensis,



*si, non extemporanei quidem, sed solícite  
concepti, varíe tamen interpolati. Vale  
LECTOR BENEVOLE, & quo affectu in,  
publicum artis incrementum ea damus, eo-  
dem accipere ne graueris. Dab. e museo  
Ienæ 1684. d. 22. Febr.*

*Nomina Juuenum insignissimorum,  
qui in exercitamenti publici vicem, certa  
quisque capita, defendenda sumpsere,  
sunt sequentia:*

1. DANIEL CHRISTOPHORVS MEINEKE,  
Quedlinburgensis Saxo.
2. IOHANNES MARTINVS EHRlich,  
Altenburgensis Misnicus.
3. CHRISTOPHORVS BECKER,  
Hemipolitanus Saxo.
4. IOHANNES PETRVS FISCHERVS,  
Coburgensis.
5. IOHANNES WILHELMVS DIMELIVS,  
Sufato-Westphalus.
6. CHRI-



6. CHRISTIANVS WILHELMVS FÖRSTERS,  
Erfurtenfis.
7. IOHANNES MICHAEL PILLINGIVS,  
Pffiffelbacenfis Thuringus.
8. CHRISTIANVS LVDOVICVS GÖCKELIVS,  
Gothanus.
9. IOHANNES WOLFFGANGVS ECKARDVS,  
Numburgenfis Misnicus.
10. IOHANNES IVSTVS HOFFMANNVS,  
Butisbacenfis Haffus.
11. IOHANNES CHRISTIANVS VRSINVS,  
Bernburgenfis Anhaltinus.
12. IOH. CHRISTOPHORVS SCHNETTERVS,  
Streiffdorfenfis Francus.
13. IEREMIAS IACOBVS Braun/  
Auguftanus.
14. IOHANNES ERASMVS KISNERVS,  
Francofurtenfis.

B.C.D.













CAPVT II.

ADSTRINGENTIA.

<i>R. Rad.</i> bistort.	}		corall.	}	
torment.			lap. hæmat.		
plantag.		in pulu.	fucc. in defl. catarrhal.		
fymph.	}	infuf.	▽ $\odot$ l. dulc. externe,	}	
		& Decoët.	figill.		
<i>Fol.</i> polyg.	}		lemn.	}	
bellid.			catechu.		in puluer.
millefol.		in	spod.		}
fanic.		&	мумia		
pyrolæ		Decoët.	tragea gr. act.		
virg. $\odot$		pulu. stypt. Heurn.			
<i>Flor.</i> balauft.	}	in puluere	Croll. Wedel. alb. &		
rof. r.		externe	rub.		
pap. rh.		inf. decoët.	croc. ♂ adstr.		
<i>Sem.</i> hyosc. alb.	}	pulu.	sperniol. Croll.	}	
plantag.			tunic. ventric. gall.		
4. frig. mai.	}	Emulf.	▽ plantag.	}	
pap. alb.			polyg.		
forba	}	pulu. decoët. inf.	fol. querc.	}	
galla		pulu. decoët.	burf. past.		
N. M.	}		torment.	}	
G. arab.			folan.		extern.
tragac.			cinam. cydon.		in
mastiche	}	in pulu.	<i>Sir.</i> corall.	}	
fuccin.			myrtin.		Potion.
fangu. drac.	}		de ros. sicc.	}	
vnic. foss.			pap. simpl.		
bol. armen.			rhœad.		
			pilosell.		
			Potio Sylu. adstr.		

Liquor stypticus internus & externus.

AD-



ADSTRINGENTIA.

CAPVT III.  
APERIENTIA.

Ra Corall. }  
antiphthif. }  
♂ adstr. } Potion.  
⊕ ⊙, }  
▽æ catech. }  
Essent. anod. }  
theriac. }  
traumat. } Mixtur.

Conseru. ros. antiq. }  
symph. } Elect.  
ther. Androm. } in &  
philon. Rom. } Bol.  
requ. Nic. }

Extr. torment. }  
biftort. }  
theriac. } in Pil.  
Laud. op. } &  
Pil. de cynogl. } Pot.

Vng. comitiff. }  
sumach. } Vngt.

Empl. de crust. pan. }  
contr. rupt. }  
diaphoen. cal. & fr. } in Empl.  
cerat. sandal. }

⊙  
⊕. extrerne,

M. cum bezoardicis, resolventibus, pectoralibus, præcipitantibus, traumaticis, stomachicis, hepaticis, specificis.

R. Rad. ari pulu. }  
acetos. }  
apii }  
alparag. }  
fœnic. }  
petrosel. }  
rusc. }  
trifol. fibr. }  
cichor. } Decoct.  
gramin. }  
polypod. }  
5. aperient. }  
Herb. absinth. com. pont. } &  
agerat. } in  
calaminth. } Infus.  
cap. ♀ }  
ceterach. }  
cochlear. }  
cuscut. }  
hepat. nob. }  
fumar. }  
spicanth. }  
ling. ceru. }  
Summit. & fl. fumar. }  
absinth. }  
cent. min. }  
hep. nob. }  
cichor. }  
bellid. }  
epithym. }  
Lign. lassifr. }  
Cort. cost. ver. }  
cappar. }  
tamarisc. }  
cinam. }  
schœnanth. }



APERIENTIA.

Aloe	} in Pilul.	♁ r. f. volat.	} in							
G. ammoniac.		⊖ l. ♂.		Potion						
Extr. acori ver.		ari		&						
Pil. ♁. Quercet.		~ cochlear.		} in						
Schroed.		⊖ *ci			Mixtur.					
Bontii		Mixt. simpl.			} in					
N. O.		antiscorbut.				} in				
de galb. S.		▽ polychrest. Rolf.					} in			
Iap. ⊖.		antiscorb. Senn.						} in		
Cryst. ♁ f. & ♂		cichor.							} in	
Crem. ♁	summit. pin.	} in								
corall.	hepat. nob.		} in							
croc. ♂ aperit.	Sirup. diafer. Andernac.									} in
c. ⊖ ib.	de f. radic.			} in						
faccharin.	byzantin.									
♁ at.	arcan. ♁ ri				} in					
Spec. diarhod. Abb.	Clyff. ♂ ii					} in				
diatr. sand.	Elixir propr.						} in			
diacurc.	♁ ale							} in		
arom. ros.	antiscorb.								} in	
pulu. cachect. Querc.	Essent. absinth. f. & comp.	} in								
stomach. Querc.	fumar.		} in							
⊖ l. ♂	Ra ♂ ij									} in
hepat. rubr.	♁ ri			} in						
Fl. ⊖ *ci	♁ Zvvölf.									
♁ ⊖ lat. & resolut.	pom.				} in					
~ ⊖ l. coag.	cydoniat.					} in				
Decoct. aperit.	helleborat.						} in			
splen. bou.	volatilis.							} in		
succi cochlear.	aperit. Mœb.								} in	
fumar.	Conseru. cochlear.	} in								
nasturt.	fumar.		} in							
absinth. &c.	⊖ cappar.									} in
⊖ l.	polychr.			} in						
♁ fat.	carmin. Mynf.									
aperit. Penot.	♁ foet.				} in					
⊖ is rectif.	Thermæ, acidulæ.					} in				

M. cum hepaticis, splenicis, antiscorbuticis, vterinis, neruinis, cephalicis, nephriticis, arthriticis, speciificis, purgantibus, febrifugis.





DISCVIENTIA.

*R. Rad.* zedoar.  
galang.  
*Herb.* chamom. f. R.  
meliff.  
ceresfol.  
hyssop.  
rosmar.  
ferpill.

*Summit.* aneth.

*Flor.* chamom.  
melilot.  
verbasq;

avena  
furfures

*Sem.* 4. carmin.  
lini.

bacc. iuniper.  
laur.

*lign.* sassafr.

⊖ comm.

⊙ carmin. &

paregoric.

aneth.

anif.

cham. ♂

scorpion.

amygd. am.

laurio.

laterin.

petrol.

in Saccul.

in Linim.  
&  
Vngt.

vngu. anod.

castor.

zibeth.

mosch.

Linim.  
in &  
Vngt.

*G.* animæ

ammon.

bdell.

elemi

copal.

tacamah.

iunip.

pix

⚠

*Empl.* de bacc. laur.

diaph. Mynf.

de melilor.

de ran. Vig. c. ♀

magnet. Ang. Sal.

ex ⚠ & ferm.

in Empl.

⊖ Vin. camph.

articul. ad extr.

in epith.

⊖ \*ci.

Vin. calid.

Pulu. crysip.

M. c. carminatiuis, cephalicis, nephri-  
ticis, paregoricis, bezoardicis, sto-  
machicis.

I. RUBEFACIENTIA  
& VESICATORIA.

℞. Rad. pyrethr. J. D. Eff.  
 allii } Catapl.  
 Fol. ranunc. }  
 Sem. sinap. } Sacc. &  
 euphorb. } Empl.  
 † }  
 ferment. } Empl.  
 theriac. } &  
 canthar. } in Catapl.  
 Empl. vesicat. }  
 amianth. } pulu. Vngt.

2. CAUSTICA &  
CORROSIUA.

℞. lap. corrosiu. }  
 vngt. de ♀ }  
 butyr. ℥ii } vel  
 ☉ ☽. } per se  
 ☿ } vel  
 cryfall. ℞ } c. aliis,  
 ☽. ust. } in  
 ♀ } vngt.  
 } &c.

3. CATHETERICA.

℞. os sepia }  
 pompholyx }  
 cinis tabac. } pulu.  
 ceruss. }  
 æs ust. } &  
 ☉ ust. }  
 ☽. alb. } in  
 ust. } Vngt.  
 conchæ calcinat. }  
 fabina }  
 euphorb. }

℞ at. Vngt.  
 dulc. }  
 Vngt. ægyptiac. } epith.  
 simpl. & comp. } in &  
 ♃ } per se  
 lap. medicament. }  
 ☽. }  
 Eff. ☿ = ti. }

4. CONTRA AMBUSTA.

℞ Rad. asphod. }  
 succ. hyosc. }  
 nicotian. }  
 solan. }  
 semperviv. }  
 cort. tilia } Vngt.  
 sambuc. }  
 olibanum }  
 album. ou. }  
 cerussa } in &  
 litharg. }  
 sebum ceruin. }  
 sperm. ran. }  
 ☉ lini } Empl.  
 ovor. }  
 † hñilat. }  
 Vngt. de litharg. }  
 alb. camph. }  
 ad ambust. Dorncr. }  
 diapomphol. }  
 Empl. de ceruss. }  
 sperm. ran. }  
 sandal. }  
 ex succis. }

b



PAREGORICA & ANODYNA

n. 1. Externa.

Rad. rhod.	} in Saccul.	G. tacamah.	} in Empl. suffit.	
zedoar.		mastich.		
galang.		carann.		
Herb. solan.	} Baln.	▽ solan.	} Epithem. & in	
linar.				aneth.
hyosc.	} For.	rosar.		
chamom.	} in	hypn. Dorner.		
nicot.	} & Saccul.	⊕ Diat.		
scrophular.		▽ simpl. & camph.		
Flor. chamom. f. R.	} For.	CC.	} quasi r. lib.	
pap. rh.				⊖*c.
melil.				formic.
verbas.		} Saccul.	fambuc.	
aneth.			carminat.	
perfic.	} in	vitell. ov.	} Catapl. for.	
eroc.	} epith. Baln.	lac		
ocul. popul.		pan. simil.		
cort. sambuc.		⊙ hyosc.	} Vngt. & in	
⊖ comm.		scorp. f. & comp.		
furfur.		ouor.		
sem. lin.	} in Saccul.	lumbic.		
hyosc.		aneth.		
4. carm.		nucl. perfic.		
papav.	} Emulsi	nucist. expr.		
nucl. perfic.			carm. M.	
cort. mandrag.		Vngt. dialth.	} Linim.	
cap. papau.	} Baln.	anodyn.		
fol. salic.	} in & Pedilun.	alabastr.		
vitis		popul.		
		zibeth.		

PARE

# PAREGOR. & ANODYNA.

*Externa.*

<i>Empl.</i> de bacc. laur.	}	Empl.
de hyosc.		
de melilot.		
diapalm.		
diaphoret. Myns.	}	&
de ran. vig. c. ☞		
de cicut.	}	in
theriaca omnis.		
mithridat.		
requ. Nicol.		
philon. Rom.	}	Liaim.
	}	epith.

<i>Sir.</i> pap. simpl.	}	Potion. & Emulf.
rh.		
diacod.		

☞ nat.	}	in puluerib. &
☞ Dianod.		
☞ i pur.	}	mixturis.
troch. narc. Plat.		
magist. anod.		
pulu. anod. con. fort.		

M. cum emollientibus, carminatiuis, bezoarticis, neruinis, discutie n-  
tibus &c.

R anod. per se & in mixt.

## 2. ANODYNA & NAR- COTICA

*Interna.*

☞ ▽ hypn. Dorncr.	}	Potion
samb.		
pap. rh.	}	&
refrig. aliaz		
	}	Emulf.

☞ Pl. vol.	}	Pil.
laud. op. s. & comp.		
theriaca Andr.	}	in
cœlest.		
elect. diascord.	}	bol.
pil. de cynoglosf.		
styrac.		
extr. croc.	}	&c.

<i>Sem.</i> 4. fr. mai.	}	in Emulf.
pæon.		
papau. alb.		
lætic.		

M. cum specificis, alteran-  
tibus, carminatiuis, nephriti-  
cis, bezoardicis.



CAPVT VIII.  
TRAUMATICA.

<b>R. Rad.</b> arist. O	} Infus.	Lign. sanct.	} Infus.	
chin.		sassafr.		
diptamn.		fraxin.		
vimar.		<b>Cort.</b> lign. sanct.		} in
lymph.		<b>Sem.</b> perfoliat.		
gentian.		plantag. } Pulu.		} Potion.
rhapont.		nux moschata		
plantag.		lap. S prepar. & magist.		} Pulu.
rub. tinct.		mumia		
scrophular.		sperm. cet.		
	bol. arm.			
	sangu. drac.			
	g diaph.			
	corall.	} in		
	osteocoll.			
	▽ sigillat.	} interne		
	Iapon.			
	pulu. contra casum			
	traum. zw.			
	sp. diamum Myns.			
	fl. ♀			
	hæmatit.			
	hina :			
	litharg.			
	cerus.			
	minium,	} Pulu.		
	plumb. ust.			
	zæa :	} in &		
	zæ. vst.			
	pomphol.	} emp I.		
	tutia			
	▽ Ol. dulc.	} externe.		
	lap. calam.			
	lic Dnæ			
	thus			
	larcocoll.			
<b>R. Rad.</b> arist. O				
chin.				
diptamn.				
vimar.				
lymph.				
gentian.				
rhapont.				
plantag.				
rub. tinct.				
scrophular.				
<b>Herb.</b> & ▽ agrim.				
alchimill.				
aristol.				
bellid.				
beton.				
ceresol.				
consol. omn.				
ving. ☉				
hed. arb. & terr.				
herniar.				
millesol.				
pilosell.				
plantag.				
pyrol.				
sanic.				
scabios.				
scord.				
zveronic.				
vinc. peruin.				
nicotian. extern.				
<b>Flor.</b> hyperic.				
bellid.				
balauft.				
rosar.				
milles.				

TRAUMATICA.

CAPVT IX.

De EMETICIS.

Essent. traumat. hyperic. catech. symph. muinix agrim.

per se & in Mixt.

Decoct. traum. Lond.

terebinth. ri foetid. ouor. petr. hyper.

Vngt.

bals. de Peru de Capaib. vulnerar Minder. is extern.

in Empl. & per se

vngt. potab. rubr. & vir.

Extr. agrim. hyperic. heder. terr. plantag. scabios.

Pil. in pot.

Empl. de beton. opoteld. stict. Croll. sperm. ran. lap. calam. dia Rul. pomphol. contra rupt. fract. diachalc. hñina

in Empl.

G. elemi, & alia

M. cum pectoralibus, bezoardicis, anodynis, resoluentibus &c.

R. rad. asar. in pulu. g. gutt.

vit. emet. pulu. pil. &c.

oxysach. emet. benedict. Rul. Potioni.

elect. dial. Fern. Bol. Mixt. Pot.

2. De ANTEMETICIS.

R. Rad. bistort. torment. zedoar. galang. Infus.

Herb. menth. absinth. abrot. in

cinam. NM. mac. mastich. caryoph. cort. citr. Catapl.

Spec. pro catapl. de fer. ment. Mynf.



CAPVT X.

DE PURGANTIBVS.

corallia }  
 ebur s. Δ }  
 pulu. stomach. Querc. in Pulu.  
 Sypr. N. O. }  
 croc. ♂ adstr. }

laud. op. } in bol. pulu.  
 theriac. } pot. & pil.  
 extr. zedoar. }

▽ cinnamom. c.v. & cyd. }  
 menth. } Potion.  
 theriac. }

essent. theriac. }  
 Ra corall. } Potion.  
 ♂ adstr. }  
 ▽ japon. }  
 elix. propr. Parac. } in

Helm. } &  
 maluat. iunip. }  
 sir. myrtin. } mixt.  
 corall. }

Empl. de crust. pan. }  
 g. tacamah. } in Empl.  
 de ladan. } &  
 mastich. }

⊙ nucist. expr. } vngu.  
 ♂ ta aromat. omnia. }

M. cum stomachicis, bezoardicis,  
 nephriticis &c.

℞. fibr. hell. nigr. }  
 rhabarb. Alex. } Inf.  
 mechoac. alb. } in &  
 senn. Alex. } Deco&  
 agaric. trocha. } &c.  
 epithym. }  
 turpet. }

Fl. acac. }  
 persicor. } Inf.  
 viol. } in &  
 ros. }

summit. fumar. }  
 cent. min. } Deco&

gialap. }  
 mechoac. } pulverib.

resin. scam. }  
 gial. }

carb. tric. }  
 mag. g. gutt. } in

spec. diagal. }  
 diaturb. c. rh. }  
 pulu. laxat. veg. } bol. pil.  
 diasen. Montagn. }

cryst. ☿ }  
 aloe rosat. }  
 violat. }

Extr. agaric. }  
 coloc. }  
 hell. nigr. }  
 elater. } in Pilul.  
 esul. }

rhabarb. }  
 panchym. Croll. }  
 cathol. Anders. }

MP ☿ ear. }  
 de gummat. S. }  
 ♂ dulc. }

pulp. tamarind. }  
 cassia } Bol.  
 manna }  
 Elect. lenitiv. } in Elect.  
 cathol. } &  
 fir. de cich. c. rhab. } Potion.  
 M. cum alterantibus, cephalicis,  
 emollientibus, pectoralibus, a-  
 liisque variis.

CAPVT XI.  
 De DIVRETICIS.

Rad. asparag. }  
 bard. }  
 apii }  
 chin. }  
 alth. }  
 gramin. }  
 glycyrrh. } Decoct.  
 ononid. }  
 pimpin. }  
 rub. tinct. }  
 rusc. }  
 vincetox. }  
 s. aperient. mai. } &  
 min. }  
 Fol. cerefol. } in  
 cap. ♀ }  
 hed. terrestr. }  
 virg. ☉ }  
 rosmar. }  
 Flor. chamom. }  
 genist. } infus.  
 Sem. dauc. }  
 fraxin. }  
 saxifrag. }  
 baec. iuniper. }  
 sic. rub. }  
 lign. nephrit. }

Sem. 4. fr. mai. }  
 viol. } in Emull.  
 milii solis }  
 alkek. }  
 Sem. lycopod. }  
 succin. alb. præparat. }  
 asell. præparat. }  
 lap. ☉ præpar. & mag. }  
 test. ovar. præparat. }  
 cochinil. }  
 lap. nephrit. } in Pulv.  
 arc. dupl. M. }  
 ☉ ononid. }  
 genist. }  
 junip. }  
 succin. vol. }  
 ♀ ☉ lat. }  
 troch. de alkek. }  
 ▽ halicac. }  
 cerefol. }  
 nephrit. } Potiom.  
 fragar. } &  
 ☉ aperit. Penot. }  
 fragor, } in  
 ♀ } per se.  
 clyff. ♂ii }  
 Ra aperit }  
 ♀ s. & c. }  
 ♂ii }  
 silic. Glaub. }  
 arcan. ♀ }  
 maluat. iuniper. }  
 lixiu. bened. Myrs. } in Potiom.  
 fir. dialth. Fern. } & per se.  
 cap. ♀ }



rob. ebul. }  
 alkek. } in pil. bol.  
 bals. ♁ } & per se  
 Vngt. dialth. }  
 scorp. } Vngu.  
 succin. } in  
 tereb. } & lin.  
 iuniper. }  
 anif. & arom. alia }  
 M<sup>o</sup>. de tereb. } in Pil.  
 M. cum nephriticis, resoluentibus,  
 emollientibus, aperientibus &  
 aliis.

CAPVT XII.  
 DIAPHORETICA.

℞. Rad. contraieru. } Pulv. & Decoct.  
 chin. }  
 sarf. par. }  
 scorz. }  
 bezoardicæ omnes } in Decoct.  
 lign. fallacr. }  
 sanct. }  
 cort. eorund. }  
 chin. chin. } Pulv. Inf.  
 fol. card. ben. } Pulv. decoct.  
 Sem. aquileg. }  
 napi } Emuls.  
 citri }  
 card. ben. }  
 lap. bez. or. }  
 occid. }  
 G. C. phil. }

ust.  
 conch. præp.  
 vnic. fossil.  
 ver.  
 ♁ natiu.  
 ♂ ii  
 fl. ♁  
 ⊖ \*ci  
 pulu. bez.  
 ♂ diaph.  
 bez. miner.  
 ♁ ale  
 ♀ fix. Helm.  
 mag. C. C.  
 spin. viper.  
 ♁ ♂ it. ♂ ii pur.  
 ⊖ absinth.  
 card. ben.  
 C. C. volat.  
 arcan. dupl.  
 C. C. f. & succinat.  
 ebor.  
 viper.  
 ♁  
 theriac. camph.  
 mixt. simpl.  
 ℞. bezoard.  
 † bezoard.  
 ▽ card. ben.  
 galeg.  
 vlmr.  
 sambuc.  
 bezoardic.  
 hidrot. Zving.  
 cordial. H. S. fr.  
 Essent. anod.  
 sir. pap. f. & rh.

Puluer.

&

variatio-  
nibus

pulve-  
rum.

Potien.

&

mixt.

opia-

opiata alia  
 theriac, Androm;  
 coelest. } bol.  
 } pil.  
 mithridat. in  
 rob. ebul. } elect.  
 sambuc. }  
 Elect. diafcond. Fr. } pot. &c.  
 camphor. Kegl.  
 oruieran. &c.  
 M. cum anodynis, trau-  
 mat. &c.

CAPVT XIII.  
 CARMINATIVA.

Rx. Rad. carlin. }  
 acor. }  
 mei, } pulu.  
 helen. }  
 galang. }  
 zedoar. }  
 fol. & herb. stomach. } Saccul.  
 menth. }  
 thym. &c. in Forib.  
 fl. cham. Rom. }  
 summ. aneth. }  
 sem. 4. carm. } interne  
 bacc. laur. iuniper. }  
 caryoph. arom. } &  
 & alia arom. }  
 cort. aurant. citr. } externe  
 spec. diacymin. }  
 castor. }  
 spolit. G. } Puluer.  
 aromatica caryoph. }  
 diagalang. } Elect.  
 diaph. in  
 Elect. de bacc. laur. } Potion.  
 diacor. }  
 mithrid. } & mixt.  
 theriac. }  
 fulm. }

▽ carmin. Dorner. }  
 & essent. carminat. }  
 cortic. citr. } Potion  
 zedoar. }  
 theriacal. in  
 ① dulc. }  
 ② \*ci anis. } & mixt.  
 menth. essentif. }  
 elix. vit. M. }  
 ③ anis. }  
 aneth. } Elæof.  
 rut. } coct. & R  
 caru. } Vegt.  
 nucist. } Linim.  
 zedoar. }  
 laur. in  
 ʒis } Balf.  
 carm. Mynf. }  
 polychr. }  
 zibeth. } Empl.  
 empl. de bacc. laur. }

M. cum neruinis, stomachicis, ano-  
 dynis, vterinis, discutientibus, dia-  
 phoreticis &c.

CAPVT XIV.

I. LAC ARGENTIA.

Rx. Fl. sambuc. in } Decoct.  
 H. vinc. peruinc. } c. Lact.  
 cryst. præparat. }  
 lac Dæ }  
 lumbric. terrestr. præp. }  
 spec. diacryft. in Pulu.  
 sem. & ol. anis. }  
 Rotul. lac prouoc. Mynf. }  
 ʒ viu. extern. }



2. *LAC MINVENTIA* &  
*RESOLVENTIA.*

Rx. *Empl.* diach. s. }  
de sperm. cet. in *Empl.*  
ranar. }  
album coct. }  
salu. }  
croc. }  
⊖ comm. in *Saccul.*  
camph. }  
eerefol. }  
petrosel. } in *epi-*  
decoct. caru. c. ♯. } them.

3. *APHRODISIACA.*

Rx. *Essent.* rad. satyr. s. & c. } *Portion.*  
ambr. } &  
▽ magnanim. s. & in *Essent.*  
compof. Laur. }

scineus marin. } *Pulv.*  
bolet. ceruin. }  
borax Ven. }  
aromata omnia }  
ambra }  
mosch. in }  
priap. ceruin. } *Elect.*  
rad. eryng. condit. }  
elect. diafatyr. }  
fr. conferv. zinzib. }  
rot. stimul. Mynf. }  
econf. alkerm. } per se  
succokad. Ind. } &  
ess. aphrodis. } cum  
pil. aphrodis. } aliis

4. *ANTAPHRODISIACA.*

Rx. ▽ lactuc. }  
nymph. } *Emuls.*  
castit. } *Pot.*  
*Emuls.* cannab. & alia }  
frigida }  
sacch. hni }  
os sep. præp. & mag. in }  
sem. vitic. }  
camph. } &  
Ⓞ Sat }  
hnum }  
essent. castit. } per se.  
succin. }  
Ra antiphthif. }  
hep. rubr. }

M. cum diaphoreticis, purificantibus, anodynis, temperantibus, traumaticis &c.

CAPVT XV.  
*EMMENAGOGA.*

Rx. *Rad.* rub. tinct. }  
zedoar. } *respectiv.*  
aperient. }  
*Fol.* artemis. }  
calamentis. in }  
eerefol. }  
dipt. Cret. }  
marrub. alb. ▽  
matricar. } *Decoct.*  
meliss. }  
malu. }  
nepet. }  
gial. }  
puleg. }  
rosmar. }

A. sabin.

fabin.  
Fl. calend.  
cheir.

croc.  
anthophyll.  
bacc. laur.  
cic. rub.  
cost. arab.  
purgantia  
aromata

Pil. de trib.  
MP  $\square$  car.

g. \*ci  
extr. fabin.  
artem.  
zedoar.

spec. dialace.  
croc.  $\square$  aperit.  
pulu. cachect. c. & f.  $\square$ .  
borax  
myrrh.

fl.  $\square$   
succin.

troch. de myrrh.  
 $\ominus$  artemis.  
succin. vol.

$\square$  fulig.  
C. C. f. & succin.

$\ominus$  \*ci  
elix. vter. Croll.  
p. p. aromatiz.  
essent. myrrh. bals.  
croc.

Ra.  $\square$  aper. cydon.  $\square$  ca,

Ra.  $\square$  ri  
bez. Mich.

str. cap.  $\square$

Baln.

Infus.

in Pil.

in Puluerib.

Mixt.

in

&

per se

$\square$   $\square$  cinam.

fabin. f. & crocat. M. } per se

luccin. } &

castor. } in pil.

iunip. } &c.

molis. }

croc. }

M. cum aperiantibus, emollientibus,  
confortantibus, aromaticis, vterinis.

CAPVT XVI.

ANTHELMINTICA.

Ra. Rad. carlin.

fil. c.

rhab.

zedoar.

fraxinell.

Herb. abinth.

verben.

scord.

card. ben.

gratiol.

nicotian. extern.

scrophul.

fabin.

fol. & fl. persic.

fumar.

tanacet.

summit. cent. min.

Sem. cynae seu

fontonic.

C. C. uff.

$\square$  dulc. in pil.

pulu. ad verm. A.

corallin.

castor.

fl.  $\square$

arcana. duplic.

in Puluerib.

Infus.

Decoct.

Clyst.

in puluerib.



CAPVT XVII.

RESOLVENTIA.

☉ absinth.  
 tanac.  
 heraclin.  
 laurin.  
 zedoar.  
 spic. &c.

Pulu.

in &

Vngt.

fem. staph. agr.  
 camph.  
 ☿ viv. int. & extern.

in Vngt.

☉ colocynth.  
 fel taur.  
 troch. alhand.  
 helleb. alb.  
 extr. aloes.  
 vngt. popul.

Essent. absinth.  
 cent. min.  
 zedoar.  
 myrrh.

Potion.

effix. propriet.  
 ~ C. C. essentif.

in &

Ⓞ phil. & acidi alii  
 ▽ tanacet.  
 graminis  
 hyperic.  
 scord.

Mixt.

fir. de cich. c. rh.  
 theriac.  
 spec. diaturb. c. rhab.

M. cum bezoardicis, purgantibus &c.

℞. Rad. rhapont.  
 rhabarb.  
 zedoar.

pulu.

Infus.

&

Fol. bellid.

in

& ▽ cerefol.  
 millefol.  
 arnic.

pot.

Dec.

sangu. dracon.  
 sperm. cet.  
 myrrh.  
 mumia  
 oc. ☉ preparat.  
 sangu. hirc.

in Puluer.

corallia  
 Ⓞ diaph.  
 cinnab. nat. & Ⓞii  
 pulu. ad cas. Aug.  
 sp. diamum. M.

mist. simpl.

Ra bez.

essent. traum.  
 anod.

Potion.

⚖ f. & squillit.  
 theriac.

in &

Mixt.

succ. limon.

~ Ⓞ.

M. cum traumaticis, adstringentibus, discutientibus, diaphoreticis, anodynis &c.

CAPVT XVIII.

LITHONTRIPTICA.

<i>R. Rad.</i> allii	for. catapl.	<i>Lap.</i> iudaic.	} in Puluer.		
alth.	pulu. clyst.	☉			
pimpin.	} Infus.	lync.			
ononid.		pifolith.			
saxifr.		nephrit.			
glycyth.		millep. præparat.			
ꝯ. aperient.		sperm. cet.			
<i>Herb.</i> cerefol.	} Decoct.	pulu. lithontr. Aug.		} in Puluer.	
bed ☐estr.		☐ ☐lat. & resolut.			
parietar.	} in destill.	arcan. dupl.			
saxifrag.		crem. & cryst. ☐			
virg. ☉		☉ ☐lat.			
thee	&	☐ ☐ coagul.			
<i>Bacc.</i> alkek.	} Clyst.	☐ succin. vol.	} in Potion.		
cynosb.		troch. de alkek.			
iunip.		▽ petros.			
<i>Nucl.</i> ceras.	} Puluer.	cerefol.			
perficor.		fragor.			
daçtyl.		alkek.			
<i>Sem.</i> dauc.		portulac.			
lycopod.		ononid.			
violar.	} Emulf.	☐ nephrit.		} in Potion.	
mili ☉		☐ s. & d.			
4. frig. mai,		clyst. ꝯ vterque			
} lign. nephrit.	} Decoct. Inf.	Ra aperitiu.	} in Potion.		
		☐ f. & c.			
} pulp. cass.	} Bol.	☐ i			} &
		filic. Glaub.			
		liq. nephrit.			
		arcan. ☐			
		malu. iuniper.			
		essent. lithontr. Rolf.		} per se.	
		fir. de alth.			
		adianth,			





spec. liber. fin. al.  
de hyacinth.  
mag. ♂ diaph.  
bez. miner.  
Ale  
fi. ♀. f. & c.  
⊖ C. C. vol.  
arcan. dupl.  
mixt. simpl.  
rectif.

R<sub>4</sub> bez. D. Mich.  
Mceb.  
Rolf.  
Ludou.  
N. O.  
volat.

corall. c. ~ C. C.  
ebor.  
C. C. f. & succin.  
viperar.  
theriac. camph.  
mixt. bez. vol.  
elix. pestil. Croll.  
ess. ther. bals.

scorz.  
cordial. S. fr.  
fi. samb.  
galeg.  
refrig. cordial.  
prophyl. Sylu.  
bez. Rul.  
sub. id.

Puluerib.

Potion.

in

&

⚔ bezoard.  
rutac.  
succ. citr.  
R<sub>2</sub> ros.  
viol.  
fir. acetos. citr.  
gran. cherm.  
de scord.  
granat. acid.  
rib. berb.  
theriac. Androm.  
coelest.  
conf. de hyac.  
elect. diasc. Frac.  
camph. Kegler.  
oruietan.  
de ouo  
extr. scorzon.  
galeg.  
ther.  
⊙ juniper.  
angel.  
citr.  
zedoard.  
rut.  
succin.  
salu.  
camph.  
bezoard.

M. cum cordialibus, diaphoreticis, alterantibus, anodynis &c.

mixt.

Elect.  
Bol.

Potion.

in &

Pil.

pro Bals.  
&c.

CAPVT



CEPHALICA.

<i>R. Rad.</i> pæon.	}	Infus.	Sem. coriand.	}	Emulf.	
chin.			pæon. in }			
doron.			sapon. }			
valerian.			finap. }			
galang.			aromata } in ∇ apopl.			
zedoar.			laudanum } pil. empl.			
ir. Fl.			cubebæ			
farsæp.			viscus quern.			
<i>Herb. &amp; ∇æ anagall.</i>			Saccul.			cøturn.
beton.			Decoct.			fuccin.
chamædr.	castor.					
chamæp.	Capiti- luu.	cran. hum.				
lauend.		vngul. alc.				
<i>maioran.</i>	in	sterc. pavon.				
mari		ambr. } in bals. & cu-				
<i>melisf.</i>	∇is	mosch. } cuph.				
ocym.		∫ nat. præp. & ∫ in Pulueri				
origan.	Conferu.	∫ii				
<i>puleg.</i>		corall.				
pol. mont.	Elixir.	stmaragd.				
rosmar.		saphir.				
rut.	} &c.	lap. laz. præp.				
salu.		pulu. epilept. March.				
<i>serpill.</i>	}	bezoard. lunar.				
spic. nard.		<i>Spec. ceph. Michi</i>				
thee	}	diambr.				
<i>Verben.</i>		diamosch.				
<i>Flor.</i> anth.	}	diamarg. c. & fr.				
beton.		dianth.				
cheir.	}	diaxyloal.				
lauend.		lætificant. G. & Rh.				
<i>lil. conuall.</i>	}					
pæon.						
prim. ver.	}					
spic. nard.						
stœch. ar.	}					
<i>tilia,</i>						
rosar.	}					
lign. sassifr.						
aloës,	}					

fecul. pæon. }  
 magist. perlar. } in Pulv.  
 corall. }  
 extr. ladan. }  
 farsap. } in Pil.  
 xyloal. }  
 castor. }  
 ▽ ceras. nigr. }  
 cinam. }  
 naph. }  
 anhaltin. }  
 apopl. dulc. amar. }  
 hirund. comp. }  
 epilept. Lang. }  
 elix. vit. Matthiol. } Potion.  
 cephal. Rosf. }  
 Mich. }  
 N.O. }  
 Essent. succin. }  
 rosmar. }  
 salu. }  
 lign. al. }  
 ambr. } in  
 castor. }  
 ~ C.C. s. & succin. } Mixtur.  
 cran. hum. }  
 lil. conuall. vrinof. }  
 rosm. cohob. } &  
 lavend. }  
 ⊕ l. cephal. }  
 ⊖ \*ci. s. castor. }  
 oof. }  
 liq. cephal. }  
 mit. simpl. } per se.  
 emuls. cephal. }  
 Ra pæon. }  
 corall. }  
 Dnæ }  
 fir. beton. }  
 pæon. }

o o aromar. }  
 malabathr. }  
 laurin. }  
 maioran. } Balf.  
 rut. ver. }  
 l. fassafr. }  
 salu. }  
 spic. nard. ver. } Pil.  
 succin. alb. &c. }  
 N. M. expr. } Linim.  
 petroleum } in  
 philosoph. } Vngt.  
 bals. apoplect. }  
 de Peru }  
 Vngu. alabastr. } &  
 martiat. }  
 popul. } Empl.  
 neruin. }  
 Emplastr. de beton. }  
 cephal. }  
 g. anim. }  
 ladan. }  
 copal. } in Empl.  
 iunip. }  
 mastich. }  
 tacamah. }  
 thus }  
 spec. pro suffit. } suffit.

M. c. paregoricis, stomachicis, ano-  
 dynis, odoriferis, suaueolentibus,  
 cordialibus, alterantibus, refrige-  
 rantibus, hypochondriacis &c.



CAPVT XXI.  
OPHTHALMICA.

<i>R.</i> Rad. valerian.	}	Infus.				
helen.						
<i>Herb.</i> beton.			}	Tragis		
euphras.						
nepet.						
verben.						
fumar.					}	in
meliss.						
cephalicæ						
<i>Sem.</i> anis.						
foenic.						
filic. mont.						
cubeb.						
succin.						
lign. aloes						
<i>Rad.</i> sigill. Salom.	}	in Vngu.				
pingu. asc. pisc.						
serpent.						
viperar.						
<i>Vngt.</i> nihil.			}	in		
ophth. Plat.						
Myns.						
mel rosat.						
▽ chelid. mai.					}	Collyr.
euphras.						
verben.						
alb. ov.						
Humor vitr. ocul. bou.						
○						
croc. metall. edulc.						
vit. ðii						
facch. Canariens.						
fel lucii pisc.						
aloe Socot.						

perla præpar.	}	A		
pompholyx				
tutia præpar.			}	Collyr.
Glum alb.				
essent. ♀				
facch. & magist. ꝑ				
fl. cinci				
hief alb.				

M. cum cephalicis, interpolanda,  
cum purgantibus, spleneticis, ve-  
ficatoriis &c.

CAPVT XXII.  
OTICA.

<i>R.</i> Rad. ir. fl.	}	in Fotib.		
pæon.				
helleb. alb.				
cephalic.				
<i>herb.</i> absinth.			}	in
asari				
cephalic.				
<i>fl.</i> chamom. f. & R.				
perficor.				
rosmar.				
lavend.				
stoech. ar.				
<i>sem.</i> carmin.				
bacc. laur.				
colocynth.				

▽ apo

▽ apoplect.  
 anhaltin.  
 acouist. Minder.  
 magnan.  
 Essent. ad audit. Mich.  
 castor. }  
 in Topic.  
 ambra  
 moschus  
 ʒo ʒ aneth.  
 anis.  
 caru.  
 petrol. pone aures.  
 amygd. am.  
 nucl. persic. }  
 in pil.  
 M<sup>o</sup> de succin. Crat. }  
 ʒrioa }  
 conchæ præp. } per se & c. al.  
 ʒlia }  
 empl. magnet. } Empl.  
 tacamahac. }  
 farin. fabar. }  
 g. landar. }  
 succin. }  
 mastich. &c. }  
 in suffit.  
 M. cum cephalicis, spleneticis, pa-  
 regoricis, emollientibus, discu-  
 tientibus, carminatiuis &c.

CAPVT XXIII.  
 THORACICA.

ʒ. Rad. alth. }  
 arist. O. }  
 helen. }  
 ir. flor. }  
 symph. }  
 glycyrrh. } A

tussilag.  
 chin.  
 sars. par.  
 squill. cr. & præp. } Decoct.  
 trifol. fibrin.  
 herb. & ▽ bellid.  
 card. ben.  
 byssop.  
 cerefol. }  
 botr. } in Infus.  
 costa  
 marrub.  
 tussilag.  
 lichen.  
 veronic.  
 pulmon.  
 polygon.  
 rorell.  
 vrtic. min.  
 scord. }  
 bugul. } Potion.  
 flor. scabios.  
 pneumon.  
 pap. rb.  
 tussil. }  
 violar. } &c.  
 bugloss.  
 crocus  
 Sem. anis. }  
 foenic. }  
 card. bened. }  
 mar. }  
 papau. ab. }  
 4. fr. mai. } in Emuls.  
 amygd. dulc.  
 nuc. pistac.  
 pin. }  
 d 2 }  
 catie.



caric. pingu.  
 dactyl.  
 iuiub.  
 febest.  
 passul. min.  
 filiqu.  
 ras. lign. sassifr. } infus.  
 sandal. rubr. }  
 manna  
 fl. benz.  
 ☩  
 fem. lycop.  
 rad. & fecula ari  
 ir. Flor.  
 glycyrrh. præp.  
 fem. hyosc. alb.  
 sperma cet.  
 lap. ☩  
 hamat.  
 crocus  
 bol. armen.  
 conchæ præp.  
 pulm. vulp. præp.  
 fung. salic.  
 myrrh.  
 spec. diair. simpl.  
 Salom.  
 & rot. diatrag. fr.  
 ☩ diaph.  
 lac ☩  
 pulu. Haly contra  
 pthif.  
 troch. bechic. alb.  
 rubr.  
 antih. Poter.  
 magist. anod.  
 cinnab. nat.  
 pulu. pect. N. O.  
 balsam.  
 sacch. cant.

in

Decoct.

infus.

Puluerib.

in

Elect.

rot.

mixt.

linctibus.

▽asthmat. R.  
 pulm. vit. s. & c. succ.  
 hydromel in decoct.  
 ~asthmat. Mich.  
 hyssop.  
 ☩  
 ☉ \*ci anif.  
 g. \*ci. & per se.  
 R pap. rhœad.  
 ☩ is ☉ l.  
 anodyn.  
 antiphth.  
 Elix. pect. Rolf. Mich. W.  
 propr.  
 Essent. helen.  
 rorell.  
 myrrh. s. & bals.  
 g. \*ci  
 bals. ☩ anif.  
 pectoral. comp.  
 fir. dialth. Fern.  
 de symph. F.  
 cap. ♀.  
 de erysim.  
 hyssop.  
 glycyrrh.  
 pap. rh.  
 pilosell.  
 tussilag.  
 scabios.  
 viol.  
 ☉ sacch. s. & comp.  
 oxym. squillit. s. & comp.  
 looh ad asthm.  
 de pulm. vulp.  
 san. & exp.  
 de farfar.  
 diacod.  
 decoct. flor. & fruct.

Potion.

in

&

Mixt.

*Conf. ros.*  
 bellid.  
 botr.  
 scord.  
 pap. rh.  
 scabios.  
 rorell.  
 violar.  
 h. cost.  
*Extr. glycyrrh.*  
 veron.  
 scabios.  
 croc.  
 bellid.  
 helen.  
 farsap.  
 irid. Fl.  
 Ioo. san. & expert.  
 magist. succin.  
 pil. de cynogloss.  
 laud. op.  
 Vngt. resumptiu.  
 rubr. potab.  
 pector.  
 pingu. luc. pisc.  
 empl. dia<sup>Δ</sup> Rul.  
 de melil.

in Elect.  
 in  
 Pil.  
 in  
 Pot.  
 in  
 Linim.  
 &  
 in  
 Empl.

M. cum purgantibus, inprimis phlegmagogis, anodynis, resoluentibus, traumaticis, incrassantibus, aperitiuis, adstringentibus, abstergentibus &c.

CAPVT XXIV.  
 C A R D I A C A.

*℞. Rad. scorzon.*  
 acetos. in } decoct.

fol. &  $\nabla$  ocymi

meliss.  
 rosmar.  
 salu.  
 spic. Ind. & Celt.  
 acetos.  
 acetosell.

flor. 4. cordial.

citr.  
 aurant.  
 lil. conuall.  
 spicæ nard.  
 tunic.  
 anthos

CROCUS intern. & extern.

Sem. 4. fr. mai.

citr.

gran. Kerm.

earyoph.

aromata

lign. aloes

cinam.

pom. & cort. citr.

C. C. phil.

ebur s.  $\Delta$

lap.  $\text{S}$

bezoar or. occ.

os de cord. ceru.

unic. ver.

corall.

perl.

mat. perlar.

pulu. absorbens Wed.

lap. 5. pretios.

lazul.

bez.  $\odot$  lar.

Decoct.  
 $\nabla$  is  
 Saccul.  
 in  
 Essent.  
 $\text{Sb}$ .  
 &c.  
 Emulf.  
 in  
 Essent.  
 Decoct.  
 Puluerib.  
 in  
 Potion.  
 } prepar. & magist.  
 }  
 & Elect.





CAPVT XXV.  
STOMACHICA.

*R. Rad.* ari  
 acor.  
 galang.  
 pimpin.  
 zing.  
 zedoar.  
*Sem.* carm.  
 coriandr.  
 caryoph.  
 NM.  
 aromata  
 lign. al.  
 cinamom.  
 macis  
 cost. ver.  
 cort. citr.  
 aurant.  
 cass. caryoph.  
 pan. biscoct.  
 pulu. stomach. *Querc.*  
*Spec.* arom. ros.  
 diagalang.  
 rosaz novell.  
 diactes. Myns.  
 pro mors. Imp.  
 Rom. Myns.  
 hep. rubr.  
 fec. ari  
 fl. ☉ xi  
 ☉ l. coag.  
 ☉ absinth.  
 cent. min.  
 conch. prepar.  
 ebur s. Δ  
 sinnab. nat.  
 castor.  
 corall. r.  
 creta

Trageis  
 Pulu.  
 in  
 Mors.  
 Condim.  
 Catapl.  
 Epith.  
 Pulv.  
 in  
 mors.

absinth.  
 macis  
 menth.  
 cinam.  
 caryoph.  
 N. M. expr. & ☉  
 anis.  
 caru.  
 aurant. &c.  
*Fol.* abs. vulg. & pont.  
 balsam.  
 menth. rubr.  
 agerat.  
 meliss.  
*fl.* rosar. r.  
 spic. nard.  
 chamom. f. & R.  
 summ. cent. min.  
 schoenanth.  
*Conseru.* ros. ☉ lat.  
 menth.  
 acetos.  
 elect. diacor.  
 de bacc. laur.  
 zing. in Ind.  
 Nuc. Ind.  
 cort. citr. } condit.  
 acorus  
 pimpin.  
 theriaca A. & coel.  
 ▽ menth.  
 cinam. cydon.  
 carmin.  
 zedoar.  
 essent. absinth. f. & e.  
 menth.  
 cent. min.  
 ambr.  
 mastich.  
 arom. oleos.

Pulu.  
 Elafos.  
 balf.  
 in  
 Linim.  
 empl.  
 in  
 Infus.  
 in  
 Saccula  
 epith.  
 in  
 Elect.  
 in  
 in  
 Mixt.  
 in  
 in  
 menth.



CAPVT XXVI.  
HEPATIC A.

menth. essentif. A  
 cochlear.  
 ☉ s. & dulc.  
 ☉l. simpl. &  
 Alis &c.  
 Ra propr. Mynf.  
 ros.  
 viol.  
 Elix. propr. Patac.  
 rubr.  
 aromat.  
 alb. Heim.  
 stomach. Mynf.  
 Mich.  
 ☉l. Mynf.  
 vitæ Matth.  
 essent. lign. al.  
 & ☞ theriac.  
 aromat.  
 piper.  
 carmin.  
 extr. acori veri  
 sir. acetos. citr.  
 corall.  
 myrtin.  
 mastich.  
 bals. Peruu. int. extern.  
 empl. de bacc. laur.  
 tacamach. in Empl.  
 crust. pan.  
 diaphœnic. cal. fr. }  
 gum. tacamah. }  
 catapl. de ferm. Mynf. } Catapl.  
 M. cum carminatiuis, anodynis,  
 paregoricis, adstringentibus,  
 cephalicis, bezordicis, alteranti-  
 bus, purgantibus &c.

&

Potio

By. Rad. cichor.  
 acetos.  
 gramin.  
 pimpin.  
 plantag.  
 rhab. pulu.  
 s. aper. mai.  
 min. Infus.  
 rub. tinct.  
 curcum. pulu.  
 Herb. absinth. nostr.  
 pont.  
 agerat. &  
 agrimon. in  
 bellid.  
 cap. ♀  
 cochlear.  
 cuscut.  
 epithym.  
 fumar.  
 hep. nob.  
 matri s.  
 lichen. Decoct.  
 plantag.  
 scolopendr.  
 veron.  
 fragar.  
 Flor. & Summit. acac.  
 absinth.  
 cent. min.  
 hep. nob.  
 cichor.  
 fumar.  
 schœnanth.

cort.

cort. cappar.  
 cassia caryoph.  
 costus arab.  
 aromata  
 conchæ ppt.  
 ebur f. △  
 lap. ☉  
 corall.  
 mat. perlar.  
 ☿ nat.  
 croc. ♂ aperit. △  
           cum ⊖ lib.  
 crem. & cryst. ♀  
 hep. rubr. Dresd.  
 pulu. cachect. varior.  
           cinnabar.  
           stomach. Querc.  
 Spec. diatr. sandal.  
           diarhod. abbat.  
           dialacc.  
           diacurcum.  
 bezoard. ♂ le  
 ♂ le cachect.  
 arcan. duplic.  
 ♀ ⊕ lat.  
 ~ ⊕ l. coag.  
 troch. de eupator.  
 o<sup>o</sup>ea aromatica  
 ⊖ ia absinth.  
           cent. min. &c.  
 ▽ cichor.  
           endiu.  
           hepat. nob.  
           antiscorb. Senn.  
           fragor.  
           acac.  
           hepat. Mynf.

in  
 Infus.  
 &  
 Decoct.

in pulver.

A

polychr. R. A  
 ~ aperit. Perot.  
           cochlear.  
 ⊖  
 ⊕ l. f. ♂  
 clyst. ♂ vterque  
 M. S. & ♂ lis antisc.  
 essent. absinth. f. & c.  
           fumar. f. & c.  
           lignor.  
           ♂ liquida  
           balsamica  
           Zwölf. &c.  
           spec. dialacc.  
           diacurc.  
 anima rhabarb.  
 arcan. ♀ ri  
 Ra aperitium. Moeb.  
           ♀ ri  
           silic. Glaub.  
           ♂ ii  
           corall.  
           bellid.  
 fir. de adianth.  
           byzantin.  
           cich. c. rhab.  
           diafer. Andernac.  
 ☿ dulc.  
 extr. acori veri  
           fumar.  
           lign. al.  
           rhabarb.  
           plantag.  
           agrimon.  
 MP ♀ ear. Bontii, Querc.  
           Schröd. Senn.

Potion.

in

&

mixtur.

in Pilul.

Conserua



Conseru. fumar. }  
 cochlear. }  
 acetos. }  
 ros. ☉lat. } Elect.  
 cich. }  
 in }  
 rad. eich. condit. }  
 rob ebul. }  
 elect. diacor. }  
 cerot. sandalin. }  
 de ammoniac. For. }  
 ☉ cappar. }  
 aromatica } Vngu.  
 carminatiua }  
 absinth. } &  
 anis. } in }  
 caru. }  
 caryoph. }  
 cinam. }  
 N. M. } Empf.  
 rosar. }  
 ☿ feet. }  
 M. cum aperientibus, splenetis, anti-  
 tiscorbuticis, diureticis, stomachi-  
 cis, purgantibus, &c.

CAPVT XXVII.  
**SPLENETICA.**

Eadem quæ hepatica,  
 it. præter illa.

R. Rad. aspar. }  
 filic. }  
 polypod. }  
 trifol. fibr. }  
 herb. asar. }  
 becab. } A

chelid. min. } A  
 cochl. } Infus.  
 cicutar. }  
 fol. ebul. }  
 galeops. }  
 fumar. }  
 spicanth. }  
 asplen. }  
 sed. min. } in Decoct.  
 bux. }  
 fl. genist. }  
 bugl. }  
 borag. } intern.  
 Sem. fraxin. } &  
 oc. ☉ } externe.  
 lap. laz. }  
 pulu. cach. ☿cin. }  
 rad. ar. } in Pulv.  
 spec. lætif. }  
 ☉l. ☿ }  
 pulu. absorbens ☿. }  
 ▼ fumar. }  
 summit. pin. }  
 aperit. }  
 polychr. R. } Pot.  
 decoct. aperit. Mes. }  
 fl. & fr. }  
 ~ ☉ \*ci } in  
 M. S. antisc. }  
 ess. summit. pin. }  
 fumar. f. & comp. }  
 elix. propr. antisc. ☿l. }  
 ~ ☉ ☿ volat. } Mixt.  
 fir. sceletyrb. For. }  
 de pom. }  
 epith. }  
 fumar. }

☉ ♀ foet.  
 cappar.  
 later.  
 aromat.  
 empl. de cicut.  
 M. cum hepaticis, antiscorbuticis, &  
 aliis illis affinis, aperientibus, diu-  
 reticis.

extern.

CAPVT XXVII.  
 H Y S T E R I C A.

R. Rad. bryon.  
 diptamo.  
 galang.  
 pæon.  
 zedoar.  
 herb. &  $\nabla$  *artemis.*  
 abrot.  
 dipt. cret.  
 lavend.  
 matricar.  
*meliss.*  
 $\xi$ ial.  
 nepet.  
 pol. mont.  
*puleg.*  
 rosmar.  
 fabin.  
 serpill.  
 veron.  
 flor. anth.  
 calend.  
 cheir.  
 lauend:  
 croc.  
 anthophyll.  
 bæc. laur.  
 caryoph.

Decoct.  
 Infus.  
 in  
 &  
 in pulu.  
 Baln.

A  
 colt. ver.  
 N. M.  
 cassia lign.  
 macis  
 borax Venet.  
 mater perl. præp. & mag.  
 pulu. absorb.  
 specif. cephal.  
 pulu. epilept. March.  
 castor. præparat.  
 spec. diaborac. Myns.  
 dia 24 Myns.  
 bezoard. 24 al.  
 antihect. Poter.  
 $\xi$  nativ. præpar. &  $\frac{1}{2}$  m.  
 fecul. bryon.  
 troch. de myrth.  
 testic. eq. præpar.  
 ebur præparat.  
 succin. præparat.  
 $\ominus$  succin. volat.  
 Pil de succin.  
 castor.  
 extt. castor.  
 artemis.  
 zedoar.  
 splen. bou.  
 hyster.  
 asa foetid.  
 galbanum  
 theriaca  
 laud. hyster.  
 $\nabla$  hylter, Senn.  
 Ludovic.  
 vitæ mulier.  
 apoplect. amar.  
 ceras. nigr. comp.  
 e 2  
 A  
 Pulues.  
 in  
 Potion.  
 &c.  
 in Pil.  
 in Potion.  
 A  
 ball.



bals. embryon.

⊖ \*ci,

zedoar.

castor. s. & comp.

fuccin.

Essent. succin.

myrrh.

castor.

af. foetid.

carminatiu.

Elix. vterin. Croll.

Rolf.

Mœb.

N. O.

elect. de bacc. laur.

tryphera magna

cerotum de galban.

empl. de tacamah.

bacc. laur.

hyster.

zibeth.

☉ castor.

cheir.

lil. alb.

laurin.

momordic.

fuccin.

fabin. crocat. int.

¶ is

C. C. foetid.

bals. hyster.

M. cum cephalicis, neruinis, carminatiuis, aperientibus, hypochondriacis, anodynis, paregoricis, discutientibus, diaphoreticis, bezoardicis, emollientibus.

A

Potion:

&

in

per se.

Empl.

&

inclyst. in

Linim:

CAPVT XXIX.

ARTHRITICA.

Rx. Rad. chin.

caryophyllat.

sarf. parill.

fuccif.

Infus.

herb. & ▽ chamadr.

chamep.

rosmar.

salu.

Thee

&

in

flor. antho.

hyperic.

spic. nard.

lauend.

stœch. ar.

prim. ver.

it, cephalici alii

Decoct.

hermodactyl.

ossa human. calcin.

lap. ☉.

☿ nativ.

☿ ii.

☿ Male cachect.

arcanum corall.

bezoard. ☿ le

magist. anod.

☉ C. C. volat.

specif. cephal.

pulu. cach. cinnabarin.

in Puluerib.

▽ anti-

▽ antiscorb.  
 pæon.  
 acac.  
 samb.  
 sammit. pin.  
 refrigerantes.  
 ~ C. C.  
 ebor.  
 lumbric. vol.  
 ⊖ ꝛri,  
 ⊖ \*ci  
 ꝛ f. & c.  
 aperitiu. Penor.  
 mixt. antipodagr. Cnōf.  
 antiscorb. ꝛl.  
*Essent.* chamædr.  
 chamæp.  
 pini  
 lignor.  
 lumbricor.  
 R ꝛ f. & c.  
 corallior. c. ~ lign.  
 ꝛis cyd. Zw. volat.  
 temp. Ⓞlat.  
 Ⓞii  
 anodyna  
 arcan. ꝛri  
 clyff. Ⓞii ꝛ & ꝛ  
 ~ formic.  
 cochlear.  
 lumbric.  
 C. C.  
 eboris  
 ⊖ \*ci  
 ▽ anhaltina  
 apopl.  
 crocus  
 theriaca  
 mithrid.

Potion.

in

Mixt.

in Linim:

Empl. diapalm.  
 diaphoret.  
 oxycroc. in Empl.  
 de ran. c. ꝛ.  
 ischiad.  
 catapl. ex alth.  
 de mic. pan.  
*extr.* chamædr.  
 chamæp.  
 lign. al. in Pil.  
 ladani,  
 anodyn.  
 Mꝛ ꝛ ear.

M. cum paregoricis, neruinis, emollientibus, antiscorbuticis, diaphoreticis, anodynis, diureticis &c.

CAPVT XXX.  
 FEBRIFUGA.

R. Rad. gentian.  
 trif. fibr.  
 plantag.  
 acetos.  
 cichor.  
 ꝛ aper.  
 herb. & ▽ absinth. com. Infus.  
 & pont.  
 verben.  
 card. ben. in &  
 tertianar.  
 scord.  
 summit. fumar.  
 cent. min.  
 fl. 4. cordial.  
 cort. chin. de chin. in pulu.  
 lign. colubrin. amar.  
 caryoph. arom.  
 cost. ver.  
 cassia caryoph.  
 e 3)

Decoct.

lap. Ⓞ



lap.  $\Theta$ .  
 concha preparat.  
 mat. perlar. preparat.  
 C. C. vlt.  
 fl.  $\Theta$ \*ci f.  $\mathcal{L}$ .  
 hæmat.

$\mathcal{H}$  nat.  
 $\mathcal{H}$  diaph.  
 bez. miner.  
 $\mathcal{H}$  ial.  
 pulv. card. ben.  
 febrif. Seann. N. O.

$\mathcal{H}$  diaphor. in Pulver.  
 $\Theta$  febrile Mynf.  
 abſinth.  
 card. ben.  
 cent. min.

crem.  $\mathcal{H}$  ri  
 $\mathcal{H}$  us  $\Theta$  us  
 $\Theta$   $\mathcal{H}$  iat.  
 cerberus triceps  
 magiſt. O  
 arcan. duplic.

troch. de viper.  
 $\Delta$  embryonat.  
 $\Theta$  caryoph.  
 piperis  
 febrile ſimpl.  
 volat. \*cal.

$\nabla$  febrifug. Mynf.  
 acetof.  
 acetofell. &c.  
 miſt. ſimpl. & antiſc.  
 $\sim$  antiquart.  
 $\mathcal{H}$  febrifugum

Ra aperitiua  
*effert.* abſinth. f. & comp.  
 cent. min.  
 card. ben.  
 cort. chin.

Ra roſar. in Potion.

viol.  
 clyſt.  $\mathcal{H}$   $\Delta$  rat.  
*elix.* febrif.  
 antiquart.  
 $\Theta$ l. Mynf.  
 propr.  $\mathcal{H}$  le

arcan.  $\mathcal{H}$  ri  
 Ra  $\mathcal{H}$  c. arc.  $\mathcal{H}$   
 theriac Androm.  
 anima rhabarb.

pot. antiſc. Croll.  
*Extr.* card. ben.  
 cent. min.  
 cort. chin.  
 fumar.  
 gentian.

emplaſtr. febrif. Strobelb. Empl.  
 M. & interpolanda cum purganti-  
 bus, emeticis, aperientibus, an-  
 tiſcorbuticis, diaphoreticis, ano-  
 dynis &c.

CAPVT XXXI.

contra *LVEM VENEREAM*  
 & affectus cognatos.

$\mathcal{H}$ . Rad. chin.  
 ſarſepar.  
 cort. & lign. guaiaac.  
 ſallaſr.

Decodt.

fol.





## CAP. XXXIII. SOMNVN CIENTIA.

<i>R. Summit. aneth.</i>	}	Decoct.	♁ nucl. persic.	}	Vngt.		
absinth.			philon. Roman.				
<i>fol. origani</i>	}	pro	requies Nicol.	}			
salicis			vngt. alabastr.				
vitis			popul.				
cephal.			theriac. } per se &				
chamom.	}	Pediluu.	laud. op. } cum aliis.	}			
cort. mandrag.							
capita papau.	}		<i>Spec. diamb.</i>	}	Pulu.		
fl. pap. rh.			diamosch. dulc.				
tabac. in suffit.			magist. anod.	}	}	}	pil.
▽ hypn. Dorner.			pil. de cynogl.				
fambuc. }	}	Potion.	extr. opii	}			
ros. } in epith.			croc.				
emuls. sem. 4. fr. mai.	}		~ Oli cephal.	}	per se &		
pap. alb.			essent. anodyn.			}	in mixt.
fir. papau. simpl.			}		M. cum humectantibus, alterantibus,		
rhœad.					bezoardicis, nephriticis, cephalicis &c.		
diacod.							

## INDEX CAPITVM.

Cap. I. Emollientia	pag. 3.	Cap. XV. Emmenagoga	18.
Cap. II. Adstringentia	4.	Cap. XVI. Anthelmintica	19.
Cap. III. Aperientia	5.	Cap. XVII. Resoluentia	20.
Cap. IV. Abstergentia	7.	Cap. XVIII. Lithonriptica	21.
Cap. V. Discutientia	8.	Cap. XIX. Bezoardica	22.
Cap. VI. (1) Rubefaciencia & Vesicatoria.		Cap. XX. Cephalica	24.
(2) Caustica. (3) Cathartica. (4)		Cap. XXI. Ophthalmica	26.
Contra ambusta.	9.	Cap. XXII. Otica	26.
Cap. VII. (1) Paregorica & Anodyna		Cap. XXIII. Thorasica	27.
externa 10. (2) Anodyna &		Cap. XXIV. Cardiaca	29.
paregorica interna.	11.	Cap. XXV. Stomachica	31.
Cap. VIII. Traumatica	12 seq.	Cap. XXVI. Hepatica	32.
Cap. IX (1) Emetica (2) antemetica	13.	Cap. XXVII. Splenetica	34.
Cap. X. Purgantia	14.	Cap. XXVIII. Hysterica	35.
Cap. XI. Diuretica	15.	Cap. XXIX. Arthritica	36.
Cap. XII. Diaphoretica	16.	Cap. XXX. Febrifuga	37.
Cap. XIII. Carminatiua	17.	Cap. XXXI. contra Luem Veneream &	
Cap. XIV. (1) Lac argentia 17. (2) Lac		affectus cognatos	38.
minuentia (3) Aphrodisiaca. (4)		Cap. XXXII. Antiscorbatica	39.
Antaphrodisiaca	18.	Cap. XXXIII. Somnum cientia	40.





B. C. D.

LIBRI PRIMI  
SECTIO I. CAPVT I.

De

*Medicamentorum eorumque Faculta-  
tum notione in genere.*

**D**istincturis de medicamentorum Facultatibus merito exponendum est, quid sit medicamentum, quidque facultas medicamenti.

Medicamentum sine dubio in genere est materia remedii, κατ' ἐξοχήν h. l. pharmaceutici, ex regno tricolore desumptum & ad hominem relatum. Omnia nempe in toto macrocosmo si considerentur ad corpus humanum, illud vel iuuant, vel lædunt, vel medio modo se habent. Quæ iuuant, sunt vel *alimenta*, vel *medicamenta*; quæ lædunt, vniuersali notione sunt *venena*; *mixta*, seu quæ medio modo se habent, partim iuuant, partim lædunt.

Hinc acceptio horum vocabulorum alia latior est, alia strictior. Latiori enim & laxiori significato singula sæpe inter se confunduntur, siue quoad totum, siue quoad partes distinctas & certas respectus fiat. Sic ut *cibus* remedium est famis, *potus* sitis; ita vel apud ipsum *Hippocratem* *alimenta* improprie & latius dicuntur *Φάρμακα*, qui ipse terminus ἀπὸ τῆς Φάρεσιν ἀκτῆς, a ferendo remedium dictus rem omnem illustrat magis. Sic *medicamenta* eodem nomine veniunt vel accipi possunt, quod, improprie licet, alant calidum, seu corpus.

A

Sic



Sic veneni notionem eleganter explicat *C. Cassius IC. in lege 236. de V. S.* Locus ab *Ægid. Menagio amœnit. iur. civ. c. 43. p. 425.* laudatus hic est: qui venenum dicit, adiciere debet, vtrum malum, an bonum? Nam & medicamenta venena sunt: quin eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum, esset, mutat: cum id, quod nos *venenum* appellamus, Græci *Φάρμακον* dicant. Apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur. Inde adiectione alterius, nomine distinctio fit. Admonet nos summus apud eos Poetarum *Homerus*. Nam sic ait, *Φάρμακα πολλὰ μὲν ἔσθλα μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.*

Nimirum *μέσον* quidem est hoc vocabulum, vsu tamen magis hodie pro noxio sumi consuetum, amplissima licet in latitudine. Quod si quis nouerit, facile capiet, quare inter venena ab autoribus etiam calx viua, pix, minium, imo nihil non corpori aduersum referatur. Et hinc apud *Scaligerum* venena agere dicuntur primis, secundis & tertiis qualitatibus.

Speciatim vero medicamentum est, definitore *Galeno l. 1. c. 1. de simpl. med. facult.* omne id, quod naturam nostram alterare potest; alimentum, quicquid substantiam augere, subintellige ex *l. 33. de temperam. c. 2.* substantiam infiti caloris, seu natiui. Omne enim, inquit ibidem, nutrimentum, quatenus nutrimentum est. animalis calorem auget.

Notandum tamen duplici nomine augeri calorem, aliquando quoad eius substantiam, aliquando quoad eius qualitatem, teste *Gal. l. c. c. 4.* Substantiam magis adaugent alimenta, qualitatem alterant medicamenta, id quod si ex nostris principiis ad sanguinem & serum applicetur, euidentissime rem omnem licet intelligere. *Alimenta* itaque *nutriunt* substantifice assimilantur, accedunt, & immutatione in massa sanguinea facta, in supplementum consumpti & dispalescentis cooptantur. *Medicamenta* alterant calorem & superantur, ferente id eodem & correcto, prædominante item & actuante.

His perpensis, vi contrariorum *venena* erunt, quæ & substantiam & qualitatem calidi natiui *corruptum eunt*, eumque subiugant,



iugant, ſuperant & deſtruunt, magis vel minus, ut compages principiorum vitalium fatiſcat & machina moueri deſinat.

Adeoque *alimenta* corpori *ſimilia* ſunt, ſaltim in fieri, conuenientiam habent, in ſuccum & ſanguinem conuerſi apta; *medicamenta diuerſa*, & diuerſum ſtatum, ſeu alterum a priori, approximantem tamen ſtatui naturali inducant; *Venena aduerſa* ſunt, ſanguini, ſero, calori & corpori hinc toti, eiusque vitæ.

Merito autem *mixtam claſſem* ponere ſuſtinemus, eamque iterum *triplicem*: Primæ claſſis ſunt *alimenta medicamentofa*, vel propoſitione conuerſa, medicamenta alimentofa, vt petroſelinum, condimenta ciborum & cibi quidam ipſi, ſinapi, iuſcula crocata & vinoſa, gelatina cornu cerui, mel, ſaccharum, bellaria & ſimilia, quorum in parte hygiene fieri ſolet mentio.

Secundæ claſſis ſunt *alimenta venenofa*, vel *vice verſa*, quorum hinc uſus vel nullus, vel parcior, vel correctus eſſe debet, quod exemplo fungorum, prunorum ſuo modo cereorum, cucumerum, ouorum barbi piſcis & ſimilium claret, quorſum cicuta loco petroſelini appoſita, hyoſcyami radices comeſtæ, poma amoris, mala inſana &c. referri queunt.

Tertiam claſſem conſtituunt *medicamenta venenofa*, & *venena medicamentofa*, quorſum referre par eſt purgantia ἀνοητικά, tum generatim, vt id largiamur *Helmontio* & *Paracelſo*, tum ex his *δρασμογόνα*, colocynthiaca, helleborum album, eſulam, & alia, cum primis antimoniata.

Vt taceamus, venena mitigata euadere poſſe ſaluberrima medicamenta, & hinc illud valere ſæpe: vbi virus, ibi virtus, item poſſe alia quædam in ſe bona & corpori amica, per accidens noxia & venenata euadere, de quo mox.

Singula hæc ita dicuntur relata, vt diximus, ad hominem, noto enim notius eſt & homini venena eſſe, quæ aliis animantibus brutis alimenta præbent, vt araneæ gallinis, cicuta ſturnis, & contra ea brutis venena eſſe conſtat, quæ homini medicamina ſunt, vt aloë vulpibus, nux vomica canibus & aliis.

Homo nempe medicamentorum & omnium horum veluti regula eſt & norma, iuxta quam reliqua omnia huic collata calida,



lida frigida, humida, sicca, alimenta, medicamenta ac venena dici oportet; vid. *Gal. l. 1. de temp. c. 9. p. 28.* seu omnium medicamentorum vires, qualitates & effectus mensurandi sunt ex caloris nativi actione, ceu ad regulam Lesbiam. Regula Lesbia est, iuxta *Philosophum l. 6. de morib. c. 14.* quæ ad obiectum se accommodat; vt statua Polycleti, autore *Galeno l. c. l. 1. de temp. c. 9.* Canon appellata, inde adeo id nomen sortita, quod partium inter se omnium competentiam ad vnguem habeat. Verba *Philosophi* hæc sunt: *Structura Lesbia regula plumbea est, nam ad lapidis figuram torquetur & inflectitur, neque regula eadem manet.* Nihil conuenientius dici poterit. Omnium enim istorum diribitor est archeus, ad omnia pro modulo suo se accommodat, & effectus hinc diuersos, imo sæpe plane contrarios sistit, vt medicamentum v.g. purgans sudorem moueat, sudoriferum, quale est opium cumprimis, aluum laxet, vel vrinam cieat: quod toto die in praxi videamus.

Sed prius, quam de hoc dicamus vltcrius, explicandum restat, quidnam facultatis nomine significetur. Facultas iuxta *Gal. l. 1. de S. M. F. c. 1.* causa quædam effectrix est, seu agendi quædam vis, *δύναμις, ἐνέργεια*, potentia. Dari enim quandam facultatem, in purgantibus quidem medicinis purgatoriam, vomitoriis vomitorium, sternutatoriis sternutatoriam, becchicis becchicam, & in vnoquoque alio opere peragendo, quæ denominetur ab eo quod ipsa efficit, fere non est qui ambigat.

Estque hæc facultas duplici in differentia. Alia enim 1. agunt *per se*, ac primario; alia effectum fortiuntur *per accidens*, & secundo, vnde huc pertinet distinctio inter causam vniuocam & æquiocam, & agens agere non tam iuxta modum actiuitatis suæ, quam receptiuitatis subiecti. Sic camphora calefacit per se, refrigerat per accidens, dissipando & rarefaciendo. Sic aqua frigida refrigerat per se, ipso sensu teste. Per accidens vero & febres inducit, & tetano prodest, teste *Coo 5. aph. 21.*

2. Alia agunt & exerunt hanc facultatem suam *actu*, alia *potestate*; illa velut de præsentis; hæc, ut *Gal. l. c.* loqui amat, in futuro tempore, seu cum aliqua mora; vt actu calefacit ignis, refrigerat glacies, humectat aqua, siccet creta; potentia calefacit piper, pyre-



pyrethrum, castoreum; refrigerant acida, præcipitantia; ficcat spiritus vini. Actualis illa vis magis in qualitatibus passiuis emittens est, in humectando & siccando; potentialis in actiuis, calefaciendo & refrigerando. Hinc potestate ea esse dicimus, quæ quod dicuntur id nondum sunt, sed facile id fieri possunt, *Gal. li. de temp. c. 4.*

Potentia ergo hæc limitata est ad ipsum actum, seu intelligitur actuandi potentia, vt actu talia fiant, ac quod actu talia sint, id a nobis accipiunt, *id. ibid. l. 3. c. 1.* vnde regula illa: frustra est potentia, quæ non deducitur vel deduci potest in actum. Et hæc ipsa deductio in actum non solum necessaria in iis, quæ manifestis qualitatibus gaudent, quod vult *Sennertus l. 3. prax. p. 2. sect. 2. c. 7. p. 386.* secutus *Zabarellam*, qui in actum deduci esse ait, cum qualitates, quæ in mixtione contrariorum contemperacione atque amicitia quasi absconditæ latebant, mixtione soluta sensibiles fiunt; sed etiam in occultis dictis, quod negant dicti autores, arguentes, quod qualitates occultæ corpore, cui insunt, etiam integro manente, nihilominus sese exerere, & in alia agere possint, vt in magnete, vitro antimonii & similibus manifestum fit, vnde & eorum rationem infirmam scribit *Sennertus l. c.* qui aurum nullam in corpus nostrum habere efficaciam statuunt, ideo quod a calore nostro solui non possit.

Certum potius est, quicquid non actuatur, seu in actum deducitur a calore nostro, illud eundem vel corpus non afficit, seu venenum fuerit, seu alimentum, seu medicamentum. Sed hæc magis patebunt, vbi de viribus his seu modo agendi specialius agemus. Dicendum enim prius est de quibusdam diuisionibus & classibus medicamentorum.

Sic 1. aliud *simplex*, vel *compositum*. Simplex vnum est numero, in se consideratum, compositum duo vel plura inter se mixta notat. Simplicia nempe medicamenta sunt illa ipsa, quæ ex vegetabilibus, animalibus & mineralibus alterar. di illa, generaliter accepta, vi pollent. Neque enim nisi tria hæc regna dantur, licet nonnulli marina, vel metallica, aliaque seorsim recenseant. Liberum interim est & perinde, prout quis partiri illa velit, quæ



videntur disparata, an omnia ex vegetabilium genere ad regnum vegetabile, ex animalium genere ad animale v. g. referre, respiciendo originem; an vero, attendendo naturam & similitudinem seu conuenientiam, etiam ex utroque hoc deprompta mineralibus accensere. Sic tartarus respectu originis suæ ad vegetabilia spectat, intuitu vero naturæ suæ ad mineralia pertinet. Sic & lapides cancrorum, testacea, calculos &c. animalia suggerunt, & tamen conueniunt magis cum mineralibus.

2. Aliud est *crudum*, vel *preparatum*; crudum vocando, idem quod simplex, vsui vel mixturæ cum aliis nondum aptatum; præparatum vero, quod illud iam obtinet; seu præparatum sit grossiori modo, Galenice, vel subtiliori & chimice. Receptum vero in specie vsu est, præparata vocare puluerifata, & affusione aquæ destillatæ conuenientis lauigata, vt lapides cancrorum præparati, cornu cerui vsutum præparat. Est quippe horum vnumquodque hoc ipso iam ita præparatum, vt statim assumi queant. Nihil igitur miri est, ait *Gal. l. 3. de temp. c. 1.* si medicamenta quoque primum quidem in parua & tenuia frangi postulant, vt actuari melius possint; secundo loco, vt tempore aliquo, tametsi etiam minimo, corpori nostro, quo actuentur, sint adiuncta.

3. Aliud *internum*, aliud *externum*, aliud vero *mixtum*. Valet de his regula *Galen. l. 3. de temp. c. 3. p. 45.* Nihil foris, intusque parem agendi facultatem habet. Alia quippe est actuandi seu calorem afficiendi & recipiendi ratio. Hinc curiose hæc ipsa quoque seligenda sunt, & vel non interne propinanda, quæ externo solum destinantur vsui, vel vice versa. Sic gialapa interne solum purgat, sic arsenicum externe fere solum adhibetur, vt & mercurius sublimatus, butyrum antimonii, aliaque summe actiua. Sic aloë, colocynthis, spiritus vini, olea &c. interno & externo vsui inseruiunt.

Hinc coronidis loco ex dictis patet, (1.) *alimenta temperata esse, nec adeo actiua, sibi relicta, medicamenta magis actiua esse, itidem tamen in sua latitudine; summe vero omnium actiua esse venena.*

(2.) *Quæ interne vires suas exerunt, etiam valde actiuas & potentes, externo vsu non nisi refractas exhibere, exemplo opii, & purgan-*



gantium, adeoque largiori & longe maiori quantitate ibi applicanda. *Quæ vero externe potenter vires exerunt, non nisi refracte & parcissime interius propinanda, exemplo cantharidum, & similia.*

(3.) *Quæ vero resolui apta magis sunt, vel etiam diuersum respectum agendi obtinent, alia interne & externe potenter vires expriment.* Sic mercurialia vtroque modo cum fructu adhibentur. Sic spiritus vini, sed diuerso fine, interius hauritur, & extus applicatur; par ratio est vini ipsius, aloes & aliorum.

Merito ergo medicus, tanquam naturæ minister, eiusque arcanorum promus condus, de actione & cognitione harum facultatum debet esse sollicitus, ne, quod aiunt, medicamenta fiant gladius in manu furiosi, vel saltem, ne empirice procedatur, solo effectu citra rationem obseruato.

## LIBRI I. SECT. I. CAPVT II.

De

*Principiis agendi.*

**D**UO hæc summa quasi capita sunt obseruanda, tanquam fundamenta omnis doctrinæ huius, de materiæ medicæ seu medicamentorum facultatibus; 1. *principia agendi*, vnde fluat & producat vis ista, in quibus resideat, cui adscribenda sit, quare ita agat, calefaciat v.g. humectet, refrigeret, siccet; 2. *principia cognoscendi*, an ita agant; Verbo τὸ ὄτι, & τὸ διότι. Licet vero videatur contra principia analytices esse, prius de causis, quam de effectu sciscitari & disquisitionem instituere; distinguendum tamen est inter facultates iam inuentas & inueniendas. In his sine dubio necessarium est, τὸ ὄτι prius indagare, non item in illis. Hoc enim esset actum agere, cum per tot sæcula iam cognitum sit hæc emollire, hæc purgare hæc fomnum ciere. In eo solum & potissimum iam medici munus consistit, vt & nouerit quæ sint, & quare sint, cognita habeat intimius, & scientificè hinc procedat.

Principium igitur agendi hoc constituunt *qualitates*, seu *crasis*,



crasis inde resultans. De his, quid sint & quomodo se habeant, plura dici possent, a Philosophis repetenda; suffecerit nobis hoc loco intelligere tum *modum*, quem exprimentur concursu & miscela sua siue elementa, seu potius principia chimica, tum *effectum* exin resultantem, relatum ad calidum innatum corporis humani.

Vnde clarum esse potest, quare nec *substantia* ipsa proprie loquendo dicatur agere, nec quantitatis vlla sit efficacia, sed vtraque respectu magis modi miscelæ, modi efficiendi & afficiendi considerari debeant.

Diuiduntur hæc qualitates in *manifestas* & *occultas*. Manifestas vocabimus, quarum effectus sensibus inuestigantibus magis occurrunt; occultas, quæ eosdem fugiunt magis, vt solo effectu, citra patentem modum, sint conspicuæ.

Habent hæc fundamentum in ire; innituntur qualitates seu modi hi afficiendi modis, gradibus & proportioni mixturæ, vnde huc referenda doctrina de principiis rerum, & cum primis chemicis, tanquam scientiæ medicæ magis aptis, seu omnibus potius coniunctum spectatis. Vnde definitio qualitatis illa potius hoc loco valet; qualitas est, per quam substantia est efficax, seu quæ mouet sensus; quam altera, qua per qualitatem intelligitur accidentalitatis, quæ essentiam rei constitutæ consequitur, aut eidem extrinsecus aduenit.

*Calida vel frigida dicuntur, quæ calorem innatum, seu sanguinem, partes sulphureas balsamicas, vel intendunt, vel deprimunt, quorum illud de calidis, hoc de frigidis verum est; Humida & sicca, quæ serum seu lympham alterant, humida augendo defectum, sicca minuendo exuperantiam. Hæc vero sunt principia vitalia, sanguis & serum, quæ in his inueniunt remedia; vt vel ex summi conditoris prouidentia eminentissime pateat, & hanc ipsam philosophiam esse longe elegantissimam & verissimam, ea solum occasione deturpatam, quod a non intelligentibus citra subiecti intuitum vanis speculationibus intellectus fuerit obrutus.*

Actiuus magis est sanguis; Ergo actiuæ dicuntur, quæ sanguinem alterant, calidæ vel frigidæ. Passiuum magis est serum; Ergo



Ergo passivæ dicuntur, quæ serum hoc magis respiciunt, quod ex superioribus patet. Relinquunt vero effectum vel explicite & confestim, vel implicite & in recessu quodam. Ex eoque agendi & reagendi vel applicandi proportio emergit.

Qualitates secundas vulgo vocant, quæ ex primis, a calore, & frigore, ex humiditate & ficcitate oriuntur; Imo id ad tertias quoque referunt nonnulli. Recte vero *Sennertus* affirmat *l. de conf. & diff. chim. c. 11. p. 145. & p. 170.* neminem e Peripateticis demonstrasse, quomodo secundæ qualitates, sensibiles scilicet, e primis oriuntur. Idque ex eo quoque illustrari potest, quod occultæ dictæ, licet non sine primis illis, ex iis non oriuntur ex confesso. Hinc & *Scaliger. Ex. 297. t. 4. p. 871.* falsum esse, ait, secundas ac tertias qualitates a primis oriri; nihilo enim magis ab illis oriri saporem, quam risum.

Non sunt considerandæ qualitates, vt quædam sola accidentia, nescio vnde deducta, sed velut modi entis, modi materia, & effectus mixturæ, adeoque potius in concreto. Abstrahere, enim nihil est aliud, iuxta *Logicos*, quam ex iis quæ coniuncta sunt, alterum sine altero considerare; concretum vero notat attributum cum substantia conceptum. Vnde plus est in conceptu concreto, quam in abstracto. Quando igitur calidum dico, intelligo v. g. simul, quod partibus vel salinis rarefactiuis, alcalinis, vel sulphureis balsamicis pollet, & sic porro.

Symbolizant inter se qualitates primæ, secundæ, tertix, & ipsæ occultæ; Denominatio vero fit ab eo, quod, ipso *Galeno* assentiente *l. 1. de temperam. c. 1.* in mixtura præpollet. Referrî huc potest definitio temperamenti physici, quod sit qualitas ex mutua actione & passione miscibilium elementorum, seu primarum qualitatum resultans.

Per quæ quid agit, per eadem cognoscitur; cum ergo median-  
tibus qualitatibus agant simplicia & alia medicamenta, diverso  
respectu & indices esse possunt, & effectus. Neque enim textura  
illa particularum, vis illa & potentia præsens, si corpori applicetur,  
iners & deses esse potest, sed exerit sese; relata sunt causa &  
causatum, agens & patiens. Posiro itaque, in hoc vel illo exu-  
perare



perare qualitatem aliquam actiuam, sine dubio illam sibi relictum exeret in corpore, calefaciet, vel refrigerabit. *Indices* sunt mixturae, *κατασκευαί* & particularum, v. g. sulphurearum, salinarum, mercurialium &c. *Effectus* vero edunt in corpore. Hinc indices in primis qualitibus diximus quod sint caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, explorata vel ipso sensu immediato, vel per qualitates secundas, vel tertias; *Effectus* vero alteratio, calefacere, refrigerare, humectare vel siccare.

Adeoque, vt hæc magis clareant, *calidum* e. g. dicitur duplici modo 1. *intuitu qualitatis* eius, quæ exuperat in mixto, seu elementaris, ignea, concipiatur, seu a principiis actiuis, cum primis sulphure expanso, seu a particulis aliis iuxta *Cartesium* deducatur; 2. *intuitu effectus* ad hominem. Vnde eleganter *Gal. l. 3. de temp. c. 6. p. 50.* Potestate calidum, vt ad hominem est, *inquit*, (ex speciebus eorum, quæ ex eo, quod in ipsis præpollet, calida dicuntur) *quicquid, homini applicatum, naturalis eius caloris vel qualitatem auget, vel substantiam.* Et vt hoc addamus, sulphurea balsamica ex medicamentis magis substantiam, salina volatilia magis qualitatem respiciunt.

Notandum vero (1.) quod iam supra monuimus, *sortiri has ipsas qualitates non semper effectum uniuocum & sibi similem, sed quandoque æquiuocum seu dissimilem, per accidens.*

(2.) Cum calor noster vnus quidem sit substantia & origine, diuersus tamen ratione operis determinati in his illis membris præstandi, vt in ventriculo chylificet, in corde sanguificet, in aliis alia peragat, adeoque sit temperamentum aliud generale, commune, vniuersale; aliud specificum, quod *ἰδιοσυνηστικόν* vocant, vbi non tam calidum generatim agit, vt calidum, sed vt *sic calidum*, determinatum & specificatum quasi: ita etiam effectus medicamentorum duplex est, vt alterent vel absolute & generaliter, vel specificè, seu vti sic.

Qualitates itaque manifestæ primæ, secundæ, tertiæ, & occultæ ab his diuersæ, reuera dictæ nobis videntur *a modo afficiendi* corpus nostrum, vnde principia agendi & cognoscendi vtique in hoc conspirant; facta hinc sensim confusione & abstractione.

Cum



Cum enim sensus & intellectus nos deducant in cognitionem & æstimationem vniuscuiuscunque rei, his quoque explorata medicamenta innotuerunt, per obiecta sensuum communissima. Cumque sensus tactus magis grossus & corporeus sit, ille quoque corporeo suo contactu primum affiendi modum exprimit, a qualitatibus tactilibus primis primo de sumpto iudicio, v. g. obiecti patibilis qualitas est calida, frigida, humida, sicca; affiendendo hoc modo & hoc sensu corpus. Ergo inde collegit intellectus: Quicquid est calidum, illud corpus calefacit, simile enim auget simile, tale additum tali reddit illud magis tale. Et sic consequenter: quicquid est frigidum, humidum, siccum, id refrigerat, id humectat, id siccet corpus.

Quæ enim liquidum aliquod corpus vel vaporem etiam communicant, humectant: quæ humorem vel alium liquorem elidunt, exsiccant, vt inferius pluribus.

Vtque hæc de qualitatibus seu viribus actu talibus valent, quarum effectus est manifestior; ita quæ licet non in instanti, paulo post tamen edidere effectum consimilem, ex hoc iudicata sunt: v. g. vt in tactus sensu maneamus, si applicatum corpori etiam actu non calidum, calorem tamen vel ruborem, vredinem vel refrigerium induxit, inde conclusum fuit, & hoc esse calidum, hoc esse frigidum, vt non referamus quædam per se, quædam per accidens id præstare.

Adeoque hæc distinctio enata est, inter calefaciens actu, & potentia; & primæ hæc qualitates sunt dictæ & æstimate, an calidum, frigidum, humidum, siccum sit mixtum, vnde & primis qualitatibus agere dicuntur vel hodie, quæ calefaciunt, refrigerant, humectant, vel siccant. Cumque effectus hic ex reliquis quoque resultet, vt in sequentibus dicemus, vt primæ hæc dictæ velut ex secundis ortæ sint, hinc sensim id tribui cœpit omnibus qualitatibus secundis, vt ex primis ortæ putarentur, inuerso re ordine.

Talismi modo *indices* & *effectus* etiam in secundis dictis spectandi sunt. *Secundas* nominabimus per iam exposita, a secundo quasi affiendi modo, facto vltiori per contactum examine,



feu quod consistant in qualitatibus tactilibus secundis dictis a Philosophis; inde enim emergit & sensui patet, an corpus sit raram, densum, crassum, tenue; an asperum, glabrum, læue, molle; an durum, leue, graue, viscidum. Effectus vero in aliis certus, in aliis saltem probabilis a priori intellectui subnascitur; quæcunque sunt mollia, illa emollire, aspera rubefacere, crassa increpescere, tenuia incidere, rarefacere, &c. vnde qualitatibus secundis agere dicuntur, quæ hoc præstant.

Possunt vero commode huc quoque referri figuræ particularum, quarum aliæ sunt rotundæ, aliæ quadratæ, aliæ cuspidatæ, vnde & effectus diuersus confurgit. Præstat enim singula hæc coniungere, cum ex omnibus & singulis demum aliqua oboriatur scientia, nedum ex vna alteraque hypothese seorsim spectata.

Sic & in *tertiis qualitatibus* offerunt se reliquorum sensuum obiecta, quibus ad examen obuiorum instituendum vtitur intellectus, vt *indices* quidem colores, odores, soni, sapes; vnde inductione a priorum examine facta vltius definitos *effectus* arguit collectiue, hoc, quia calidum, asperum, acre, resolvere, stimulare; alterum, quia humidum, tenue, acre, vrinam mouere; illud, quia temperate calidum, viscidum, balsamicum, dulce, esse narcoticum, & sic porro. Vnde *tertiis* dicuntur qualitatibus agere, quæ resoluunt, vrinam, sudores mouent &c.

Et hæc vt in ignotis patefaciendis intellectum manu duxerunt ad iudicium ferendum, vel concludendum de effectu; ita postquam iam inuestigata & pro talibus posita & experta sunt, inseruiunt tamen artis tyronibus ad cognitionem & iudicium de agendi principiis, seu de medicamentorum facultatibus.

His expositis non difficulter erit conceptu, quare qualitarum occultarum nomen in scholas fuerit introductum. Occultum h. l. si genuinam spectemus philosophandi ex rebus rationem, notat 1. *non quæ nesciuntur*, quid præstant, sunt enim qualitates occultæ dictæ effectu suo satis notæ, opium v.g. somnum cieere, helleborum purgare; 2. non notat *non inuestigabile*, cuius causæ reddi omnino non queant, nam & quare somnum cieat opium, helleborus purget, causæ reddi potest, quo sensu qualitates



tates occultæ sunt ignorantia reuera asylum, quando dico v. g. opium somnum ciere a qualitate occulta, helleborum purgare a qualitate occulta, dico effectum, cuius causam ignorem. Et hoc sensu præstat potius abstinere ab occulti vocabulo.

3. *Non que citra illum qualitatum manifestarum concursum eveniant*, nam & in opio & helleboro & aliis qualitates primæ, secundæ, tertiæ manifesto adsunt & se exerunt.

Sed occulta qualitas notat, vt verbo dicamus, cuius magis effectus, quam index notus est, quæ nec e primis illis, nec secundis, nec tertiis eruitur firmiter, sed vel non omnino, vel saltem obscure, coniecturaliter, incerto.

Et hoc sensu, breuiter vt dicamus, tantum abest, vt occultæ qualitates non dentur, vt potius ambabus manibus id largiendum nobis sit.

Exempla harum, late sumptarum, cum primis præbent purgantia & alexipharmaca; imo ipsa quoque venena non pauca. Vt enim in quibusdam purgantibus, vt helleboro albo, euphorbio, granis tilly, manifesta & vrens acrimonia se exerat, exinde tamen non infallibiliter concludere licet: Ergo purgans est medicamentum, e sola hac ratione, nam & piper, & zingiber & arum, aliaque acrimoniam manifestam edunt, & non minus ac illorum quædam sunt sternutatoria vsitata, neque tamen corpus purgant. Quin in quibusdam nulla talis vis & acrimonia visitur quoad sensus, non in foliis fenæ, non rhabarbaro, non cum primis in antimoniatibus suis. Vitrum antimonii, crocus metallorum plane ἀποσις est, infusum seu aqua benedicta nullum sui quasi vestigium in faucibus exerit, sed in ventriculum illata summe virtutem illam exerunt. Cum itaque blandiantur potius talismodi seu purgantia, seu venena, & decipiant hinc aliter persuasos effectum inducto alio, quam putaras, inde discit intellectus cauere, vel caute saltem in his procedere, indeque talia iudicat agere qualitate occulta, sibi non obuia, ex qua id colligere prius potuisset. Par ratio est bezoardicorum, & similibus. Vnde facile liquet, qua occasione qualitates occultæ in Philosophiam fuerint introductæ, & quantum hinc abeant a genuino significato, qui aliter eas detorserunt, vel sibi finxere potius.



Sic & strictiori significatione id ipsum accipitur postmodum de alterantibus specificis, seu determinatis, cephalicis, vterinis, stomachicis. Hæc ipsa quænam sint, inferius dicetur latius. De iis vero notandum ultimo, quod dicantur agere ὅλην τὴν σῶμα tota substantia, seu non vna vel duabus qualitatibus, vt Gal. loquitur *l. i. de simpl. med. Fac. c. 4.* Quo ipso nolentes volentes fieri coguntur aliam quandam texturam, quam crassam elementarem, e principiis chemicis optime deducendam.

### LIBRI I. SECT. I. CAPVT III.

De

### *Principiis cognoscendi, in specie colore.*

**D**ictum est de principiis agendi, quod sint qualitates, ipsæ vero hæc quoque principia cognoscendi constituunt, modo concipiendi diuerso. Principia sunt agendi ad intra, respectu texture suæ & mixturæ. Principia sunt cognoscendi ad extra, prout sui indicia præbent, quibus inesse colliguntur, vnaque vim energię sui præ se ferunt, qua agunt, quicquid agunt.

Hinc principia hæc cognoscendi in vniuersalia & particularia fuere diuisa. VNIVERSALIA sunt duo illa totius medicinæ communissima fulcra, ratio & experientia. Omnis quippe inuentionis demonstrationisque principia sunt, quæ sensui atque intellectui euidencia sunt, autore *Gal. l. i. S. M. F. c. 35.* Sensui euidens est experientia, intellectui ratio.

Si vero queratur, quodnam ex hisce duobus magis concurrat, quodnam prius vel posterius, licebit nobis huc applicare vulgatum illud, nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu, seu quæ sensibus occurrunt, fore notiora & priora esse. Vnde vt de his iudicium format ordinarie intellectus; ita etiam omne id limitatum est vel superinductum phænomenis illis.

Est itaque experientia obseruatio eorum, quæ obtigere per



se, non decepto iudicio, nec solum vna vice, sed in pluribus, ita vt posito eodem subiecto, & iisdem circumstantiis, si nihil impediatur, semper ita fiat, non aliter; ne fiat fallacia non causa, vt causa, quod tamen toto die accidit vulgo, imo etiam medicis, vt hoc putent v.g. febrifugum, quod semel iuuat. Statim solent illud *euēna* medicum, seu probatum esse accinere & adscribere, cum tamen nihil minus sit. Hinc experientia alia est certa, vera, & genuina vniuersalis; alia incerta, infida, dubia & particularis, vnde iudicio accurato opus est, ne fallaris.

Neque dubium esse potest de experientia tali, quin potius assentiendum est merito, etiam si non æque facile pateat ratio agendi, quin potius semper hæc substat. In primis non valent quicquam rationes ex falsa hypothese, vel præconceptis opinionibus enatae. His sane vel centum si fuerint, vna opposita experientia satisfacit. Vnde quod *Galenus* circa examen & formandum iudicium de S.M.F. inculcat, huc commode referri potest. Iubet nempe *l. c. c. 3. & l. 3. de temp. c. 5.* vt 1. medicamentum quodcumque in iudicium vocare velis, omnis sit expertus alienæ tum frigiditatis, tum caliditatis. 2. vt non in quolibet corporis affectu, sed sibi relicto, simplicissimo & summo applicetur, ne per se putetur efficere, quod ex accidenti effectum est, idque 3. statim & manifeste, vt huic, non alteri, reuera adscribi debeat effectus.

Addimus, merito medici quoque animum expertem esse debere omni præconceptæ opinionis, ne iuxta hanc conceptam normam potius diiudicet medicamenta, quam illam ad horum effectum. Sic v.g. non pauci opiata medicamenta vel hodiernum venenosa & noxia proclamant, ab iisque & eorum usu ad superstitionem quasi dehortantur philiatros, quod vel ipsi hoc sibi firmiter persuaserint, vel effectum quodam sinistro, non tam ipsius medicamenti, quam vtentis ægri, vel præscribentis medici culpa, quæ in medicamentum hinc frustra & immerito refertur. Valet id quoque de vulgo, solenniter & toto die medicamentis imputante v.g. vomitum, diarrhæam, dolores, vigilias, somnum, imo ipsam mortem, vano illo & absurdo iudicio. Vana hæc est empiria, imo falsissima superstitio & opinio. Experientia ergo omnis ex ratione



ne iudicanda, vt ratio etiam subtilissima debet ab experientia limitari & confirmari.

Porisma ergo summe necessarium est, non affirmanda omnia, quæ speciose sæpe de experimentis his illis decantantur, vt quisque sibi in his placere solet non raro, quæ ex dicta falsa hypothesi in vtramque partem sibi finxit, sæpe hyperbolice facta exaggeratione & immodicis elogiis, vel etiam bona fide hinc inde exscripta & transcripta, quorsum spectant & libri botanici, aliique eius com-  
matis. Non omnia neganda, quod Scepticorum est, qui omnem effectum medicamenti subtrahunt.

PRINCIPIA PARTICVLARIA sunt, quæ in vnoquoque simplici seorsim & velut indiuidualiter se exhibent sensui & intellectui, quod & quare helleborus purget, arum sit stomachicum melissa cephalicum, hyssopus pectorale medicamentum.

Vt enim medici est, accurate inuestigare res secundum naturam & præter naturam, macro- & microcosmum; ita in omnibus artis partibus habet talia principia *extrinseca* & *intrinseca*, vel media, quæ in diagnosi signa, in therapia indicantia appellantur. Sunt & in vnoquoque simplici talismodi indicantia, talia principia cognoscendi, cognoscendi non grosso solum modo, vt alterum ab altero distinguat intellectus, sed & subtiliori, vt inde eliciat, quomodo se habeant ad corpus suum, seu humanum.

Quo loco repetendum est, perinde esse, vtrum præcesserit ad effectum declarandum ratio, an potius experientia. Enascitur non minus & hoc pacto ἀποδείξις seu demonstratio & scientia, cognitio firma & accurata. Si igitur, quod effatum est Logicorum, effectum, vel medium, vel signum talismodi naturale, vel aliud necessario consequens nobis est notius, inde tanquam a posteriori & nos in medicina progredimur ad cognitionem causæ efficientis, signati, & antecedentis. Valet & alterum illorum h. l. Sæpe, aiunt, quis inter meditandum ex effectu primum inuenit causam, deinde per eandem causam de eodem effectu varia probat, quæ mentis ratiocinatio vocatur regressus demonstratiuus & parit veram scientiam, scire enim est res per causas cognoscere, effectum per efficiens.

Sunt



Sunt vero vel *remota*, vel *proximiora*. Inter extrinseca COLOR considerandus primo venit. Colores vt sine dubio ex sulphure, matrice lucis, sunt arcessendi; sic de huius præsentia testantur. Notabile vero hac occasione est, 1. Sulphur maxime esse diffusiuum principium, cuius particulae expansæ vel concentratæ variant hinc iudicium & cognitionem. 2. Considerare id posse in substantia, quantitate, qualitate & motu. *Substantia* sulphur quasi indifferens est, debitum calori & vitæ sustentandæ, vnde viscidis suis blandis particulis principium nutritibile constituit, quin, vt matrix lucis, calido, quod de luce vnice participiat, foenerat incrementum vel conseruationem. Hinc ratione *quantitatis*, quæ multum participant de sulphure, illa quoque vel multum nutriunt, vel balsamica sunt. Ratione *qualitatis* vero & *motus*, quo pansum magis est sulphur, & in motum a particulis salinis volatilibus aptatum, eo magis calefacit. Si itaque colores cum modo substantiæ & ex hoc fonte suo spectentur, coniunctim testantur & illi omnino de temperie, habito semper respectu ad ipsius sulphuris quantitatem, & qualitatem, vt hæc ipsa non tam sint intensiua, quam extensiua, seu quomodo sulphur, per colorem se exerens & manifestans, sit in corpore quocunque dispositum. 3. Enim sulphur hoc & color est interdum magis fugax & volatilis, superficiarius, expansus & diffusus; alius constans, magis prædominans, radicans, & concentratus; in illis substat reliquis, nec calorem importat, in his ob prædominium calida reddit mixta vt plurimum, v. g. in violis, floribus cichorii & similibus. Violæ cœruleo colore suo testantur de sulphure, neque tamen calidæ sunt, sed temperatæ vel refrigerantes potius ex dictis rationibus, vnde si per vnum alterumque mensẽ asseruentur exsiccati, non defensi probe ab aere, sensim albescent, auolante illo expanso sulphure. Sic cœrulea etiam alia & purpurea, flores 4. cordiales, hepaticæ nobilis, papaueris rhœados &c. refrigerantes sunt, non calefacientes.

Imo consultum quoque est attendere hæc refrigerantia ob id esse omnium optima, quod secum sulphur contineant blandum, sulphuri vitali amicum, adeoque ita refrigerent, vt simul roborent, & tonum non negligant partium.



Vbicunque vero sulphur actiuum magis est, tum substantia, tum quantitate, tum qualitate, tum motu, temperiem reddit calidam, vnde cum eminenter sulphur resideat in flavescentibus, & hic color flauus ipsi κατ' ἐξοχήν quasi competat, inde temperiei, vel virium saltim, cæteris paribus, eximiam præbet notam, modo texturæ ipsius semper vna habeatur ratio.

## LIBRI I. SECTIO I. CAPVT IV.

De

### *Signaturis rerum.*

**D**Einde etiam SIGNATURÆ faciunt ad simplicium medicamentorum facultatem dignoscendam vel eruendam. DICUNTUR signaturæ quasi signacula, & characteres virtutum, ita vt extrinsecus quasi signatum exhibeant, quid intrinsecus secum gerant, vnde doctrina de signo & signato huc pertinet. Suntque potissimum a chemicis æstimata, iisque qui magis naturali & cabalæ student, vnde analogiæ macrocosmi & microcosmi insigne præbent exemplum, & συμπαδείας quasi quædam indicia. Vocantur hinc non inepte velut notæ hieroglyphicæ, quæ plus habent in recessu, quam prima fronte ostendant, intelligentibus patentes.

Speciatim ergo signaturæ sunt & æstimantur a similitudine & analogia, quam præ se ferunt & quidem triplici; 1. *membrum corporis*, vnde regula exurgit, ex hac hypothesi fluens; Quæcunque analogiam & similitudinem obtinent huius vel illius membri, illa id ipsum magis respiciunt & iuuant.

2. Signaturæ exhibent analogiam *morborum & rerum præter naturam ledentium*; vnde iterum colligit intellectus, saltim probabiliter: Quæcunque æmulantur v.g. calculum, illa sunt nephritica; quæcunque acuta sunt & spinosa, doloribus punctoriis medentur, &c.

Verbo quæcunque analogiam quandam possident, hoc ipso monent aliquid naturæ arcanorum promum condum medicum. Peccatur circa signaturas, vt fit, vtroque extremo, vti v. g. *Crollius* illas



illas vnice æstimat. Herbarum, inquit, magice per signaturam penitus introsipientem alloquuntur medicum, suaque interiora in occulto naturæ silentio abdita ipsi per similitudinem manifestant. Et, vt ex *I. B. Porta* addit, est per similitudinem demonstrandi modus, qua sapissime summus rerum opifex diuinas & occultas res solet patefacere, vt supremam idearum similitudinem referrent. Hique magis his ipsis tribuunt, quam vllis qualitibus, quæ non ex radice centri, vt arguit idem *Crollius l. d. signat. l. c. in præfat.* virtutes suggerant, sed sint velut umbræ rerum. Alii contrarium sustinent, vtrique pro se allegantes experientiam, illi respondentem, hi abnuentem.

Diximus nos, argumentum hoc esse a particulari, adeoque saltim probabile, cui dictum de omni demonstratiuum non competit; multa etiam imo pleraque si non omnia non tam ob signaturam, nisi ex accidenti, quam ob intimiorem mixti *νεκρω* effectum suum sortiri, quæ duo argumenta satis firma sunt, ad euincendum contrarium, signaturas non esse absoluta signa & infallibilia.

Contra ea vero, vt inueniendi occasio est multiplex, ita, vt dicamus, quod res est, negari nequit, etiam huc merito referri debere signaturas, vt hoc modo inuitet rerum natura curiosum sciendi humanum intellectum, vt inuestiget medicamenti vel simplicis facultatem. Quis enim non cogitet de lingua, si semen fraxini, seu linguam auis, vel glossopetram potius contueatur; de renibus, si asarum; de dentibus si dentariam, & sic porro?

Vtque in semiotica seu doctrina signorum instar regulæ est, non vni soli signo, non secus, ac in ciuilibus non vni testi credendum, sed coniungenda esse plura; ita & hic se res habet. Si enim interna cum externis coniungam, & analogiam illam intimius radicatam inueniam, tunc non probabilis, sed certa confurgit scientia, reuera hoc medicamentum esse eius membri vel morbi, vel causæ morbificæ, cuius hoc signatum est. Hinc duplici nomine signaturam hac vice æstimabimus 1. vt principium cognoscendi, quod negari non potest, de quo iam egimus, 2. vt principium seu medium memorandi; seu virtutem rerum ac facultatem medicamentorum memoriæ imprimendi.



Imitabimur hac in re illos, qui artem memoratiuam certis ideis & picturis tradunt, vt per harum faciliorem conceptum & impressionem prompte occurrat & suggeratur alterum, quod retinere in animo constitutum est; idque arte mnemonica velut naturali & facillima, quæ non confundit ingenium, sed roborat potius. Si enim, vt maneamus in exemplis dictis, nephritica concipiam sub lapidosorum notione, & emblema hoc phantasia offeram: omnia saxosa (saltem medicinalia, quorum vis iam satis perspecta ac cognita est,) & quasi talia calculum frangunt, tunc simul & semel in compendio quasi memoriæ plura mando ex nephriticorum genere præstantissima, qualia sunt lap. cancr. lyncis, iudaicus, pisolithus, nuclei ceraforum, persicorum, armeniacorum, amygd. gr. cynosbati, alkekengi, sem. lithospermi, nuclei dactylo- rum. Hæc, inquam, simul & semel animo prompte obuiant, ac imprimuntur.

Hinc operæ pretium facturi sumus, si hoc ipso artificio utamur, & materiam medicam a signaturis si non agentem, tamen cognoscendam & memorandam æstimemus, cui rei apprime inferuit *Crollii liber de signaturis internis rerum*, (quatenus interna per externam figuram patent) seu de vera & viua anatomia maioris & minoris mundi. Quæ enim *Libanius*, *Schallingius*, citati a *Cl. Deodato l. c.* (vbi plura in fauorem signaturarum profert) & alii contra easdem disputant, illa omnia nos non ferient, hoc modo procedentes & veritatem inuestigantes. Legi meretur hanc in rem *dissertatio de signaturis plantarum Fabricii*.

Pertinent huc quoque alia, his cum conuenientia. Sic medicis quoque vsitatum est vires explorare, ratione *signaturæ loci*, quo crescunt plantæ, vel proueniunt alia. Consuevit enim natura incolis terræ vnus cuiusque de necessariis prospicere non solum alimentis, & ad vitam proficuis & facientibus aliis, verum quoque de medicamentis. Hinc, quod *Deodatus* quoque tangit, locis mari Baltico vicinis, in Dania, Frisia, Belgio, locis, vbi scorbutus endemius est magis, copiosissime crescit cochlearia, scorbuti antidotus; locis paludosis, eidem malo obnoxiiis, nasturtium aquaticum vbertim prouenit; absinthium, raphanus rusticanus, locis, vbi obstructions mesenterii magis vigent. Consuli hanc in rem potest



potest *Tb. Barthol. Tr. de medicina Danorum*, vt pinum, iuniperum & alia taceamus.

Signaturæ etiam speciem præbent a *brutis suggesta*. Cum enim sensualibus horum ideis natura magis vim dignoscendi vtilia vel inutilia ac noxia largita fuerit, visa a brutis quæri vel comedi, vel vsurpari ad corpus humanum applicata cesserunt in remedia homini, vnde & nomina sæpe plantis a brutis indita sunt, vt chelidonium, mentha cattaria, ceruaria, melissa, serpentaria & similia; licet quædam etiam falsa sint, vt de chelidonio narrata. Sic & operationes aliæ a brutis suggestæ fuere, punctio oculi a capra, vomitoria a canibus; clysteres ab ibi, quos hinc *Helmontius* vilipendit, tanquam ab aue inuentos. Sic dictamni a ceruis monstratus fertur vsus in extrahendis sagittis. Sic plantaginis vis alexipharmaca contra araneas a bufone innotuit; sic passeris Canarii alfine purgantur &c.

Non memorabimus alia huius generis plura; Referri tamen etiam huc merentur alia cognoscendi remotiora principia. Constat enim & virtutes herbarum inuentas vel primo manifestatas fuisse per *insomnia*, quale exemplum de radice cynorrhodi contra canis rabidi morsum recenset *Plinius l. 25. c. 2.* per *Dæmones*, vt exemplum de hyperico hanc in rem insigne refertur a *Scipione Mercurio l. de obstetricum officio, edito a Welschio, f. 2. c. 38. p. 551.* quorum etiam pristina oracula spectant, imo & *diuinitus* manifestata, vt ficuum in bubonibus pestil. vsus, fellis vsus ophthalmicus; per *fortuitos casus*, quo pacto plurimæ innotuere plantæ traumaticæ; per *traditiones* successiuas certarum vel indefinitarum familiarum, vt in aulis, apud vulgus, & hinc inde exempla toto die occurrunt, modo medicus dogmaticus illa pensitet, & experimentis rationem addat.

## LIBRI I. SECTIO I. CAPVT V.

De

### *Cognoscendis facultatibus ex odore.*

**S**Ed pergimus ad odores, cognitionem intimiorem inprimis etiam largientes. Odores vero vel a priori occurrunt, sola odorati



tui per se patentia, modo naribus admoucantur; vel a posteriori, si accendantur, terantur, soluantur, exemplo sulphuris & antimonii. Vti vero certum alias est, acida ligare sulphur; ita arbitrari licet, vbiunque sulphur copiosum inest, neque tamen nares ferit, inibi illud ipsum ligatum esse compedibus acidi, quod tum laudatorum antimonii & sulphuris, tum arsenici, succini, cinnabaris, & ipsorum metallorum exemplo patet; insimul vero intellectus inde colligit, quandoquidem sulphur non est pansum, sed ligatum, aliud non docente sapore aliisque, talia pro ratione mixturae & graduum, ad calorem nostrum relata, minus eundem rarefacere, sed non refrigerare tamen aequae, resoluere, praecipitare, mitigare acidum, vt in seqq. id specialius eruemus. Sunt enim quaedam inodora, ob acrimoniam tamen insigniter calida, vt pyrethrum, lepidium.

Odorifera vero explicite, qua talia, calida sunt, seu consimilem effectum in corpus nostrum inferunt. Quatenus enim particulis tenuibus aereis constant & mercurialibus, omnino in corpus illata calida aestimanda sunt. Modificant vero, vt in exemplis claret, adiuncta alia, & textura particularum; & sermo potissimum est de plantis & simplicibus aliis, minus de praeparatis, vnde acetum quidem refrigerat, non tamen odor nisi a sulphure etiam in hoc arcessendus est.

Cumque maiorem quantitatem particularum mercurialium & sulphurearum rarefactarum odor intensior inferat, hinc cum in aromatibus omnibus & plantis odoratis odor talismodi eximius sit, omnia aromata & omnes plantae odoriferae aromaticae, rosmar. salu. & aliae cephalicae sunt calidae.

Sic & ratione intensioris id valet; quo magis remissa & immersa sunt particulae sulphureae aliis, terreis, aqueis, acidis, eo minus praedominatur & calefacit; vbi vero contrarium accidit, ipsaeque per omnia praepollent, odore etiam caliditas se prodit maior.

Omnis odor ab expanso sulphure est, seu partes aerae salinae volatiles id praestent eminenter, seu concentratae vna & copiosae adsint roscidae resinosa particulae, id quod balsamicum vocamus. Prius occurrit in violis, rosis, plantis cephalicis; alterum in rosmarino, nucis moschata, succino.

Sale



Sale volatili oleoso pollentia inter odorata præcipue refectiua sunt, aptata quippe principiorum vitalium dispositioni; quatenus enim oleosa, restaurant calidi substantiam; quatenus volatilia salina, eiusdem qualitatem & rarefactionem. Similia enim similibus gaudent. Fætida vero a sulphure impuro corrupto, terreo, aquoso, viroso, cordi & spiritibus inimica, quod abhorreant eadem, auerferentur, & ipsorum texturæ, puritati, luci sint contraria.

Fætida sunt duplicis differentiæ: alia virofa generatim iam appellata, quæ & fœminis & maribus sunt aduersa; alia vero cum falis volatilis prædominantis miscela; vtraque vero opposita sunt suaueolentibus. Suaueolentia ergo fœminis aduersa sunt, nimirum hystericeis, vbi particula fermentatiuæ, biliosa, acres, acida in fero & sanguine latitant; turbant enim spiritus iam dum obrutos, & laxioris compagis, mouent, non promouent, non dissipant. Fætida ergo, vbi sal volatile prædominatur, vel in sulphure minus resolubili efficax tamen est, hystericeas solantur, quatenus dissipant, putredini resistunt, sulphur impurum in massa sanguinea & deturpatum vigorant, quod priora adaugendo magis nauseabundum velut archeo reddunt.

Putredini etiam hæc resistunt, sulphur enim vigorant, serum in motum cient & à vappescencia & ichorescentia arcent, infectis omnibus sunt mortifera, aerem malignum arcent vel alterant.

Vriosa volatilia salia penetrantissima sunt & sulphuris viscidinem explicant, vnde poros obstruere non sinunt. Quæ enim sulphure resolubili pollent, obstruunt poros, quibus & vriosa & acida sunt opposita.

Vaporofo, virofo vel quasi, grauant caput, spiritus illigando & obnubilando, vnde torpor & dolor grauius oboritur, effluuiis confimilibus repleta lympha. Pertinet huc absinthium, umbra taxi, iuglandis, imo camphora ipsa, vnde qui rarioris sunt texturæ, quibus caput est debile, camphoram minus ferunt.

Sulphura pura analeptica & refectiua sunt; Est enim calidum  
in-



innatum nostrum de natura sulphuris; impurum vero, indigestum, virosum sulphur potius contrarium efficit. Hinc plantæ perpetuo virentes, cedrus cumprimis, ad vitam longam commendantur. Sic & de vino aliisque id valet,

Sulphur particulis gaudet viscidis, temperatis, roscidis, vnde vt acidum sulphuri, ita sulphur acido est contrarium, spicula salina obtundit in genere, inuiscat, partes vero solatur, blande fouet, emollit; cinnabarina optime rem illustrent.

Sulphure & sale acriusculo prædita præbent stimulum, *δεδασμὸν* & motum humoribus, vt de emeticis & purgantibus infra latius agetur.

Resinosa opposita sunt gummosis & mucilaginosi; Gummosa proprie dicta, tragac. g. arab. g. ceras. rad. symph. sunt frigida, incrassantia, resinæ & gummi-resinæ calida. Aptæ enim nata sunt omnia oleosa augere, si non intendere, sulphur corporis. Balsamica talia sunt gummi-resinæ pleræque.

Mucilaginosa sulphure gaudent aquoso, minus æthereo, blando; adeoque refrigerant. Talia sunt fructus quoque, nucum iuglandium, auellanarum, antiquaticarum, amygdala ducia, sem. 4. frig. mai. papau. &c. vnde in hecticis conueniunt.

Odore & sapore se produnt antiscorbutica, quæ sale volatili gaudent, vt rad. ari, lepidium, sinapi, fol. & herba cochlear. nasturt. omne raph. rusticanus, sedum minus, costus arab.

Aromatica prædicantur principaliter de aromatibus ipsis notis, pipere, caryoph. maci, cinam. &c. adequate de his analogis vel quasi talibus, vt sunt bacca lauri, iuniperi, plantæ cephalicæ, pectorales, vterinæ &c. aromaticæ. Hæc omnia motum sanguinis promouent, eumque rarefaciunt, incidunt, attenuant.

## LIBRI I. SECTIO I, CAPVT VI.

*De*

### *Cognoscendis facultatibus e sapore.*

**V**T primum sapidum est sal, ita ad huius prædominium & statum mixturæ dignoscendum cumprimis facit sapor. Vtque salinum



salinum principium est actiuum egregium, sic quoque temperies inde æstimanda mixtorum venit, quando præsertim & reliqua conspirant. Hinc classes saporum classibus quoque salum respondent: alcalinis quidem amarum & acre; acidis, acidum, austerum, acerbum; falsum vero medium est.

Cum itaque omnia alcalia sanguinem rarefaciant, quatenus sulphur eius expandunt & resoluunt, hinc facile patet, quare omnia amara sint calida, quod assertum est *Galenii* ipsius πάντα τὰ πικρὰ ἔσονται ἐναι, & quare longe maiori potestate idem exequantur acris.

Contra ea acida, & his affinia austera, acerbata, constringunt fibras sanguinis, sulphur deprimunt & obtundunt, figuntque sal volatile. Ergo iure merito sunt & dicuntur frigida. Sic & falsa, quæ talia, calida sunt, licet remissius; alia tamen nitroforum, de quibus mox, est ratio.

Dulcia vero particulas non rigidas fissasque, sed rotundas & obtusas volatiles possident, hinc nisi simul acrimonia gaudeant, non sunt æque calida, neque tanti hinc æstimanda, quin ad alimentorum classem fere pertinent.

Hinc regula duplex not. 1. *dulcibus corpus nutriri*, dulcibus, sensu medico, id est qualitate nulla excedentibus, sed principiis nutritilibus insigniter instructis, quod valet de mediocriter & cum multa humiditate dulcibus; ita chylus ipse est dulcis. (2.) *dulcibus corpus copiose & tanquam victu pleno nutriri*; est enim in iisdem sulphur blandum, roscidum, copiosum, vna cum partibus spirituosius implicitis, quod valet de vtrisque, non saltem de lacte, vino, carnibus seu mediocriter dulcibus, verum etiam de melle & saccharo, modo corporis temperies non abnuat. Augent enim hæc partes oleosas & pingues feri alimentaris, quæ rationem pinguedinis omnis absoluunt.

Acrium exempla si in synopsi spectemus, sunt hæc præcipue; rad. ari, asari, raphani rustic. herb. cochlear. flamm. Iouis, lepidium, maior. nicotiana, ranunculus, flammeus hinc dictus, sedum minus, esula, hyssopus, nasturt. sem. sinapi, erucæ, cubebæ, cinnamomum, cardamomum, gr. paradisi, tilly, piper, zingiber, costus

D

verus







AMARA præcipua sunt: rad. cichor. curcum. helen. acor. ver. herb. abfinthium omne, excepto dulci, card. ben. centaur. min. fel terræ hinc dictum, gratiola, ruta, scordium, tanacetum, fl. & nucl. persic. amygd. amar. colocynthis, agaricum, aloë, myrrha, opium, fella animalium, & ex his præparata.

Singula hæc vt sapida sunt eximie, & de salino hinc principio testantur; ita fixitatem obtinent, vt acria volatilitate magis gaudent, seu absoluta, seu respectiua. Hinc sublimari, & destillari per ascensum constante amaritie renuunt, extracta vero largiuntur præcipue. Hinc sal principio sulphureo & terreo fortius implicatum notant.

Hinc amara de natura alcalina vim aperientem, incidentem quasi diuisam habent, seu 1. incidunt, & aperiunt quidem; sed 2. simul roborant in primis ventriculum & hepar; 3. præcipitant & detergunt, vnde sunt febrifuga, & cholagoga; 4. putredini resistunt, quatenus humore absorbent, & calorem vigorant, vnde sunt anthelmintica & corruptionibus partium gangranosis resistunt.

SALSA latiori paulo significato de omni sale, alcalino, nitroso, tum cum primis medio prædicantur h.l. vnde sal com. \*cum, gemmæ, alcali, cin. clauell. & communes, lixiua, serum, vrina & nitrum huc pertinent.

Gaudent hæc ipsa virtute partim communi, partim propria. Omnia scilicet generatim 1. referant, incidunt, attenuant, aperiunt, penetrant, findunt; 2. humores fundunt & fluxiles reddunt, abstergunt, diuretica & diaphoretica sunt; 3. putredinem arcent, & gangranam curant, ac vlcera fordida putrilaginosam quælibet.

Propria vero quod gaudeant, particularum diuersitas in causa est, vnde lixiua, & hinc pure salia, rarefaciunt magis sulphur sanguinis, illa absorbendo acidum, hæc fundendo & ob acidum retusum quasi, ex acido-dulcia, quale est sal commune & gemmæ; nitrosa vero ob acidum prædominans, licet terreis, alcalibusque implicatum & sulphureis, (vnde leuiter amarificant,) si quæ alia sulphur sanguinis & sal volat. deprimunt, refrigerant, & venerem extinguunt, vt e contrario salia venerem stimulant.

Et sane strictioribus vulgo cancellis includi salia sub acidi.



alkali & enixi iugo, vel hoc solo exemplo clarum est, vt merito statuenda sint salia quædam media, quale est nitrum, cuius partes acidæ, sulphure implicite, si igne laxata compage abigantur, alcalinæ fixæ resitantes ad oculum relinquuntur in crucibulo. Hinc acida ipsa, de quibus mox, aliam fortiuntur configurationem particularum, si concreta & sicca spectentur, v. g. mercurius sublimatus, qui nil aliud est, quam aqua fortis in sicco, collatus cum aqua forti in humido, vbi acidum præpollet. Vnde in pathologicis non absolute v. g. pestilens venenum ad acidum, vel alcali referri potest & debet, sed ex vtrisque combinatum aliud sal corrosiuum, partim fixum, partim volatile, quale est in mercurio sublimato, arsenico & aliis. Imo id ipsum quoque valet in vegetabilibus, vbi natura ex diuersa miscela effectus intendit, non æque vni soli vel acido, vel alcalino debitos, exemplo gialapæ, vbi acidum cum sulphure resinoso per chimiam ad oculum fisti potest, neque tamen ob acidum purgare dici potest.

ACIDA potiora sunt plantæ, acetosæ & acetosellæ hinc dictæ omnes, in foliis præcipue & hinc radice, berberes, mala citria, ribesia, tamarindi, tartarus, acetum, spiritus salis, vitrioli, sulphur. nitri, & ex his parata alia.

Hæc ipsa vt viscositati sulphuris æqualibus gradibus sunt contraria, vnde acida obtundunt sulphur, nisi terræ eliarumque particularum interuentu amice socientur, vt vel in sulphure comunissimo videre est; ita ex hoc in primis fortiuntur & edunt effectum in corpore. Obtundunt igitur 1. & mitigant sulphur rarefactum, 2. obtundunt & impugnant partes alcalinas, fixas & volatiles, 3. easque figunt; 4. incidunt tamen & attenuant. Hinc stomacho grata sunt, sitim sedant, bilem obtundunt exuperantem, febres curant, & diuerso respectu resoluunt & coagulant. Resolunt partes tartareas grossas adeoque sanguinem grumescentem; coagulant figendo salia alcalia, adeoque & sanguinem nimis tenuem & rarefactum.

AVSTERORVM & acerborum exempla præbent rad. bifort. torment. fl. ros. mespila, sorba, vux immaturæ, cydonia, terra



terra Iaponica, alumen, vitriolum, martialia, vitriolata, & ex his parata, quæ inter quædam subauftera, subacerba sunt.

Proprius horum effectus est sistere, constringere, corrugare & roborare, vnde adstringentium velut basis sunt. Quæ vero sunt simul corrosiua, vt vitriolum, alumen & similia, illa non sunt fida adstrictoria, seu simul, ob acridinem coniunctam, dum fibras stringunt, membranas irritant, vnde provide vsurpanda.

TERREA naturæ sunt alcalinæ, suntque & dicuntur talia in scholis medicis, 1. a consistencia solida terræ æmula, saltim si pulueriscentur; 2. a qualitate, priuatiue ἀποια, nullius acrimoniæ, acoris, auferitatis, sed his expertia, v.g. creta, lac lunæ, lap. cancror. cornu cerui vst. corallia, perlæ, mater perlar. testacea, ossea, calcfornia, antimonium diaphoreticum, magisteria, bezoardica chimicorum & quasi talia alia, cinnabaris natiua, flor. sulphuris. Proprium horum est absorbere, præcipitare, inuertere, vnde ebullitiones humorum acidorum & biliosorum sedant, coagulum resoluunt. Quatenus vero acorem absorbent & saturant, nimio abusu appetitum minuunt, quod ipsum quoque indicio est, fermentum ventriculi in recessu saltim esse acidæ volatilis naturæ.

DVLGIA dicuntur & priuatiue & positiue talia; illa paulo improprie & sensu medico, vt aqua d. amygd. d. terra vitrioli d. mercurius d. chylus dulcis; it. edulcare, affusione aquæ & elixiando; hæc proprie & sensu gustus & vulgi.

Talia sunt radix inde nominata glycyrrhizæ, polypodii, fem. anif. dactyli, caricæ, ficus, iuiubæ, passulæ, siliquæ, manna, saccharum, mel, sirupi, & ex his & cum his parata. Saccharum saturni quoque dulce est, sed intensiue magis, mixtum cum aliqua auferitate. Licet vero de his quoque prædicari queat: mel in ore, fel in corde, seu ablandiri sæpe magis eadem, quam prodesse; habent tamen reuera vsum insignissimum, modo non excedatur.

Hinc dulcia pectoralia sunt & emollientia; pectoralia, in ruffi, raucedine & asperitate, emollientia interne, in alui obstructionibus, in calculo, in expediendis viis proficua, idque ob particulas rotundas, quibus inuisant partes salinas acidas sanguinis.



## LIBRI I. SECTIO I. CAPVT VII.

De

*Temperatis & calidis.*

**D**ictum hactenus est, quomodo inuestigandæ sint facultates medicamentorum, vt cognitio inferatur agendi, examinatis iisdem in se & in effectibus in genere. Iam in specie de qualitatibus cum corpore nostro correspondentibus dicendum venit, vbi doctrina de temperatis, & intemperatis, calidis, frigidis, humidis & ficcis occurrit.

Vti enim notissimum est ex superioribus, qualitates primas esse vel actiuas, C. & F. vel passiuas, H. S. ita fundamentum primum & clauis omnis huius doctrinæ est, elementa corporis nostri seu principia vitalia consistere in calido & humido, sanguine & fero.

TEMPERATA igitur dicuntur duplici sensu 2. a priori, in quibus principia mixtionis ita sunt contemperata, vt nec prædominari sal, nec sulphur, nec mercurium, possit sensu deprehendi, sed geometrica proportione ita se inuicem temperare, vt velut in æquilibrio singula versentur, nec frigida hinc, calida, humida, vel ficca dici queant, vilo gradu. 2. a posteriori, quæ relata ad corpus id ipsum non alterant, non inducunt qualitatem æque refrigerandi, calefaciendi, humectandi, siccandi, sed similitudinem quandam habent, vel quasi cum ipso conuenientem.

Not. vero circa hæc ipsa, (1.) alia esse temperata *absolute*, seu in omnibus qualitatibus, vt oleum, cera, adianthum; alia *respectiue*, quoad qualitates actiuas, in calido & frigido, vt lac, glycyrrhiza, quæ simul humectant, vel in humido & sicco, quæ non nihil calefaciunt. Conf. C. Bartholin. exerc. phys. part. 3. c. 2. pag. 270.

(2.) Temperata alio sensu dici in se & respectu vna corporis considerata; alio relatiue, respectu aliorum intemperatorum in gradu diuerso. Hinc quæ temperata sunt in se, priori sensu, audiunt talia, ex dictis rationibus; si vero in censu v.g. calidorum,  
vel



vel frigidiorum comparatiue spectentur, sunt & dicuntur eadem calida vel frigida primo gradu. Vnde patet, inter temperata recenserferi posse, quæ in primo gradu, & præcipue eius mansione prima calida sunt vel frigida, vnde reuera secum coincidunt, & sunt eadem, saltem diuerso respectu considerata.

(3.) Temperata respectu intemperati calidioris corporis esse possunt refrigerantia, v. g. præcipitantia, perlæ, CC. Philos. lap. bez. quæ sunt temperata in se, in febribus tamen refrigerant, quia nulla sua qualitate gradum caloris adaugent, sed potius infringunt.

(4.) Vt ergo indicium temperaturum est idem cum dictis, quod sapore, odore & effectu nullum effectum sensibilem prædominantem relinquunt; Ita de effectu illorum dicendum est vltèrius. Vel alunt, vel alterant; Alunt, quæ principio nutritibili sunt foeta; hinc natura alimenta volebat esse temperata, carnes, panem, lac, &c. vt in æquilibrio corpus seruetur, & substantia magis quam qualitate calidum augetur. Alterant, ad excessum relata cum primis caloris, salium, & sulphuris.

Cum vero non satis sit nosse, quod mixta seu medicamenta dicta alterent corpus, eiusque qualitates moderentur; verum quoque scire oporteat, quantum & quousque alterent, cum sit modus in rebus, sint certi denique fines, quos vltra citraque nequit consistere rectum; Hinc de gradibus & mansionibus graduum dicendum est.

In gradibus constituendis nemo dissentit, sed vnanimiter concordant, hos ipsos esse ponendos principaliter in primis qualitibus, adæquate in secundis & tertiis. Gradus nempe sunt quatuor, 1. 2. 3. 4. idque respectu tolerantia & modi applicationis ac effectus in corpore.

Cumque id ipsum, vt v. g. medicamentum dicatur cal. frig. hoc illo gradu, non strictis æquæ cancellis definiri possit, quin adhuc subdivisio quædam locum habeat, adeoque gradus gaudent adhuc sua latitudine, hinc etiam mansiones, partes, differentia, & stationes in vsum introductæ sunt, vt quam accuratissime alterationis terminum indagemus.

Mansio-



Mansiones nempe statuuntur tres, seu quouis gradus caloris v. g. iterum in tres mansiones diuiditur, in principium, medium & finem. Si enim intueamur calida, secundo gradu calida sunt amara, sed cum aliud alio sit amarius, consultum est illa velut minuta attendere. Card. bened. est amarus; amarius scordium, gratiola; amarissimum absinthium & aloë.

Præter temperata ergo, quæ nulla notabili qualitate excedunt, adeoque calorem nec intendunt, nec imminuunt, sed demulcent & conseruant, iam dicendum est de calidis, frigidis, humidis, siccis, quæ nempe interius vel exterius applicata corpori humano temperato sanguinem & serum, seu calidum & humidum vel intendunt, vel minuunt. Calida intendunt calorem frigida minuunt; humida serum intendunt, sicca minuunt.

Seu vt coniunctim illa spectemus, CALIDA sunt, quæ a posteriori effectum edunt calidum in corpore, calorem intendunt, excitant, ac rarefaciunt; a priori, quæ principiis actiuis, sale sulphure & mercurio magis vel minus sunt facta, inprimis quæ sulphur a sale volatili expansum magis habent; hæ ipsæ enim particule ita sunt comparatæ, vt qualitatem calidi adaugere aptæ natæ sint. Licet effectus seu gradus omnibus competant, vt primus, secundus, tertius, quartus, ab huius intensiõne vel remissionẽ dicuntur; id tamen exemplo caloris, tanquam magis actiuæ & sensibilis qualitatis magis patebit, vnde reliquis omnibus potest applicari, quorum eadem est ratio.

Calida primo gradu sunt, quæ alterant *obscure & vix sensibilibus*, sensum, citra notabilem vel sensibilem energiam, v. g. ex cephalicis, betonica, rad. pæon. lign. al. & temperata reliqua. Causa vero a priori est, quod in his partes sulphuræ volatiles vel parcius insint, vel obtusæ & subiugatæ a reliquis.

Hæc vt certis signaculis & notis magis pateant, not. cephalica, stomachica, traumatica aliaque alterantia consimilia sapore magis *insipida, pinguis, rosida*, (non aerea sulphureitate conspicua,) *dulcia, leniter odorata, terrea*, cum aliqua volatilitate in recessu, verbo, quæ illa principia actiua obscure & vix sensibilibus sensibus offerunt, sunt calida primo gradu.

Quæ



Quæ vero facta subdiuisione intra hos & seqq. terminos id respectiue magis exerunt, talia sunt cum mansione prima, secunda, vel tertia, licet mansiones illas medicariarius exprimant, sed experientia & vsui vniuscuiusque relinquunt.

Approprianda hæc ipsa sunt, vi methodi medendi, gradui contrario æquali, notum nempe est alterantia indicari non saltem absolute, sed in gradu æquali, vt fiat proportio inter eadem.

Calida secundo gradu sunt, quæ respectu primi gradus effectum habent magis *notabilem, manifestum, sensibilem*; respectu tertii, quæ eundem exerunt citra molestiam, vel læsionem. Adeoque principia actiua, sal volatile seu fixum alcalinum cum sulphure maritatum habent eminentius. Hinc *amara, resinosa, acriuscula, salsa, lenia aromatica*, secundo gradu calida sunt. Amara calida sunt omnia, licet de opio, lactuca, papauere quidam dubia mouerint olim, de quibus egimus in Opiologia. Res nempe eo credit, quod cichorium, lactuca & alia refrigerantem edant effectum, cum tamen partim per accidens refrigerent, vt cichor. endiu. ob absterfuiam & aperientem vim; partim amarorem habeant superficialium, ab aliis obtusum, vt in lactuca, papauere recenti videre est. Amara tamen, qua talia, non desinunt esse calida. Resinosa sulphur habent eminentius, & sale actiuo fœtum, aerea, utroque nomine secundo gradu calefaciunt. Acriuscula de sale volatili vel sulphureo itidem testantur, ut gummi gutta, aloe sagapenum, colocynthis ipsa; par ratio est reliquorum, ad distinctionem acriorum, vt sem. ricini, euphorb. Salforum exemplum esse potest inprimis vrina, sal ammoniacum &c. Aromatica itidem sunt duplicia: media secundo gradu, galanga, zedoar. fortiora, vt piper, tertio calefaciunt.

Calida tertio gradu, si sensum consulamus, sunt prioribus magis actiua, ita vt non solum sensibiliter & manifeste alterent; verum etiam cum intentata noxa, quod signum est pathognomonicum. Adeoque sal volatile vel fixum habent potentius, & maiori gradu actiuum, maioribus spiculis conspicuum.

Relata huc igitur sunt 1. quæcunque salia volatilia, vnde superius memorata eruca ipsa huc referri potest, item arum., lepidium rarunculus, asarum, quæ tamen ad quartum quoque diuerso respectu referri possunt; 2. his instructa quoque acria &



imordicantia, piper, pimpinella, quæ inter scorbutica non referuntur; 3. aromatica fortiora, imprimis caryophylli, costus arab. rad. carlinæ.

Notandum hic, exemplo macis, & erucæ, quædam diuerso respectu ad vtramque quasi classẽ referri posse, item respectu diuersæ præparationis, vt cinamomum calidum est secundo gradu, oleum cinam. tertio. Quod vero 4. salia lixiuua & acida attinet, illa considerari possunt partim quoad vsum internum, quatenus alcalia salia rarefaciunt, fundunt & sulphur expandunt, qua ratione ad secundum gradum mansione 2. vel 3. referri queunt: partim quoad externum, quod h. l. potissimum obtinet, quoad acida; quatenus rubefaciunt, incidunt & attenuant.

Hæc fere claudunt agmen calefacientium interne assumendorum, quæ si parce & prouide id fiat, exacuunt calorem & humores.

Calida quarto gradu sunt, quæ agunt cum læsione manifesta, licet & ipsa mansionibus suis distincta, & vsu diuerso. Regula enim instar in scholis medicis receptum est, esse quædam, quæ exterius rubefaciunt, interius vero non noceant, quod de cepis, aro, & imprimis rorella verum est, vnde eius virtutem pectoralem ob hoc ipsum sunt, qui suspectam reddunt, licet frustra.

Mansiones & exempla horum absoluunt & præbent rubefaciencia, v. g. ranunculus, lepidium, vesicatoria, vt cantharides, & caustica, vt  $\infty$ ,  $\frac{1}{2}$ , butyr.  $\frac{1}{2}$ ,  $\nabla$ ,  $\nabla$ . in quibus nempe sal acerrimum est, & spiculis manifestis, rodentibus & pungentibus præditum.

Subiungitur loco coronidis vsus huius doctrinæ. Sicut enim qui bene distinguit, bene docet, vulgata parœmia; ita quoque qui bene distinguit qualitates medicaminum, bene curat. Distinguuntur enim hoc ipso 1. quoad qualitates & particulas magis vel minus actiuas, salinas, sulphureas & mercuriales, vnde omnis agendi vis & energia. Distinguuntur 2. ratione alterationis & applicationis, vt gradibus intemperiei fiat satis velut certa proportione, singula adhibendo, vbi id opus est. 3. Ratione mixturæ, seu augendum sit vnum alterius accessione, seu retundendum, vnde notitia materiæ medicæ præcedat oportet & præparationem & compositionem.



## LIBRI I. SECT. I. CAPVT VIII.

De  
*Temperie medicamentorum  
frigida.*

**V**I contrariorum igitur facile patet, quænam sint & dicantur *frigida*; ea nempe quæ tantum abest, vt sulphur sanguinis exalcent, rarefaciant & in motum expandant, vt potius id ipsum deprimant, obtundant, debilitent & refrenent.

Idque videmus per mechanicam quasi, quomodo inuicem calida frigidis medicamenta sint opposita, vt acida obtundant, amara, vt figant acria, vt oleosa acidis in effectu, & hæc illis sint aduersa, atque textura variant mirum quantum.

Hinc duobus modis frigida spectata, 1. *priuatine* talia sunt, quæ non obtinent particulas actiuas, sanguinem in motum & calorem cientes, sed potius his, sulphure & mercurio, sunt destituta, 2. *positiue*, quæ moleculis & particulis in temperiem calidam inducentibus aduersantur, easdemque eminenter domare apta nata sunt.

Ea vero tria speciatim nominantur, duo passiuæ illa, vt aqua & terra, vnum vero actiuum, acidum rarefacienti alcali contrarium.

Hinc facile fuit regula: Quæcunque sunt terrea, aquea, acida, illa refrigerant vniuocè, & primaria intentione.

Refrigerant 1. *aquea*, serum augendo, & distemperando sanguinem. Vt enim hæc ipsa sulphur distemperant, & salia copiosa dilutione eneruant; ita & exorientem & aduictum in gradu & qualitate calorem in corpore, dictis illis prædominantia, diluunt eadem, & consequenter calorem demulcent, & freno quasi cohibent. Hinc exhausto per purgantia nimis sero & sitis oritur & calor; hinc æstuante corpore & sitis vexat ægros, indicio manifesto, quo indigeat natura, feri nempe sufficienti quantitate.



& contemperatione. Faciunt hoc igitur aquæ simpl. & destillata, qua tales, non spirituosa, succi, & alia, in primis vero si qualitate alia sint ob signata iuuante. Sic (1.) quæcunque aquea simul sunt & nitrosa, vt serum lact. capr. f. & destill. (2.) quæcunque aquea & acidula simul, vt succus cydon, iulebi, illa magis refrigerant. Sic (3.) quæcunque sunt sulphur-aquea; quæcunque (4.) sunt concentrata aquea, illa itidem refrigerant. Istorum exempla præbent sem. papau. sem. 4. frig. mai. recentia, & ex his paratæ emulsiões refrigerantes & confortantes, alterantes; horum gelatina, gummata, tragac. arab. Cornu Cervi, albumen oui, mucilagines.

Refrigerant 2. *acida*, & his affinia nitrosa, austeræ, acerba, styptica omnia, quatenus eadem caloris & motus principia in corpore, sal volatile & sulphur, domant, infringunt, obtundunt & figunt. Acida id præstant vegetabilia & mineralia, acetosa, spiritus salis, vitrioli, sulphuris, clyffus  $\frac{1}{2}$ ii, tincturæ ros. viol. Seu, vt itidem distinctius procedamus, faciunt id (1.) acida aquosa iam dicta; (2.) acido-sulphureo-ferrea, vti sunt instar omnium nitrosa, quæ quadratis particulis suis etiam in lingua frigus exprimunt, item nitrosæ ex plantarum genere, parietaria, & oleracea pleraque, quæ simul particulis aqueis sunt facta. (3.) Acido-terrea, quæ ipsa sunt austeræ, tormentilla, bistorta &c. (4.) acida-terrea-aquosa. vt alumen &c.

Refrigerant 3. *terrea*, ἀποια, insipida, & sensu medico dulcia, quæcunque demum fuerint, quatenus absorbent & præcipitant humores biliosos in motum actos. Faciunt id (1.) terrea proprie dicta seu κατ' ἐξοχήν talia, vt lac lunæ, lap. bez. conchæ, mater perlar. lapides. (2.) Terrea mucilaginea, terra lemnia, sigill. quæ lentore pollut. (3.) Terrea-acidula, vt ligna, sandalum, fl. rosarum &c.

Refrigerant (4.) sed noxie virosa, quæ dicta illa possident quidem, sed ita mixta, vt statui vitali sint contraria, suffocent, & obnubilent spiritus & calidum.

Vti vero non consistendum est in primis solis qualitatibus in alterando, non in solo effectu, sed producente; ita frigida quoque



que sunt alia directe, vniuoce talia, alia indirecte, mediate, æquiuoce, triplicis generis. Refrigerant sc. hoc pacto 1. causam tollendo dissipatiua, & poros referantia, & halituositate sua exhalationem procurantia; exterius spiritus vini, intus & extus camphora, it. diaphoretica, quæ disiiciunt in motum aptos humores. 2. præcipitantia tum frigida terrea, tum alia, quæ cum dictis etiam ex parte conueniunt, partim differunt, vnde huc referre possumus sulphurea, lac sulphuris, fl. sulphuris, quæ licet calida sint, in febre hectica phtholica tamen conueniunt, quatenus absorbent acrimoniam salinam & vlcus tollunt. 3. aperientia, quod exemplo amarorum, inprimis cichorii patet, imo & purgantium, rhab. v. g. gyalapa & alia sunt calida, & tamen calorem tollunt, ablata causa febris, bile, pituita, salibus fermentatiuis, qua ablata necessum est calorem expirare.

Plus scilicet sapit medicus quam vulgus, vnde quod barbaries in medicinam irruerit, huic quoque causæ, si non potissimum, multum tamen debetur, quod solis qualitibus abstractiue consideratis acquieuerint, neglectis principiis chemicis & interiori nucleo. Et illuc quoque fere referri potest dubium vulgo motum, an acida v. g. acetum ipsum, sint calida, an frigida? Ita acetum non frigidum sed calidum asserunt plurimi, contra *Galenum*, qui id recte frigidum statuit, quod acrimonia & morificatio, adde in aliis erosio, rubefactio, caustica vis fit manifesta, quæ sint effectus ignis analogi, adeoque calidi.

Repetendum h. l. nihil dici calidum debere, nisi quod effectum talem in corpore edit, calorem innatum intendit in toto. Id vero non præstant acida, licet in parte videantur calorem quendam conciliare, quod tamen fit per accidens, quatenus asperis spiculis infixis figitur quasi ibi sanguis & subsistere cogitur, vnde ab erosione dolor, a dolore calor & rubor confurgit. Hinc distinximus inter calida sulphurea, & calida salina, illa vocando, quæ particulas habent restaurando calori & intendendo idoneas, hæ quæ minus; illa κατ' ἐξοχὴν dicuntur calida, hæ restricte, & secundum quid, vnde aromata etiam seu quæ sale volat. & sulphure simul pollent, magis calefaciunt, quam sal volat.



fibi relictum. 2. inter vsum internum & externum, vel toti & parti debitum; quod ex dictis patet.

Ita vero longe melius res expediri & intelligi potest, quam si dicamus, esse calida per se, id enim fallit, refrigerare per accidens, potius enim contrarium verum est. Vt videmus nihil magis flammæ esse contrarium, quam acetum; ita & in corpore nihil acidis magis calorem extinguit.

Idem etiam valet de nitrosis, neque enim de nihilo plane est, quod Democritus ad figuras sapes retulit, si simul non tam externæ solum huius qualitatis, sed & interioris texturæ habeatur ratio.

Ex dictis vero facile gradus frigidorum & ordines patere queunt; qui differunt pro externo vel interno applicationis vfu. Vt enim, tactu teste, dantur frigoris & frigidorum corporum gradus, secundum quos etiam effectus diuersus confurgit; ita quoque ex recensione dictorum quoad internum vsum gradus facile perspiciuntur. *Primo gradu frigida* sunt aquea, terrea, plantæ nitrosæ, subacidæ, vt violaria, parietaria; reliqua pro horum modulo secundo, tertio & vltiori gradu, adeoque omnino vltra primum gradum refrigerant acetum, & spiritus acidi salini, contra ac nonnullis visum est.

Cum igitur & hæc satis actiua sint, merito & in horum vfu medio tutissimus ibis. Sunt frigida antidotum calidi & oppositum in effectu, hinc poros coarctant, exhalationem prohibent, illapsum abarcent, motum humorum quasi concentrant, vnde præbent medicis incrassantia, coagulantia, repellentia, defendentia, intercipientia, ambustis debita, & corrodentibus, quin & narcotica, quatenus spirituum impetum refrænant. De quibus agit *Hippocr. 5. aph. 23.* Frigido, *inquiens*, in his vtendum, vnde fluit aut fluxurus est sanguis; non quidem eodem loci, sed circa ea loca vnde influit, (exemplo hæmorrhagiæ narium, vbi frontalia & anacollemata profunt) partium, *pergit*, ardoribus inflammationibusque ad rubrum colorem tendentibus ex recenti sanguine (*in principio*) eadem profunt; inueterata vero frigidum nigrefacit. Erysipelas etiam non exulceratum (terrea & sicca, non item



item aquea & acida) iuuat. Quibus vero minus conueniat frigida, *seq. aph. 24.* addit: frigida (actu talia, cruda, item acida, nitrofa) pectori inimica, tussesque mouent, sanguinis fluxiones & catarrhos causantur.

Vtut vero (1.) pauciora sint frigida calefacientibus, cum magis ordinarie succendiculis egeat calor & fomite, quam extinguentibus, quod depletione sanguinis quoque fieri potest; illa tamen satis sunt actiua & sufficientia.

(2.) Frigida magis vniuersaliter alterant, quatenus æquali & generali modo calori modum dicunt, qui in corpore prædominatur & vbique actiuus est, vbi præfidet, & hæc illa architectatur pro viscerum diuersis modulis. Specifica vero cum sint, quæ calidum huius vel illius visceris respiciant, in quo sanitas & vita consistit, idem de frigidis expectari nequit; sed illa moderantur potius caloris excedentis hic illic additum gradum & qualitatem.

Frigida quarto gradu, præterquam actu talia & externa, non dantur, proprie loquendo, si de qualitatibus eorundem manifestis sit sermo; opium enim & similia stupefactoria non sunt frigida, quod falso olim putarunt, vnde in compositionibus philoniorum & aliis, imo in ipsa theriaca plura aromata calida, loco correctorii addiderunt frustra.

## LIBRI I. SECTIO I. CAPVT IX.

*De*

### *Temperie medicamentorum humida & sicca.*

**V**T vero calida & frigida calidum innatum, seu sanguinem, eiusque partes oleosas contemperant, illa restau-rando, hæc refrenando; ita idem quoque in qualitatibus passiuis valet, quippe quæ humidum radicale, vitale nutritibile serum, alterant, humida sc. & sicca; illa augendo, hæc imminuendo.

Pro-



Pro faciliore intellectu consultum videtur nobis humiditatis omnis principium statuere, vti reuera est, aquam, siccitatis terram. Imo hæ ipsæ duæ qualitates sunt & dicuntur passivæ ideo, quod a principijs chemicis passivis dictis actionem & vires indispiscantur, actiuorumque viribus auscultent, & illorum sunt vehicula.

Quæcunque igitur gaudent partibus aqueis, passivæ se habentibus, nec dictis actiuis principijs adeo foeta sunt, ea sunt humida, vti sunt tum aquea liquida quævis, tum aquea concreta. Liquidorum exempla præbent aqua f. & destillata, serum lactis, imo vinum ipsum; concretorum radices gummosæ. & mucilaginea quævis, imo olea omnia aquosa, seu sulphur-aquea.

Neque obstat spiritiosa sulphurea, vt  $\Psi$ , & acida, vt  $\Sigma$  us  $\Theta$ lis,  $\Theta$ li, siccare; illa calorem augendo & dissipando serum, hæc constringendo & coagulando.  $\Psi$  fortis (dephlegmatus) in tantum desiccet instar ignis, inquit *Verulam. H. V. & M. p. 47.* vt & albumen oui immissum candefaciat, & panem torreat. Item  $\Psi$  nostras, ait *Hoffm. præf. l. de M. O.* siue ex fecibus factus, siue ex tritico, speltaue, siue ex baccis iuniperi, tam infestus est hepatis, (immodico usu,) vt duorum triumve mensium spatio colliquatione introducta, (lymphæ blanda rosida humectatione destructa,) hydropem fecerit, quæ omnibus funesta fuit.

Differunt vero & hæc gradibus suis; Primo gradu humectant aqueo-terrea & concreta sicca, vt glycyrrhiza, violæ, gummi arab. althæa, scorzon. Secundo aquea liquida & mollia, diversis mansionibus, vt olea ipsa & gelatinæ, nisi tertio hæc humectare respectu priorum velimus dicere. Humectant, nempe talia, vt & siccant siccantia, magis substantifice, variantia, vt monuimus, interno vel externo usu. Hinc olea v. g. vlcerebus, quæ siccari & tergi postulant, minus conueniunt; aquea in ariduris faucium minus, quam lubricantia oleosa, non tam facile dissolubilia, vnde & emollientia talismodi mucilaginosi debent velut animam.

Cumque hæ sint passivæ qualitates, quæ summa vi operari neque-



nequeant, sine actiuis, calore vel frigore coniuncto insigni; humida quoque & sicca eminenti tertio vel quarto gradu non dantur, in se, sed quæ id præstare queunt, alterutra actiua sigillata esse oportet.

*Sicca* porro sunt, vi dictorum, omnia ea quæ principio terreo vel quasi tali constant; terreo, inquam, si fermo sit de siccantibus in se, vti passiuæ est qualitas. Sunt enim & siccantia potentialia, quæ non id tam præstant in se, quam mediante calore, quo adactæ, vel rarefactæ & expansæ magis, necessum quoque est, dissipari humiditatem.

Terrea igitur siccant primo gradu quasi imbibendo & absorbendo, potissimum externe. Interius enim potentius siccant spirituosæ & actiuæ simul. Hinc creta, cerussa, lac lunæ, pompholyx in vlcerebus, intertrigine, laxitate, putrilaginoso ichore optima sunt. Item aqueo-salina, vel sulphurea, vt thermæ. Siccant secundo gradu terrea salina alcalina quæuis, vt amaricantia, acria, aromatica, cinam. absinth. rhabarb.

Siccant tertio gradu resinosa, vt camphora, euphorbium; terrea austera, vt vitriolum, alumen vstum, gallæ, mercurius præcipitatus, & alcalia, calx viva &c. Quæcunque itaque maiori gradu sunt sicca, eadem fere pollent simili gradu caloris, hinc non dantur sicca quarti gradus, quæ non simul sint vrentia, vt mercurius sublimatus, arsenicum &c.

Ex singulis hæcenus dictis efficitur, nullum esse vitium corporis, nullum morbum, cui non suum sit remedium, idque non vnum sed multiplex, adeoque maximam medicamentorum esse copiam, vt non tam de inuentione amplius, seu accessione plurium, quam de imminutione seu selectu debeamus esse solliciti. Non tamen curta supellectili instructum esse oportet medicum, sed copia rerum, copia materiæ medicæ, ita vt non tam molem simul solam, quam virtutem aestimemus, memores plus valere vnum granum piperis, quam centum grana papaueris. Selectus exercitus, militibus constans robore corporis & animi præstantibus, præstat sæpe copiosis phalangibus.

Multum igitur interest, manuducere philiatros ad praxin

F

non



non per ambages, sed per rectam & regiam viam, edicendo, quanam sint genuina purgantia, genuina & probatiora emetica, cephalica, bezoardica & reliqua, tum simplicia, tum composita, tum Galenica, tum chimica. Nosse oportet, quæ recepta sint in usum, quæ exoleuerint; nosse cynosuram & regulam, ne laudibus etiam immodicis medicamentorum chemicorum quorundam irretiamur & fallamur, quæ primo infant hominum spes, hinc destituunt.

Lapis Lydius est experientia, rationi innixa. Qui cognoscendæ materiæ medicæ operam nauare cupit, ex praxi æstimare, debet, ex praxi informari, non vero scepticum agere, dubitare de omnibus, negligere vulgata & euporista, inhiare meris arcanis. Sane hi turpiter se dant, & raro vel nunquam ad felicem portum appellant, nedum solida scientia imbuunt animum. Hinc legendus est *B. Ludouici* in dissertat. pharmaceut. aliique probatiores autores, qui reformare hac in parte felici cum successu cœperunt medicinam, seu repurgare potius, & selecta a minus talibus proponere. Dandum est aliquid, imo plurimum experientiæ, etiam seculorum effluxorum, vnde nec veterum materiam spernere debemus vel vilipendere, modo selectum adhibeamus, selectum in materia ipsa, selectum in præparando, selectum in componendo, ita nitidam & sufficientem habebimus copiam.

## LIBRI I. SECTIO II, CAPVT I.

De

### *Emollientibus.*

**E**T hætenus quidem egimus de præcognitis quasi generali cognitione simplicium, quomodo se erga corpus nostrum gerant, quomodo item cognoscenda sint, & diiudicanda; iam ad vires speciales deuoluimur, hinc ad specialissimas quoque transituri, & primo quidem loco ad illa, quæ secundis qualitatibus agere diximus, in specie EMOLLIENTIA.

Vetus dictum est Methodicorum, quicquid strictum est, esse laxandum, & vice versa, quod apprime valet de emollientibus. Si  
enim



enim nouerimus 1. saepe vel restitare serum, vel deficere, feces materiamque fluidam aliam, 2. inde fibras tendi, vias, poros, canales obstrui, dolores augeri, coagulum confurgere & alia, emollientibus his satis fit.

Considerabimus hæc & seqq. methodo debita, ita tamen, vt materiam hanc medicam potissimum lustremus, & quæ selectioris sint ad praxin futuram, missis, qui modus noster generalis est, superfluis omnibus, recenseamus fideliter.

Dicuntur EMOLLIENTIA, Gr. μαλακτικά, ab emolliendo, eo scilicet quod emolliatione eget in corpore, vt posito hoc indicante, emolliendum esse, statim præsto fit indicatum hoc seu materia emollientium, quibus id commodissime fieri queat. Vt igitur per mechanicam dicimus emolliari dura vel quasi talia, ceram & pinguedinem concretam calore, fetas, coria, pelles, lutum, & emplastra humore, vnde terminus vsitatus in scholis medicis est malaxare, de emplastris valens, & emplastr. quodcumque, malaxetur oleo &c; Ita etiam si in corpore occurrat durities quædam, quæ ad statum naturalem, mollem, reduci postulet, indicantur seu id præstant emollientia. Debentur ergo in genere duris, quæ cum non sint vnusmodi, etiam variant emollientia.

Hæc vero, recepto vsu & doctrina Galeni l. 5. simpl. c. 5. esse possunt tribus modis: 1. Per resiccationem, durities enim per mechanicam in corpore est soboles siccitatis, sicuti mollities humiditatis. Resiccantur & indurantur defectu humiditatis non solum tendines, ligamenta, cutis, membranæ; verum etiam pori, alui scybala & contenta fluxilia vel quasi talia alia, vnde emollientia singulis debentur. Sic a validis exercitiis, feruore solis, diuturna inedia, a febris ardenti, a medicamentis exsiccantibus, contracturis, in specie &c. id fit. 2. Per repletionem, cum plenum est distentumque ab humoris largi affluxu, quod proprie tensum ac renitens dicitur. 3. Per concretionem, seu congelationem, cum tumor vi frigoris concreuit, quod vitium vel est externum, ab aere, vel internum, a propria nimirum laborantis partis intemperie, influentisve humoris productum, id quod per principia chimica explicari commode potest, quatenus omne coagulum est a sale tartareo.



Tria hæc sunt, ab omnibus veteribus quasi manu tradita, duri, indicantis emollientia, genera. Hæc, si penitius confiderentur, exhauriunt ipsius rei naturam, pluraque suggerunt, quæ primo intuitu non putes. Hoc ipso enim 1. innuitur usus emollientium generalis; 2. emollientium hinc gradus, seu morbi quibus debentur emollientia, & 3. materia medica, morbis illis debita.

Sane cum avari esse debeamus in medicina, id est, omnia, potissimum in inquirendis naturæ arcanis, ab utili æstimare optimum fuerit huic methodo insistere, & primo vsvm docere, hinc materiam remedii vsui huic inseruientem, cum cautelis & obseruandis specialibus.

Triplex videlicet est vsus emollientium, triplex etiam materia, triplex gradus. 1. *Emollientia* vi nominis, ab effectu impositi, *emolliunt simpliciter laxando & humectando*, subintellige tum vias, per quas efferi debet materia, tum materiæ contentum, vel per se humiditate egens, siquidem ad statum naturalem fieri debeat reductio.

Sic vitur emollientibus frequentissime (1.) ad *scybala* alui indurata educenda, sicciora si fuerint cum primis, instar stercoreum capræ, vnde emollientia materiam primam constituunt & vniuersalem, communem, clysterum; (2.) ad *crustas* seu escharas sicciores, & squamas, siue sponte enatas, vt in lepra, scabie sicca, pfora, siue etiam medicamentis causticis inductas, tollendas. (3.) ad *clanos* eradicandos, (4.) ad extirpandas *verruccas*, quo nomine vel lardum solum impositum, vel pediluuia proficiunt, (5.) ad *callos, ropbos* podagricos & similes abigendos; hi enim antequam digerantur, emolliiri prius debent. (6.) ad *ariduras* corporum melancholicorum & hecticorum squalidorum, (7.) ad *callos* ossium si non frangendos, saltim corrigendos, quando ferruminata ossa iterum sunt frangenda. Accidit enim aliquando, vt post male curatas fracturas, membri figura admodum deprænetur & distorqueatur, quoniam ossa non bene fuerunt coaptata, id quod contingit aut propter imperitiam chirurgi, aut propter inordinatos ægri motus, aut propter prauam deligationem, si nempe  
ager



æger sua sorte contentus esse nolit, si lasso fracti membri suis in operationibus sit effatu digna; si æger sit iuuenis & robustus, si callus recens, si os fractum non magnum, fractura tandem denuo rumpi aliquando potest, meliorque fractarum partium coaptatio institui, saltem ex hypothesi, præstat enim ita potius conformare omnia, vt eo non indigeamus omnino. Eo igitur casu callus prius perfusionibus, fotibus, cataplasmatibus, lutis thermalibus confimilibusque remediis probe per aliquot dies fouendus & emolliendus, quo rumpi hinc facilius possit.

Par ratio est (8.) *contracturarum & conuulsorum*, quæ sine emollientibus & neruinis curari sane non possunt, vt vnum remedium restituendi motus articuli eo casu in his consistat. Ita & in gibbi initio idem valet, vt ligamentum spinæ dorsalis emolliatur, quantum licet, & dislocatio vertebrarum reponatur.

Sic & (9.) in colicis, passione iliaca, calculo, ischuria, id ipsum valet, item facilitando partu vltimis mensibus, mediantibus balneis & linimentis; in herniis item pro fotu & litu, vt recedere possint intestina & in locum suum restitui.

2. *Emollientia emolliunt, seu vim suam exequentur laxando & suppurando.* Seu emollientia laxant fibras nerueas tensas, & irritatas, poros adstrictos & angustatos, glandulas subcutaneas & alias tensas, humores contentos. Adeoque sunt remedium dolorum, tumorum & inflammationum, duplici fine & effectu, vt vel quiescens in motum didatur materia seu humor, vel, si id fieri nequeat, si nimis impacta sit, digeratur & in pus abeat.

*Dolores* (1.) leuamen sentiunt ab emollientibus, quatenus & fibrillæ nerueæ sensiles & delicatæ demulcentur h. m. & cuspidatæ acres & morficantes, rodentes particulas obtunduntur. Facile remiscenda eadem sunt cum paregoricis, vnde chamomilla v. g. item lac & plurima alia & emolliunt, & paregorica sunt, quorsum referri potest cataplasma *ευπρόσιον* in podagra ex lacte, vitell. ouor. medulla panis triticeæ & croci parum.

(2.) *Tumores*, inprimis dolorifici, glandularum & glandulosarum partium emollientibus auscultant. Tumores tonsillarum



larum, mammillarum, herniæ incarceratæ, tumores testium, quos sæpe hoc pacto curauimus, non omiſſa herba paridis &c. Emollientia in his liberant, & dolores leniendo, & duritiem tollendo, & ἄσιν contentorum expediendo.

(3.) *Inflammationum*, quoque seu tumorum sanguineorum, vel quasi talium calore, rubore, dolore & suppurandi potentia sunt remedia. Quicunque nempe tumores ita sunt comparati, vt laxatis poris & fibris nerueis dispalescere possint & discuti, illi ab emollientibus iuuantur, citra suppurationem, & contra. Sic dentitioni profunt; sic in tumoribus glandularum laudatis, cum primum in tonsillis, bubonibus, mammillarum tumore optime se gerunt. Sic in doloribus nephriticis, pleuriticis, podagricis profunt, podagrici enim tumores non suppurantur. Sic in abscessibus omnis generis & furunculis optima sunt. Verbo emollientia sunt *indifferentia*, emolliunt digerendo, emolliunt suppurando, prout materia, quam alterant, fuerit disposita, vnde dicendum h. l. vna est de suppurantibus.

SUPPURANS seu maturans, concoquens, Gr. ἐκπυητικὸν καὶ πεπτικὸν, Galeno 5. simpl. c. 5. dicitur illud, quod pus mouet, vnde suppuratio nihil aliud est, quam in pus mutatio. Vt autem suppuratio proprium est naturæ, ac archei, seu caloris nostri opus; ita nullum medicamentum proprie ac per se suppuratorium dici potest. Dicit tamen tale potest, quatenus extrinsecus impositum naturam in puris generatione iuuat, calorem vel fouendo augendoque; vel cutis poros occludendo & prohibendo, ne is expiret & dissipetur. Adde, quod poros laxet, & fibras, vnde colligi in iisdem & coqui materia magis potest, quæ prius tendebat & lancinabat. Hinc natura corrupto sanguini, seu sero cum sanguine formam puris inducit; estque hæc alterationis seu mutationis species vna ex iis, quas Galenus l. c. c. 6. medias inter naturales & præternaturales appellat.

Tres nempe in animalis corpore alterationes, ex eiusdem doctrina, fiunt, vna plane secundum naturam, tum ratione materiæ quæ assumitur, quæ est alimentum, tum ratione causæ efficientis, nempe caloris natui, tum ratione finis, quod ad nutritionem spectat.

Et



Ethæc vno verbo est *πέψις concoctio*, quæ celebratur in ventriculo, corde, vasis, & partibus singulis.

Altera plane præternaturalis, eaque de causâ priorî contraria, *σῆψις*, seu *putredo* nuncupatur, cum nimirum ab alieno calore infitum vincente & profligante corpus corrumpitur.

Tertia inter has media dicitur *πεπασμός*, partim aliquid primæ & naturalis, partim eius contrariæ, quæ est præternaturalis, obtinens. Similis scilicet est alterationi naturali, respectu causæ efficientis, quoniam fit a calore natiuo; sed non plane vincente. Similis est alterationi non naturali, ratione materiæ, quia in materia peragitur, neque prorsus benigna, neque omnino aliena, sed tali, quæ licet non ita a natura elaborari possit, vt ad pristinum statum redeat omnino, & corpori vtile alimentum fiat, siquidem iugum iam excussit, ex dominio iam abiit, vel circulari desit; ad meliorem tamen & naturæ conuenientiore[m] statum reduci valet. Et ad hanc *ἐκπόσις suppuratio* pertinet. Nam quemadmodum alteratio naturalis, quæ ab innato fit calore, a simili extrinsecus iuuatur; ita, inquit *Galenus*, & hæc quæ ex vtraque mista est, & in puris generatione animaduertitur, quod ex recensione speciali materiæ clarius patere potest.

Et hinc vbi *σῆψις*, sphacelus, putredo & corruptio, calor cessat, pars friget, liuet, nigrescit, *νέκρωσις* patitur; indicio manifesto, calorem nullum plane ibi imperium obtinere. Hinc a *σῆψι* quoque nulla speranda salus, vel restitutio partis, nisi suppuratio se prodatur, qualis, qualis, testimonio, restitantis roboris & materiæ non penitus inobsequentis. Vnde quando in sphacelo circa extima, ab adhibitis remediis, pus inueniunt chirurgi, merito lætum *εὐγενεῶς* exclamant, & gaudent, de seruanda parte spem concipientes amplissimam. Par hinc ratio est digestiuorum.

(3) *Emollientia vim suam exerunt laxando & resoluendo.* Quando adest tumor & durities ex concretionem, ferique coagulo, emollientia proficua sunt, sed ita comparata, vt laxent non solum compagem, nec suppurent, (quod sufficiens non adsit humor, saltim ordinariæ, nam & quandoque licet tardius suppurantur,) sed resoluant, seu maiori gradu aggrediantur concretionem, &  
ex



ex ordine dimoueat. Hinc scirrhis hæc classis est appropriata, seu tumoribus duris, v. g. lienis, hepatis, tumoribus item aliis duris, concretis, rebellibus, frigidis. Hi egent resolutione coaguli, vt in motum cieantur per calorem, & hinc subigantur.

Hinc emollientia κατ' ἐξοχήν etiam tumoribus scirrhosis debentur, ex pituita reficcata, (sero coagulato) crassaque prognatis, quales tumores etiam in musculorum capitibus & tendinibus consistunt, vt in gangliis quoque ipsis. Distinguuntur tamen hi tumores scirrhosi ab ipso Galeno ratione materiae ex qua concreti sunt. Alii sunt pituitosi, benigni, mites, quando serum, vt dixi, tartareum & coagulatum intimius impactum est poris, calore debilitato partis, humore vero subsistente. Eo casu emollientia, resoluentia vnice profunt, & scirrhos persanant, mixta scilicet indicatione etiam mixtum indicatum applicando. Imo id de singulis quoque valet. Dantur enim casus, vbi dicta hæc inter se conspiciant; vnde in primis in tumoribus his duris alterutrum præstant, aut discussionem, aut suppurationem, quorsum & strumæ, scrophulæ & alia spectant,

Illustrant vero hæc etiam modi euentus tumorum omnium, quatenus finiuntur vel discussione, vel suppuratione, vel induratione, vel νεκρώσει & corruptione. Prioribus tribus apprimè velificantur emollientia, & his affinia, laxantia, suppurantia & ipsa etiam ex parte resoluentia. Vnde instar regulæ quoque notamus: Emollientia si misceantur cum resoluentibus, vel ipsa hæc sint talia simul, adaucto gradu fortius emolliunt.

Imo hæc ipsa resoluentia in internis abscessibus & coagulis quibuscunque omne absoluunt punctum, exemplo pleuritis & similibus, non omisis, si id fieri potest, externis.

Ex dictis patet, non opus esse, vt seorsim quoque laxantium fiat mentio & recensio, cum & illa sub emollientium classe non minus ac suppurantia reuera militent. Si enim, ex definitione communi, χαλασµὸν seu laxans illud est, quod densis corporibus, & quæ præter naturam dura euaserunt, confert, ipsissima id præstant emollientia; nam & hæc tensioni illi debentur, cum materia quadam, siue sanguis sit, siue serum, siue flatus partium spatia replet,



plet, extenditque atque dilatat, rarefaciunt, flatuosumque spiritum & materiam, quæ partes distendit, attenuant atque discutunt.

Diximus vero triplicem quoque materiam, & triplicem gradum emollientium esse. Si ergo materiam & texturam ipsam horum remediorum spectemus, commode dicuntur esse ea moderate calida & humida, vt & calorem & ferum iuuent. Seu, si ex principiis chemicis ea æstimemus, virtutem emollientium constituunt & fœnerant principaliter principium sulphur-aqueum, stimulum, salinum. Principium materiale est humidum, formale calidum. Hinc omnia moderate calida & humida, seu actu, seu potentia talia, emolliunt, & inprimis tepida. Emollit etiam ipsa aqua sola calida, vnde & *Pindarus nem. od. 4. Σεμὸν ὕδωρ μαλθακὰ τέυχ' ἔγναι*, calida aqua mollia efficit membra. Hinc magis humida sunt proprie dicta emollientia, quæ fluxilitatem augent, mucilaginosâ, saltim in recessu talia, & pinguia: magis sicca, improprie talia, quæ motum magis quam fluxilitatem augent, suntque paulo calidiora, quæ & emolliunt, & simul resoluendi vim possident, principiis actiuis, inprimis sulphureis, magis instructa, vt crocus, sperma ceti, resina, gummata. Exempla graduum distinctorum præbent ex simplicibus aqua, lac, oleum; lac magis emollit aqua calida, oleum calidum lacte calido, vel tepido, Aquea vero pure talia non nisi interuentu caloris emolliunt, mucilaginea vero magis. Quoad formam externam vnguenta & linimenta emolliunt leniter, cataplasmata magis, optime emplastra, quin & in his est differentia, vnde emplastrum diachylon simplex solum emollit, compositum seu cum gummatis emollit & resoluit. Vt itaque materiam spectemus.

Emollientia dicimus *κατ' ἐξοχήν* virtutem suam exerere ob MUCILAGINEM, & quidem duplicem, vel aquosam, vel oleosam, vnde quæ minus vel magis illam obtinent, minus etiam vel magis emolliunt, id quod variat, prout vel concreta vel diluta magis ipsa est.

Sic mucilago emolliens aquosa diluta visitur in decoctis, fotibus, balneis, clysteribus, ex *rad. alth. lil. alb. malua. glycyrrh.*



*herbis* s. emollientibus, malu. alth. viol. mercurial. branc. urf. pariet. chamom. s. & R. quæ simul digerit & resoluit, melil. atripl. &c. *florib.* chamom. lil. alb. melil. verbasf. *sem.* fœni gr. lin. ficub. pingu. prun. dulc. passul. min.

Mucilago emolliens concreta aquea tum in radicibus mucilaginosis, vt rad. symphyti, in farinaceis & pulposis, vnde pulposa dulcia, gummosa & humida primo & secundo gradu omnia emolliunt; tum cataplasmatibus cum lacte coctis & mixtis, vt taceamus plantas recentes plurimas emollire, tussilaginem v. g. plantaginem &c. vbi notabile est, plantas narcoticas, ob sulphur *μαλακτικόν*, quod possident, externo vsu si non omnes, tamen plerasque esse & reddi emollientes, vt hyoscyamus, & hinc paratum emplastrum, tabacum, cicuta ipsa, & hinc parata itidem emplastra, uno opium quoque ipsum.

Mucilago emolliens diluta oleosa-aquosa est in lacte, quod hinc cum mica panis similaginei & vitello oui constituit topicum euporistum paregoricum.

Mucilago oleosa est in genere in *pinguibus*, quo *olea, resinosa, emplastra* pertinent. Diluta v. g. iterum in oleis expressis & coctis, ouorum, hyoscyami, amygd. dulc. lil. alb. chamom. cappar. concreta in pingui. cerui, hirci, spermate ceti, medulla crurum vituli; magis concreta in melle, vngt. dialth. anod. & similibus compositis; adhuc magis concreta & emplastica in gummi ammoniaco, resina, tereb. & empl. de melil. dyachylon simplici & cum gummatibus, cerat. de ammoniaco, de cicuta. Inter quæ ipsa quoque diuersi gradus sunt & obseruantur, non minus ac in simplicibus quoque est visenda hæc diuersitas, tum absolute, tum respectiue, ratione ætatis. Hinc pinguia recentia v. g. solum emolliunt, & præstantiora sunt, ob humidi aquei & oleosi prædominium, vetusta vero rancorem & acrimoniam præ se ferunt manifestam, exemplo oleorum rancidorum, pingued. leporinæ, viperinæ; vnde ob prædominium particularum salinarum magis resoluunt & digerunt, magis etiam desiccant.

Hæc si noscantur intimius, facilis quoque erit selectus, facilis de agendi modo decisio. Sic plantæ emollientes stimulo nitroso etiam



etiam partem actionis suæ debent, nitrosa enim & fluxiles simul magis reddunt humores, & quæ simul nitrosa sunt, magis emolliunt & abstergunt quoque; emplastica magis sunt suppurantia & resoluentia, quæ enim suppurare debent, illa conclusa esse oportet. Emplastica enim medicamenta distensionem & euaporationem prohibent.

Notabile vero h. l. est, communiter emollientium materiam desumi ex regno vegetabili & animali, minus ex minerali. Mineralia enim & metalla omnia magis siccant, nec nisi gluten sui generis, seu viscedinem metallicam possident. Saturnina tamen, vt amicabile cum oleis laudatis ineunt commercium, ita emollientia hoc iuuant. Est enim & in saturno & reliquis mucilago concreta.

Adeoque facile patet, emollientium vim consistere in eo, quod principaliter lympham alimentarem vel excrementitiam adaugent, restituunt, alterant, fluxilem & mobilem reddunt, quod coagulum auertunt, quod poros dilatant, quod fibras laxant, quod obstructions consequenter inde ortas & alia obstacula tollunt, referant, dolores demulcent. Adæquate vero calorem una respiciunt, roborant, & blando fouent, vt archeus, tanquam motus omnis in corpore diribitor, vel remouendis impedimentis vel vincendis, superandis & immutandis incumbat, & motum fluxibilitium promoueat, & penetrationem præstet vna, adeoque omnia libere dispensari iterum in corpore queant; vt contentis humoribus motus & fluxilitas restituatur, fibræ continentis blande laxentur, adeoque seu massa sanguinea, seu lymphæ in circulum redeat, & duritiæ, tensioni & siccitati ablati, omnia secundum naturam fiant in machina.

Hinc & selectus formularum externarum colligi potest. Est vbi magis laxandum & humectandum est, vbi vnguentis & cataplasmatibus prærogatiua cedit; est vbi magis fouendum, digerendum & resoluendum est, vbi emplastris prima laus debetur. Quæ omnia ex notione caloris & humiditatis in mixtis & eiusdem respectus in corpore magis elucet, vt durum quicquid est in corpore præter naturam, per eadem emolliatur.



Complementum his addunt vsus legitimi monita & cautela. Ut enim 1. *emollientia* communia sunt praesidia, non specifica, aequae; ita *appropriatis commode iunguntur & miscentur*, quae vnicuique vel parti, vel effectui sunt familiaria. Ita enim euadent specifica & determinata praestantiora, seu v. gr. purgantia addamus in alui obstructione, seu carminatiua in colica, seu nephritica in calculo, seu alexipharmaca in bubone maligno, ut cynoglossa eo nomine celebris est, seu neruina resoluentia & paregorica in doloribus coniunctis &c.

2. In emollientibus notandum est, ut attendatur non solum partis vniuscuiusque tonus, verum etiam affectus & materiae contentae tendentis qualitas & natura. Quandoque enim prompte apta nata est vel discuti & diffilari, vel suppurari, quandoque rebellis; hinc gradu maiori addito, eximie magis id fit. Hinc vbi materia tenuis est, & diffilanda potius ac absumenda lymphae, minus conueniunt. Hinc in tumoribus mammarum ita moderanda est applicatio, ne suppurationem inducamus, frigidis v. g. obstruentibus cataplasmatibus, vel nimis calidis fundentibus.

3. *Emollientia imitantur genium aliorum topicorum; quandoque primaria intentione applicantur, quandoque secundaria.* Si nempe *πεπρατισμὸς* vel *συναρθερισμὸς* fiat ex massa sanguinea, si concurrant viscera, si totum simul affectum, vniuersalibus obstant, quae nisi attendantur, frustra sunt vt plurimum.

4. *Vbicunque materia acrimonia & malignitas potius in centro deueniri & coerceri amat, quam diffundi, emollientibus minus locus est.* Tunc enim ob malignitatem dilatatio pororum minus tuto procuratur. Exemplum praebent scirrhi maligni, vel tumores duri ex atrabilario humore orti. Hos Galenus l. c. ab emollientibus exasperari scribit recte, uti scirrhis ex pituita ortis sunt conuenientissima. Emulantur, imo sunt hi ipsi tumores de natura cancrorum occultorum, de quibus conforme est monitum aureum *Coi. v. aph. 38.* Quibus occulti cancri (tecti, non aperti, latitantes intus, nondum se exerentes aperto Marte) fiunt, non curare (seu emollientibus, seu aperiendo cum ferro, cum nullum pus subsit, quod



quod euacuari desideret, sed potius materia suppurari inepta,) melius, (tolerabilisque est, cum ex duobus malis eligendum sit minus, cumque si prodesse non possimus, saltem non obesse debeamus.) Curati enim (hoc pacto, præpostere, neglecta hac cautela) citius intereunt (malo exasperato,) non curati vero longius vitam trahunt.

5. *Vbicunque exsicccandum est, non emolliendum est, seu emollientibus non uti licet.* Sic in vlceribus omnibus adstrictio & exsiccatio requiritur, si consolidare eadem sit animus; Sic in fracturis, callo & exsicccatione moderata opus est, vnde absurdum est eo casu vti cataplasmatibus, magis enim emplastris roborantibus & firmantibus locus est. Sic & in fissuris mammarum potius exsicccandum est.

6. *Vbicunque laxior est tonus partis iam dum natura sua, ibi emollientia minus conueniunt.* Et speciatim in affectibus pulmonum id valet. Pulmonum scilicet ipsorum, nam in pleuritide, vbi coquendum est pus, emollientia cum paregoricis sunt laudatissima. Quando vero in tussi, in asthma, pthysi, & aliis bronchia obstructa sunt & grauata, & quæstio incidat de emolliendis viis & laxandis, non æque locum habent sola. Quia enim magis laxant poros, materia etiam magis irruit, nec eo ipso æque expectoratio fit facilior. Hinc vt in affectibus pulmonum resoluentia sunt nobilissima interius; Ita quoque exterius emollientia cum resoluentibus sunt miscenda. Dantur enim quæ id vna præstant, vt sperma ceti emollit & resoluit, item vnguentum rubrum potabile, & similia.

## LIBRI I. SECT. II. CAPVT II.

De

### *Adstringentibus.*

**C**um methodus medendi, quanta quanta est, per contraria fiat & absoluat, ipsa quoque contraria iuxta se posita magis elucescant, hinc vt emollientia duris & strictis debentur; ita adstringentia laxis, iis tamen non solis, siquidem



dem & mollientibus opponuntur, & aperientibus, vnde latissime patent.

ADSTRINGENTIA enim velut genus quoddam sunt remedium plurium, quæ ceu species sub iisdem comprehenduntur. Ut enim non dicamus incrassantia, repellentia defendentiaque sub iisdem quoque contineri, de quibus seorsim propter latiorum usum dicemus in sequentibus, ipsaque adeo absorbentia etiam hucreferri posse, complectemur usum iuxta ac differentias hæc speciales subiunctis canonibus.

1. *Adstringentia cogunt & corrugant seu constringunt fibras.* Si nominis etymon spectemus, elegantissima latet metaphora, desumpta a colligandis, vel stringendis fidibus laxioribus, contorquendo & in se arctando. Hinc

(1.) Colligant & vniunt *fibras viscerum*; quando villi, parietes, seu fibræ membranæ eorundem molliores sunt, flaccidæ & expansæ, apprime usum habent, idque tanto magis, quia ventriculus ipse totus membranosus est, & fibræ neruæ per totum corpus intertextæ. Hinc ut robore villorum constante calor quoque & humores circulandi in quacunque parte bene habent, speciatim in ventriculo, adstringentia merito roborantium titulum obtinent, quatenus præter calorem, seu archeum partis & fermentum specificum, villos roborant, contorquent, & vniunt, ut contractioni & expulsionem magis vacare queant, vnde cinnamomum, nux moschata & similia dicuntur roborantia, quod singula illa respiciant, quæ collectivè & coniunctim ad ventriculi robur faciunt. Par ratio est hepatis, cerebri & aliorum.

(2.) Roborant etiam *fibras sanguinis*. Cum enim ipsa M.S. ad consistentiæ suæ robur obtinuerit fibras, quæ & ipsæ laxari queant, & hinc fatiscere, adstringentia & has fibras constringunt, adeoque consistentiæ sanguinis, siquidem fuerit tenuior, rarefactione velut deficiens & improporcionata, velificantur. Valet id tum in peste, tum in cachexia, scorbuto, & syncopæ aliisque morbis, vbi sanguis est magis tenuis & mobilis.

(3.) Firmant *fibras nervosque & vincula ossium partiumque musculosarum*, v. g. dentium alveolos, gingivarum robur partiumque

que



que continentium laxata vincula varia, sphincteres ani & vesicæ, ligamenta vteri. Sunt hæc quasi tenacula, *Klammer* / quæ vtrinque constringunt & firmas tenent partes ac instar cunei constringunt.

II. *Adstringentia condensant & infarciunt poros*, vnde tunc peculiari nomine dicuntur, prius quod præstant, *πυκνωτικά*, vi rarefacientibus contraria, ita enim CONDENSANTIA Galeno audiunt *l. 5. simpl. c. 14.* quæ poros contrahunt, cœarctant & insensibilem transpirationem impediunt, quo sensu condensantia sunt, quæ non tam adstringunt in se, quam condensando adstrictionem post se relinquunt. Condensant vero poros magis frigida, quatenus spiracula caloris plus iusto hiantia contrahunt, vnde sufficiente ad hoc sola velut refrigeratione agunt, adeoque debilius contrahunt, quam priora. Quod enim valenter & consipare & constringere debet, vt ex dictis patet, robur quoddam renitens ac durum habeat oportet, quo cum careant medicamenta aqueæ naturæ, tenues quidem poros in vnoquoque corpore contrahunt atque condensant, aut totam partem, quoad fibras & villos, valentius constringere nequeunt.

Hinc usum habent hæc adstringentia, seu condensantia specialius dicta, vt cutis compactior, densiorque reddatur, tum ad euitandas externarum causarum iniurias, tum ad nimium sudorem spirituumque dissolutionem inhibendam, quare extrinsecus potissimum vsurpantur.

Posterius quæ præstant, dicuntur peculiari nomine INFARCIENTIA, illinentia, *ἐμπλαστικά καὶ ἐμφρακτικά*, obuiscantia & obstruentia, quatenus iuxta Galenum *l. 5. simpl. cap. 11.* corporis poris seu meatibus illita, iis tenaciter adherent, seu quæ substantia sua crassa, lenta & glutinosa meatus corporis oblinunt, operent, atque obstruunt, citra omnem acrimoniam & mordacitatem. Si enim mordax esset tale medicamentum, hæere in poris non posset, sed facile excerneretur, liquando partem, vel euocando humorem, quod attrahentia præstant. Et conueniunt hæc ex parte cum emollientibus, quatenus lentore pollent, viscedine, mucilagine vel vinctuositate, vnde diffuere humores vetant.

Hinc



Hinc vsum habent emplastica hæc, cum incrassantibus communia, in sputo cruento sedando, item ad dysenteriam, quo fluxus compescatur, acrimonia materiæ mitigetur, & intestina oblinantur munianturque aduersus humorum affluentium acredinem. Exteriori vero ad sistendum sanguinem, cohibendos sudores immodicos, & per accidens vna ad suppurandum, de quo iam diximus.

III. *Adstringentia incrassant, figunt & domant humores.* Remorantur & cogunt humores efferatos, tenues, & impetuosè motos, vt frenum indepti restitent, figantur & quiescant; Vnde speciatim si tenues fuerint, audiunt INCRASSANTIA.

Hinc frenum sunt bilis, frenum seri, salium & fermentationis p. n.; hinc retardant impetum excrementorum in vomitu, diarrhœis, dysenteria, hypercatharsi, cholera, incontinentia vrinæ, diabete; affluxum item sanguinis & seri impetuosum, vnde DEFENSIVA audiunt, & INCREPANTIA.

IV. *Adstringentia constringunt, coangustant & contrahunt oscula vasorum,* vnde speciatim Galeno & aliis tunc audiunt occludentia, Gr. *συναπνικὰ, στυπνωτικὰ, στυπνωτὰ,* quatenus *ἀναστομώσεις,* id est aperta venarum & arteriarum oscula coarctant, sensibilesque excretionem cohibent, claudunt, nec quicquam quod sensu percipi queat, de sese emittunt, vnde ischæma & traumatica huc spectant. Hinc conueniunt in vulneribus, erosionibus, ruptione, hiatu, in hæmorrhoidibus aliisque sanguinis fluxionibus cohibendis.

V. *Adstringentia fluxionum & effusionum remedia, non solum affluxum & influxum, sed & effluxum moderantur.* Hinc locum habent eximium interius & exterius, in fluxionibus quibuscunque & motibus sanguinis omnibus, ab interno vitio exitu affectato, in hæmorrhagis narium, mensibus & lochiis immodicis, sputo, vomitu & mictu cruento. Remedia sunt optima fluxionum sanguinis, in dictis & aliis casibus. Fluxionum seri, in catarrhis acris, falsis, tenuibus, phthisin & hæmoptysin minitantibus, in ichore vlcera seroso, fluore albo; fluxionum seminis in gonorrhœa &c. varie miscenda cum abstergentibus, traumaticis, roborantibus & opiatis.

Hinc

Ex



Ex quibus recensitis specialibus vsibus generalis magis elucescit, & exhauritur magis adstringentium doctrina, quatenus *ἐνσχυετα* illorum in eo consistit, quod tum *contentos* humores fluxiles, tenues, in impetu suo coerceant, ipsosque increassando, inviscando, concentrando cohibeant & in centro detineant, ne impetuose exundare, rareferi, & exitum affectare possint; tum *continentes* poros vasorum, fibrarum, parietum, & viarum corrugent, crispent, colligent, & incuneent, vt velut aggere posito retineant & auerruncent irruentes humores.

Necessum itaque est, vt texturam obtineant ad quietem magis, quam motum humores aptandi; adeoque cum calori dilatanti, rarefactioni & mobilitati sit obuiam eundum, mutuantur adstringentia virtutem sine dubio maxime a principio terreo, & salino acetoso, vt illa κατ' ἐξοχήν dicantur & sint adstringentia, quæ hæc duo mixta & combinata habent magis, ac prædominantia, vnde gradibus variant, vt quo magis acidum terreo remixtum est, eo maior etiam obseruetur adstrictio; quo magis dissociata huiusmodi particulæ aquosis, aliisque, eo minus & fere non nisi improprie dici queant adstringentia.

Cum vero, vt ex dictis claret, magna sit adstringentium latitudo, pro varietate insigni concurrentium ad morbos fluidos, hinc quæcunque causæ fluiditatis sunt contraria, etiam sub adstringentibus militant.

Prius tamen, quam de gradibus his dicamus, addendum & illud est, quod adstringentium latitudo etiam ex miscela aliarum particularum elucescat. Vtut enim proprie adstringentia sint frigida & sicca, vtpote causis fluxionum contraria, & cognoscantur ex sapore acerbo, austero acido, & quæ acerbæ sunt, austeris fere efficaciora deprehendantur & omnium maxime styptica; obseruandum tamen est, non omnia adstringentia frigida esse. Sunt enim quædam, quæ valenter adstringunt, tantam nihilominus adeptæ caliditatem, vt corpus etiam exurant, vt Glum vstum, seu ☉ Glī, quin calefaciendi sine vsurpentur toto die, vt cinnamomum ex aromatibus, aloë ex gummatibus, & alia.

H

Hæc



Hæc scilicet ob heterogeneousitatem particularum adstringunt quidem, sed adstringendi hanc virtutem habent limitatam, & sigillatam una cum acrimonia, aromatico, dulci, amaro characterè, quin & pulposa, oleosa, balsamica simul sunt quandoque, vt nux moschata; vnde & adstringentia quædam sunt *generalia*, quædam *specificæ*, non omnia omnibus conuenientia. Seu adstringentia (quæ distinctio in praxi hinc locum habet maxime,) alia sunt *sibi relicta*, proprie & κατ' ἐξοχήν dicta, terrea & austera & c. alia *comitata*, amara, vt absinthium, aromata, vt cinnamomum & sic porro; vel ex specificis cephalica, stomachica, hepatica.

Sufficit tamen, omnia hæc adstringere ob principium dictum terreum, & austerum remixtum, magis vel minus; Hinc enim differentiam ratione maioris & minoris non exiguam quoque habent, vnde quædam leuiter adstringunt, quædam mediocriter, quædam summe.

Sic *primo gradu* & remissius adstringunt, quæ austerum leuissime possident, & expansum terreis, vt sunt (1) *terrea*, ἀποστα omnis qualitatis excessiuæ expertia, & quasi talia, ficcantia & absorbentia, alcalina fere natura prædita, vt vnicornu fossile, corallia, creta, bezoardicum martiale, ☉ cinnamomi, lapis hæmatites, spodium; ex vegetabilibus flores balaustior. rosarum rubr. papaueris rhæados, folia bellidis, polygoni, millefolii, pyrolæ, faniculæ, virg. aureæ, radix plantaginis, quo & musci spectant, vt vsnea cranii humani, lichen & alia.

Referri huc quoque queunt (2) *aqueæ*, licet improprie paulo sint adstringentia, quorsum spectant ex vis destillatis v plantaginis, polygoni, cinamomi cydoniata, burfæ pastoris tormentillæ; par ratio est decoctorum ex iisdem, & siruporum similium nonnullorum.

Vtraque hæc præcipue conueniunt, quando humores peccant acetosi magis, quatenus illa absorbent, hæc diluunt & temperant, vnde & huc referri possunt amara plurima, quippe quæ hinc inter roborantia præcipua sunt, vt rad. cichorii, rhabarbarum, absinthium ponticum & c. itidem acori & bili vna debita.

Sic



Sic *secundo gradu* adstringere statui possunt mucilagine & lentore conspicua, seu aquoso concreto, vt radix symphyti, gummi arabicum; seu aquoso-oleoso, vt semen hyoscyami, plantaginis, 4. frigida maiora, papaueris albi, quorsum & dulcia & pulposa referri queunt, sirupus de symph. papau. plantag. pilosell. conferua rosar. symph. item vnguentum Comitissæ, quæ tamen oleosa & lubricantia improprie magis adstringunt; seu terreo, vt terrea lemnia, sigillata, bolus armena, quæ alias *καρ* *εξοχην* dicuntur incrassantia, item emplastica; seu austeriuscula simul, vt trag. granorum actes, quæ & ob lentorem farinaceum concretum, & acinos sambuci egregium est remedium; Seu sulphureo, vt sanguis draconis, nux moschata, mumia, succinum in cataractis suspendendis, vitellum oui. Ex compositis huc spectant ad hanc classem sperniola Crollii, emplastrum contra rupturam, de *crusta panis*, ceratum sandalinum. Et hæc imprimis locum habent, quando fluxiles & tenues sunt humores, vt accessu horum viscosiores reddantur, seu incrassentur & sic ad frugem redeant.

Sic *tertia classis* est eorum, quæ eminentiori gradu corrugandi fibras potentiam in ipsa lingua & faucibus exerunt, licet iterum mansionibus suis distincta. Ex vegetabilibus talia sunt radix bistortæ, tormentillæ, vna bezoardica vi hinc prædita, item sorba, cydonia, gallæ, mespila immatura, corna, fungus, salicis, betulæ, terra Japonica. Potentissima vero adstringentia præ vegetabilibus inprimis sunt mineralia, O,  $\text{O}^{\text{li}}$ , quæ hinc liquorem stypticum hodie tam decantatum largiuntur, crocus  $\text{S}^{\text{tis}}$  adstringens, O vstum,  $\text{O}^{\text{li}}$ , & ex his præparata alia. Ex compositis tinctura coralliorum, antiphthifica,  $\text{S}^{\text{tis}}$  adstringens,  $\text{A}^{\text{ris}}$   $\text{O}^{\text{li}}$ , essentia terræ Japonicæ, traumatica, extractum tormentillæ, bistortæ, puluis stypticus Crollii, noster probatissimus; Ex sirupis, sirupus coralliorum, myrtinus. Hinc tosta magis adstringunt, vt rhabarb. tostum.

Improprie magis id præstant acida, quæ figendo *salia* *co-* *latilia* humorum partim sanguinem coagulant & concentrant, vt  $\text{O}^{\text{li}}$  & +, interno vsu; partim fibras corrugant simul,



vsu potissimum externo. Ob erosionem tamen & liquiditatem minus proprie dictorum classi accenseri queunt; seu illis non æque est fidendum, non tuta sunt adstringentia.

Improprie etiã communia singulis hunc faciunt opiata & cum his mixta, v. g. theriaca, essentia theriacalis, theriacalis, extractum theriacæ, laudanum opiatum, essentia anodyna, pulvis anodynus, pilulæ de cynoglossa & similia.

Et tertius hic ordo magis conuenit, quando biliosi acres peccant humores. Quæ vt magis pateant, distingui iterum potest inter actum adstringendi completum, & incompletum; Incompletum vocando, qui non omnia præstat perfecte, quæ ad adstrictionem requiruntur; completum, qui contra. Requiruntur nempe ad adstrictionem perfectam 1. humor influens, affluens vel effluens, seu contentum; 2. Vasa, pori, cutis, fibræ dimittentes, seu continentes. Quæcunque igitur adstringentia vtrisque debentur, illa complete & perfecte sunt talia, & vice versa.

Hinc tertii ordinis proprie dicta id cum præsent magis, illis etiã magis fidi potest. Vtque hanc finem relicius assequamur, insigne strategema est, vt adstringentia cum figentibus miscemus, seu styptica cum figentibus mixta magis adstringunt; Et opiata quoque cum adstringentibus magis, sine his minus fide adstringunt.

Præter hæc vero quædam notatu digna occurrunt, & quidem tum respectu adstringentium, tum respectu partium, quibus debentur.

1. *Adstringentia seligenda sunt appropriata, seu causæ & parti magis conuenientia.* Hinc stomachica & cephalica debent esse aromatica; Hinc in fluxibus malignis magis conueniunt simul bezoardica; In hæmorrhagiis simul conglutinantia; in hepatis & ventriculi affectibus acida quoque.

2. *In adstringentibus semper ratio habenda ventriculi;* nec ultra quam pororum & fibrarum, vel viscerum ratio permittit, adstringendum est. Quatenus enim terrea sunt, fermentum ventriculi detruunt, quatenus austera & fixiorum partium, euaporationem chyli impediunt. Id ipsum quoque in affectibus pulmonum valet.

3. Vt



3. Ut augment adstringentium vim anodyna, sic moderantur eandem resoluentia; seu alcalina, seu alia tenuium partium, quæ Ole austero minus pollent, maxime necessaria, ne humor qui disiici debet, magis subsistat, ichore scat, & corrumpatur. Valet id inprimis in sputo & vomitu cruento, & casu ab alto, vbi lapides cancrorum, mel, acetum respectiue profunt. Hæc etiam cauent, ne nimis seu vltra terminum naturalem adstringatur, quod itidem notari meretur, tum in dysenteria, vbi bezoardica magis eligenda, tum in affectibus pectoris.

4. *Vbicunque motus humorum promouendus, adstringentibus non locus est.* Vbi scilicet viæ magis dilatanda, fibræ laxanda, humores potius resoluendi & incidendi, tum interne, tum externe adstringentia non conueniunt.

5. *Exterius frigida magis repellunt, non promiscue tamen locum habent in omnibus partibus.* Adstringentia exterius quoque humoribus & vasis debentur; illis, vbi impetus, rarefactio & effusio sistenda, vnde audiunt repellentia; his, vbi oscula occludenda, vt in vulneribus & aliis lassionibus, vbi ischæma dicuntur, vtraque inferius quoque seorsim spectanda.

6. *Roborandi sine exterius acidula & aromatica magis profunt;* vt penetrationem nimirum sortiantur, ipsa in se terrea, vnde etiam magis alterando, in dictis casibus, quam constrictione fere præstant. Exemplo sit vomitus, diarrhoea, dysenteria, vbi & theracalia locum habent.

7. *Adstringentium vis, vbi paulo post remittit, nouis dosibus iu-uanda est.* Ut constans sequatur effectus; contra ea desistendum, vbi metus recidivæ non est, vel mitiori gradu procedendum. Hinc in hæmophthysi 1. pulueres, 2. tincturas, 3. infusa & decocta vsurpamus.

8. *Adstringentium nature alia præ altera forma externa est conuenientior.* Hinc cum humorem fluxilem debeant componere & frenare, solida præ liquidis, & liquida concentrata præ diffusis adstringunt. Natura enim ipsorum est terrea, quieta, contraria fluxilium. Hinc decocta, potiones & aquæ adstringentes proprie & striçte loquendo non sunt, vel saltim refractam &



diffusam magis exerunt stypticam virtutem; multo minus, quæ ob heterogeneitatem humores turbant facile, vt emulSIONES.

9. *Quæcunque adstringentia particulas habent laxiores, vel aciores, minus tuta sunt, quibus fidere possis.* Sic de acidis iam diximus. Conueniunt nempe magis externe, & vbi humores potius peccant, quam villi erosi, vti in V. S. raninarum ad hæmorrhagiam compescendam aceto vtimur. Sic *dulcibus*, vt sirapis, *minus fidentum* est quoque, partim quia roscidis sunt implicitæ particula adstrictoria, vnde minus incuneari possunt laxa; pulposa & dulcia enim potius emolliunt & lubricant; partim quia fermentandis humoribus apta sunt. Exemplo sit sirupus myrtinus, de rosis siccis, de symph. Fernelii, vnde magis in affectibus pectoris, magis condimenti & secundarii remedii locum sustinent. Sic balnea adstrictoria minus sunt fida; Vnde demulcendi, roborandique sine quidem adhiberi possunt therma, in vteri squalore & inde oboriente sterilitate cum successu; sed in mensium fluxu immodico, etiam præseruatiue minus. **Quin** si præseruatiue adstringentibus balneis vtaris, cauto opus est, ne menses ordinarie fluxuri impediuntur, quod illæ hinc expertæ sunt cum suo damno, quæ vt virginitatem mentirentur, adstrictoriis curarunt balneis.

Sic clysteres adstringentes infidi sunt, proprie dicti, nam *ἐπιμερασινα* pinguia temperata locum quandoque habent, vt taceamus, quod in *Opiologia* adduximus, ab adstringentibus seu terreis, seu gummosis facile dolores & obstructions oboriri.

Sic forus & suffimenta adstringendi sine minus locum habent. Sunt quippe suffimenta tenuium partium, & calor coniunctus dilatat poros, dilatatos vero fluxio maior insequitur, vnde ex fol. quercus & similibus apud practicos laudati suffitus frustra fere præscribuntur.

Sic vnguentis & linimentis adstringentibus fidi non potest. Conueniunt potius emplastra glutinantia & roborantia ex topicis; **Quin** iuuant etiam fere hæc per accidens naturam, quatenus exteriores partes laxando diuertunt, vti vnguentum Comitissæ in mensium fluxu immodico locum habet. Sunt enim

inter



inter se e diametru opposita pingua laxantia, & astringentia terrea, austera.

10. *Adstringentia cum cibis non commode dantur, ante vel post verò data, etiam alimentosa, diuersum sortiuntur effectum.* Cum cibis non danda, quia, ex nostra hypothesi, chylificatio fieri debet euaporatione partium alibilium continua, primum subtilium & volatiliorum, hinc & grossiorum; adstringentia vero huic euaporationi sunt contraria, vnde videmus quoque ab hisce assumptis alimentosis grauitatem ventriculi oboriri & anxietatem saepe, quatenus euolui renuunt & rareferi. Ante cibum vero sumptorum alimentosorum, v. g. cydoniorum, non idem effectus est, qui post illum sumptorum; dum enim motu peristaltico suo & corrugatorio fibræ ventriculi propellunt contenta, necessum est variari id ipsum, prout cibi ingesti inueniunt strictas magis fibras, vnde minus transire possunt, vel iis ingestis stringuntur magis superiores, vnde laxantur inferiores. In ventriculo quippe motus huius est principium. Hinc laxitas alui ab adstringentibus accidit per accidens.

11. *Vbicunque coactiue fiunt fluxiones, sanguinis, aliorumque humorum, adstringentia easdem non remouantur, sed promouent potius.* Per coactiuas intelligo ab obstructione vasorum, & ab ordinario denegato spatio, ab *ὄγκασμα*, a copia, ita vt sanguis contineri alueis suis non possit præ angustia, & rarefactione nimia, sed cogatur derelinquere stationem & alibi exitum quærere. Quando itaque datis tunc temporis adstringentibus tenduntur & corrugantur magis fibræ, angustaturque magis spatium, fieri aliter non potest, quam vt exprimatur cogaturque humor. Hinc id videre est non solum in hydropicis & cachecticis, quibus frequentius hæmorrhagiæ narium fiunt, verum & in hypochondriacis, scorbuticis, spleneticis. Imo etiam hæmorrhoides ipsæ ex hoc fonte vt plurimum scaturiunt, & mensium immodicum profluuium. Conueniunt autem illa potius, quæ sanguinis circulum in ordinem redigunt, auferuntque vim illam coactiuam, V. S. purgantia & aperientia ipsa. Optima cæteris paribus & tunc sunt acida.



## LIBRI I. SECTIO II. CAPVT III.

De

*Aperientibus.*

**V**T motum excedentem & præter naturalem refrenant in corpore adstringentia; Ita motum humorum deficientem promouent & in ordinem citant **APERIENTIA**, non minori latitudine, non minori vsu gaudentia, imo fere maiori, cum non solum varias species, de quibus dicendum erit, complectantur; verum etiam in latitudine sua ipsa diuretica sub se comprehendant.

Notabile tamen est, hic agi de aperientibus iis, quæ, vt *Gal. l. 5. simpl. c. 14.* loquitur, talia sunt & dicuntur primario & per se, non de illis, quæ ex accidenti quasi facultatem aperienti habent, cuius generis sunt, quæ v. g. vteri orificium a phlegmone vel scirrho, vel ariditate occlusum aperiunt, item quæ occlusiones labiorum, a phlegmone occlusorum, aut genarum, aut narium, aut gutturis, aut præputii, aut sedis, aut similis partis osculi inflammationem indeque natam occlusionem, sanant. Verbo, contradistincta sunt aperientia ab emollientibus, licet secundum quid inter se habeant affinitatem. Proprie enim hæc non sunt ἀνασφραγιστικά seu aperientia; Vnde *Galenus* Dioscoridem reprehendit, quod confuderit illa nonnunquam inter se, aperientia cum illis, quæ laxant, vel emolliunt, humectant, aut soluunt.

Dicuntur nempe ἀνασφραγιστικά Græcis, quasi dicas oscula seu ora vasorum referantia, vtpote de quibus κατ' ἐξοχήν prædicantur, & nominatim iuxta *Gal. l. c.* non tamen illa strictiori vocis acceptione sola absoluuntur, quin ad omnes interiorum, partium ductus, vt venas, arterias, canales, vretes, nervos, referandos ditatandosque accomodari possint.

Audiunt etiam ἐνφραγιστικά, quod obstructions expellant; seu motui humorum tum alimentariorum, tum excrementitiorum impedito debentur **APERIENTIA**. Posito enim vel mobiles seu

seu



secundum naturam *humores*, v. g. M. S. bilem, chylum, vrinam esse indispositos, ac otari quasi nec moueri, seu ob caloris natiuu & particularum actiuarum defectum, seu fixitatem, lentorem, coagulatum & viscositatem; vel *vias* indispositas esse, venas, ductus, canales, ob humores, flatu, partes solidas extraneas, facile patet, aperientia esse proprie, quæcunque motum restitunt humoribus & remoras viarum tollunt.

Adeoq; vt distinctim de iis dicamus; 1. *Aperientia in genere expediunt obstructions viarum, vasorum, ductuum, meatum & pororum*, vt quodocunque in his motus cessat, vel remora quædam accidit, auxilium ferant, vt & sanguinis & feri circulus indefinenter & irrequiete fiat, & excernenda vbiuis naturaliter decenter promoueantur, menses, sudor, vrina, bilis &c.

Vbi notandum, alia viscera præ aliis obstructionibus esse obnoxia, adeoque etiam aperientia illis eximie & præ aliis deberi. Vbi nempe ductus, vasa, humores plures decurrunt, ibi facilius quædam fit subsistentia, vnde exemplo hepatis, lienis, pancreatis, mesenterii, vteri, renum & pulmonum id clarum est.

Vasa huc spectant communia, venæ, arteriæ, nerui & vasa lymphatica, quæ itum & reditum largiuntur. Et quidem obstructio horum alia est totalis, alia partialis. Non illa semper, sed hæc potissimum innuitur, quando non sufficiens spatium, conceditur transeunti humori, id quod exemplo mechanico aquæ ductuum illustrauimus, in quibus limus sensim sensimque se affigit parietibus. Hinc per mechanicam etiam citius moueri oportet, quæ angustiori, quam quæ largiori continentur & vehuntur spatio. Et hinc videmus ob hanc solam causam sæpe fieri hæmorrhagias, & quidem κατ' ἔξω, illo latere, quo viscus affectum recumbit, non altero. Hinc obstructis vasis lymphaticis sunt hydatides, & facile hydrops. Subtilissima inter hæc vasa sunt nerui, vnde & magis vniuersaliter solent obstrui in paralyti, idque sæpenumero, si obstructio mesenterii redundet in neruos, vnde paresis ex colica nota est.

Meatus item expediunt, qui educunt & excernunt, vt porum choledodum, vretes, intestina, ductum pancreaticum.



Adeoque profunt aperientia in ictero, hydrope, cachexia, affectu hypochondriaco, colica, calculo, asthma, mensium suppressione, scorbuto, paralyfi, scirrhis.

2. *Aperientia resolvunt coagulum salino-tartareum*; Quod ipsum specialius dicit agendi etiam modum. Si enim concipiamus obstructionum *γένεσιν*, sine dubio debentur, inter alia itidem ex ordine dicenda, tartaro, seu particulis terreis, sub salinis & aqueis contentis, limosis, ad quietem quam motum magis aptis, seu ex necessitate materiae, vitio assumptorum grossiorum, seu ex fermento vitiato viscerum, generatis & accumulatis. Id vero manifesto videmus in vrina, quae a natura educitur, partes nempe tartareae, limosae, & aquae, ad motum & corporis usum minus inferuientes. Cum igitur certum sit utrumque, & adesse tartarum hoc sensu in corpore, & cumulari ultra quam par est, & ad motum minus aptum, adeoque inde obstructiones seu remoras tales in motu hinc inde fieri, facile quoque patet, quantum hisce contra eant aperientia.

Not. vero & h. l. tartarum alium esse fluidum, alium concretum, alium in fieri, alium in facto; omnem vero obstructionis esse autorem. Hinc cum concretum praesupponat fluidum, regula enata est nostra; omnes nephriticos esse etiam hypochondriacos, omnes item podagricos esse hypochondriacos, licet non vice versa; seu in hypochondriacis abundat tartarus fluidus, qui in podagricis & nephriticis concrevit facile.

Latius vero paulo tartareum hic pro omni coagulabili, vel coagulato & subsistente sumimus, unde non solum in dictis affectibus, item in syncope, palpitatione cordis, polypo cordis, quae a grumescencia sanguinis nobis concinne deducuntur, in scirrhis porro hepatis, vel lienis; verum etiam in extrauasionibus feri & sanguinis omnibus profunt. Omne enim extrauafatum, in corpore subsistens, iners est, dominium archei excutit, quiescit, obstruit, negotium facessit, coagulatur, putrescit & aliquando in flatus resolvitur, ab archeo debili. Hinc & in abscessibus omnibus, nominatim pleuritide, empyemate, in grumis sanguinis a casu ab alto, in vulneribus, in asthma, tussi,



tussi, ipsa resoluentia sunt optima; seu in genere pulmonum quoque affectibus resoluentia apprime debentur, quod ibidem frequentissime fiant concretiones. Imo sunt hæc ipsa resoluentia horum affectuum genuina & specifica remedia, tum primaria intentione, tum secundaria adhibita.

RESOLVENTIA itaque, sub aperientium classe militantia, sunt diuina remedia omnium morborum tartareorum, quorum sane pars non est exigua, & qua talia sunt, polychrestorum merito nomen merentur. Sic sperma ceti specificum est in asthma, casu ab alto, calculo; sic cinnabaris, sic lap. 69. eodem nomine celebrantur.

Adeoque hoc sine amurcam venarum abstergant, sanguinis & reliquorum humorum motum restituunt, promouent, cuncta peruadunt, flatus incarceratos, concretosque humores & scirrhum minantes tartareos, successiue collectos & impactos, resoluunt. Vnde & ex vniuersalibus purgantia, diaphoretica & diuretica huc faciunt.

4. *Aperientia incidunt & attenuant crassos, viscidos, tenaces humores ad motum minus aptos.* λεπρυντικὰ sc. & hæc affinia ημπτικὰ, attenuantia & incidentia merito sub aperientibus comprehenduntur, eodem enim gaudent usu, sine & materia quoque. Dicuntur vero ita, quod humores spissos & tenuitatis modum non seruantes extenuent atque diuidant, fundant & fluxiles reddant, vt hinc in motum, quo carent, ciantur promptius. Constat enim infallibile axioma per αυτοψίαν, spissa & densa, viscida, minus esse fluida.

Attenuant & dissoluunt v. g. mucum pituitosum in primis viis & ventriculo, vnde μόλονσις fit ciborum, vnde præparant humores crassos ad educationem. Fluxilem reddunt bilem, si iners reddatur, subsistat, nec stimulo suo excretioni humorum intestinalium velificetur. Attenuant humorem pancreaticum, itidem stagnantem & spissescentem, indeque vappescentem & sape acescentem. Extergunt glandulas intestinales, vt pori magis hient. Hinc & sanguinem spissorem, tum reuera talem, quando serum sanguini vel æqualiter magis, vt in mania, & hectica, vel



vel inæqualiter, vt in febribus malignis & ardentibus, incoctum resoluunt & dissoluunt; tum quasi talem, vt in scorbuto & in affectu hypochondriaco.

Faciunt ad crassam lentamque pituitam, tum alibi, tum in bronchiis pulmonum inhærentem incidendam, tussique reiiciendam, pituita enim nihil aliud est, quam serum spissescens & coagulatum. Quin & extrinsecus insignissime profunt, quando frigidi, crassi, lenti humores aliqua parte corporis vel in scirrhum, vel circum nervos, membranas aut articulos effusi coierunt, vt in paralyfi, spasmo, sugillationibus, gangliis, tumoribus variis accidit. Imo in ariduris & crinonibus ipsis.

Hinc variis aliis morbis auxilium ferunt, qui fundamentum agnoscunt in lentore & motu impedito humorum, viscositatem illam & pituitam fundendo & liquando, in anasarca seu hydrope pituitoso, catarrhis crassis &c: Remedium apoplexiæ, coryzæ, febrium intermitentium omnium, detergendo & extirpando fermentum febrile, in glandulis intestinalibus hærens, tum extra paroxysmum, tum ante illum, quod nisi obseruetur, frustranea omnis vt plurimum est curatio, & contra.

4. *Aperientia absorbent, edulcant, saturant, fixos, acidos, austeros & ad motum ineptos humores.* Aperit se h. l. campus egregius discurrendi de ABSORBENTIBVS, sub aperientibus optimo iure comprehensis. Inter autores, qui de virtute simplicium medicamentorum scripserunt, potissimum hæc tangit *Salomon Albertus MSS. de materia medica*, seu libro, quem vocat *antidotarium*, quod complectitur decente ordine digesta medicamenta simplicia & composita vsitata, tum internis, tum externis corporis affectibus accommodata. Ordine quasi procedit hoc, vt humores frigidi, pituitosi, serosi & lenti, quauis parte corporis collecti, facilius euelli, attrahi, dissiparique possint, prius emolliendos iudicat, deinde extenuandos, idque vel vtraque seorsim facultate, vel ambabus pariter confusis. Huiusmodi enim auxilia alternanda esse, id est, nunc emollientia, modo siccantia vsurpanda, dum humore omni absumpto tumor totus subsideat. Adeoque præmittit absorbentibus emollientia & tenuantia, tanquam humores illos contumaces prius apparantia,



rantia, ita, vt absorbentia hinc vocentur ipsi, quæ præter incidendi attenuandique vim etiam ficcitatem validam adeptæ sint, & quicquid humoris præter naturam in corpore attigerint, præmissa dicta emollitione, aliisque apparationis modis, citra dissolutionem valide exsiccano prorsus exsorbeant, ac ceu epotent, ebibantque atque absumant.

Verbo, hoc sensu absorbentia audiunt externa topica, partim discutientia, integra cute existente, in tumoribus variis aquosis corporis, partim & proprie magis traumatica, cute diuisa in vlceribus. Quæ significatio vt fundamentum habet in re, esse nempe absorbentia *externa*, non minus ac incidentia; ita sunt genuina hoc sensu etiam interna, quæ alias etiam *præcipitantia* frequentissime hodie, & *saturantia*, *edulcantia*, item *inuertentia* audiunt. Vt enim de acidis quoque prædicentur præcipitantia, quatenus contrarietate sua alcalinos humores inuertunt & in ordinem redigunt; vsus tamen obtinuit, vt hæc communius dicantur incidentia potius, & κατ' ἐξοχήν absorbentia, terrea, alcalina, quo nomine & interna & externa gaudent, ita tamen, vt & acida quædam, sed terrea simul, præcipitantia, absorbentia audiant, v. g. alumen vstum, Glum calcinatum, quod item de internis, vt martialibus, vitriolatis, sulphuratis, cinnabarinis &c. verum est, ita vt de natura alcalinorum, ceu potiori, singula hæc & similia esse certissimum sit, vi ipsius effectus.

Hæc itaque absorbentia sunt vna optima aperientia, quatenus constat, in melancholicis, hypochondriacis, scorbuticis & horum affinibus subiectis aliis, acidum ligare sanguinem, obtuso sulphure; fixato sale volatili, mercuriali & mobili. Quo sensu alias etiam tenuiores visi humores in dictis affectibus, in recessu crassi seu torpidi potius dici merentur, quatenus fixiores sunt, & hinc σαώσιω facile patiuntur, & in se tartarum copiosum condunt, vnde non sunt contradictoria, melancholicos esse sputatores, illosque laborare obstructionibus enormibus, vrinæ illorum esse tartareas &c.

Dictis talismodi remediis præcipitantibus edulcantur quasi humores, & fixitatem suam amittendo sub motum archæi redeunt & vocantur. Edulcatur chylus acido fixo irretitus, &



minus euolutus, vnde constrictæ erant glandulæ intestinales, nec satis hiabant; edulcatur inde serum siue lymphæ, vnde & efferrare sanguinẽ definit, & fluere, moueri ac nutrire, vt par est, reoccipit. Edulcatur bilis in statu atrabilario, quatenus ab acido fixiori in & extra M. S. mire peruertitur in colore, in qualitatibus, acrimonia, siccitate, qui humores cum sint fundamentales veluti columnæ corporis, iuncto vna sanguine, itidem suos manes inde patiente, facile patet, quantus sit vsus aperientium absorbentium.

Gaudent vero hæc ipsa duobus veluti elementis: (1) partibus salinis, seu alcalinis, seu refractis etiam ac retusis irretitis, siue inuiscatis acidis, exemplo dictorum, quæ ipsæ particulæ incidunt, absorbent & præcipitant alienas peregrinas in humoribus, ac in motum cient; (2) Partibus terreis, quæ illarum virtutem adaugent, vna vero villas, fibras & parietes roborant. His expositis, ceu clauis quadam adhibita, patere potest & modus agendi martialium, & suo modulo etiam similibus, & quare videantur martialia & adstringere & aperire.

Prius, quam hinc progrediamur, operæ pretium fuerit, de his videre quoque in specie, cum martialia, vitriolata, tartarea, antimoniata sint aperientium apex. Videri meretur hanc in rem *Higlmorus libr. de affect. hypochondr. c. 9. p. 133. & seqq.* vbi disquirat, an chalybs in affectione hypochondriaca vtilis sit, & qua ratione. Varias communiter adducunt hypotheses, aliis in primis qualitatibus rationem quarentibus, vt siccitate, aliis in secundis, quatenus pondere suo partes obstructas permeet, & ita ab infarctu suo vasa liberet. Alii ob abstergendi & aperiendi vim conducere statuunt. In quibus omnibus hypothesibus partim contradictoria obseruantur, partim petitiones eius, quod in principio est, siue idem per idem probatur. Ipse vero *Higlmorus* statuit agere ob stypticitatem vitriolicam, cuius proprium sit constringere, adeoque per accidens adstringendo aperire, non aperiendo vasa obstructa agere, quæ in his affectibus, quibus mars debetur, re aliqua extranea non semper occludi iudicat. Quem in finem concipit, cum vasa accidenti aliquo leui



leui restricta, naturæ impulsui non obedientia, excretioni aut circuitui non facile præbeant exitum, ad interiora repulsum, recurrere sanguinem, & ad vasa retrahi maiora, dilatata inde magis, nec ad exteriora circulum æque admittentia. Hinc cum adstringat mars, siue vitriolica stypticitas, partes relaxatas & contrahat, æqualiter iterum didi sanguinem, quod latius videri apud eundem potest.

Sed per mechanicam genuina agendi martialium ratio patet, quatenus humores fixi, acetosi, austeri hoc modo edulcantur saturanturque, vnde statim & chylus dulcedinem suam recipit, euolui aptior hinc redditus simul, & fixitas lymphæ iuxta ac acrimonia tollitur, quibus ablatis necessum est, omnia vegetius moueri & munere suo fungi, tolli vero symptomata inde producta varia.

Patet ex dictis agendi modus aperientium, his vero symbolicam actionem exercent quoque, & viam ac aditum parant, vniuersalia dicta. Hinc regula generalis esse potest; vniuersalia præsidia omnia velificari & succenturiari aperientibus, non solum V. S. verum & diaphoretica, & diuretica præcipue, hinc & purgantia. Hæc locum magis inueniunt, vbi materia est mobilis, & dispari vel educi apta; illa, vbi minus. Hinc regula practica alia est communissima: Nec purgantia sine aperientibus, nec aperientia sine purgantibus feliciter operari. Laboret quis quartana, cachexia, ictero nigro, affectu hypochondriaco, scorbuto, licet fortissima dentur emetica, malum non cedit, quin exasperatur; licet generosa dentur aperientia, malum non cedit itidem, sed perdurat. Coniunctis vero & sociatis sibi inuicem his ipsis vtrisque, felicissimus sequitur effectus, idque iterando, si prima vice non successerit.

Vtque hoc vnanimi practitorum consensu obtinet de diuiso, sociando tamen per vices, actu; ita notatu digna est obseruatio tertia: aperientibus iuncta purgantia iisdem vires largiri maiores. Laudatissimus hanc in rem locus est *Martiani com. in l. 2. f. 2. v. 214. de morb. p. 139.* vbi purgantia innuit sæpe aliis medicamentis addi, non vt purgent, sed vt aliorum medicamen-



camentorum virtus intendatur. Medicamenta hæc, ait, vt longo experimento mihi notum est, si in minori quantitate, quam pro purgatione vsurpari soleant, aperientibus medicamentis permisceantur, ita vt virtus aperientium præualeat, nullo modo aluum mouent, imo eorum virtus, quia maximæ est æt̄iuitatis, ad vias sudoris vel vrinæ aperientium facultate conuersa, horum vim adeo intendit, vt medicamentum euadat tum ad aperendum, tum ad sudorem aut vrinam mouendam efficacissimum. Horum vsum se docuisse addit Teutonicum quendam, qui eo pro secreto vsus est in curatione febrium, quæ in longum tempus protrahuntur, cuius efficaciam & ipse felicissimo successu sæpius sit expertus.

Inter Germanos celebrauit inprimis vsum hunc *Gesnerus in Epist.* vnde etiam oxymel helleboratum Iuliani & eiusdem inclaruit, a quo in pleuritide mira se vidisse testatur *Hoffm. M. O.* Valet hoc ipsum non tam in pulueribus, quam in infusis & decoctis, quæ etiam hoc nomine in obstructionibus & febribus antiquatis sunt laudatissima.

Sin speciatim lustremus selectiora & in praxi vsitata magis aperientia, iuxta classes præfixas; Talia sunt (1) *acria*, ut rad. ari, 5. aperient. apii, asparagi, fœnic. petrosel. rusci, herb. antischorbut. cochlear. lepidium, nasturtium omne, epithimum, sinapi, costus verus, conf. cochlear. fumar. aqua hepat. nob. N. O. & alia.

(2.) *Aromatica & spirituosæ*, vt cochl. schœnanth. lign. fastasras, spec. diarhod. diatr. sand. aromat. rosat. (3) *amaricantia*, vt rad. cichor. graminis, herb. absinth. agerat. calamenth. capill. veneris, ceterach, cuscut. fumar. hepat. nob. summitat. fumar. cent. min. fl. hepat. nob. bellid. cort. cappar. tamarisc. in infusis; It. ex gummatibus aloë, \*cum, elix. propriet. antischorb. essent. abf. composita, Pilulæ  $\text{¶}$ rex, extr. acor. ver. &c.

(4) *Acida*, vt rad. acetos. cremor & crystali tartari, acidum tartari martiale, vitriolum Martis, hepatic. rubr. Dresdens. vsus aperitiuus Penoti,  $\text{Θ}$ striat. vitrioli, tartari, M. S. clyssus gñii, arcanum  $\text{¶}$ ri, & alia.

5. *Aquæ.*



(5.) *Aquea*, decocta, infusa non solum, sed & aquea alia, inprimis aquæ dictorum simplicium, vt & ∇ polychresta Rolsin-  
cii, antiscorbutica, fumar. &c.

Pertinent vero huc (6.) & *dulcia* quædam, sicubi fermentatione opus fuerit, qua mediante expediri obstructiones queant, quod mensium obstructorum exemplo inprimis clarum est; vt radix polypodii, sirupus diasereos, de duabus & quinque radicibus, byzantinus, martialis; Quæ quidem loco condimenti potius, & secundaria magis quam primaria intentione, in vsum vocari queunt.

Vltimum locum & præcipuum tamen tenent (7.) *absorbentia* vt alcalina, v. g. lap.  $\omega$ . elogio *Helmontii*, corall. crocus  $\sigma$ is aperitiuus cum  $\Theta$ ibus,  $\Delta$ atus, saccharinus, flores  $\Theta$ \*ci f. &  $\sigma$ ales,  $\Gamma$   $\Theta$ latus,  $\omega$   $\Theta$ l. coag. Ra  $\Gamma$ ri, puluis cachecticus Q. Hartm. Stomachicus Q. &  $\kappa\alpha\tau$   $\epsilon\zeta\omicron\chi\eta\nu$   $\sigma$ ialia, in forma liquida, spissa & solida, ac mixta. Vt taceamus externa resolutentia & aperientia topica, oleum capparum, carminatiuum, emplastrum magneticum & similia, facile pro indicantium varietate & viscerum affectorum modulo varianda, socianda & maritanda.

Vt vero vsu feliciori se commendent, notandum: 1. in vsu aperientium respiciendum semper simul est ad statum humorum in genere, ad totum; adeoque præmittenda vniuersalia, & inprimis quoque venæ sectio obstructionibus tollendis simul ministrat, quatenus nempe in motum ciet sanguinem, ventilat eundem, eiusdemque consistentiam corrigit. Exempli loco adduximus mensium suppressionem, & palpitationem cordis; in illa, commodum est aperientia dare, cum primis martialia, solida, vel liquida forma, hinc purgare corpus & venæ sectionem instituere in saphena circa nouilunium, vel instans ordinariuum aliud tempus, quo factò sæpe illo ipso die meminisse fluxum ordinariuum.

Notandum h. 1. martialia sicca dari consultius in humidioribus, liquida in ficcioribus. Ita aliquot curauimus puluere cachectico solo, alios croco  $\sigma$ is  $\Delta$ ato cum lap.  $\omega$ . ad aliquot grana dato, facta continuatione; in aliis Ra  $\sigma$ is  $\Gamma$ ri-

K

fata



fata profuit. Par ratio est palpitationis cordis, nam & hic, parte dempta, reliquus sanguis magis subigi & in ordinem redigi potest.

Verbo, vt humores deficientes restituendi, de quo seorsim mox; ita superflui euacuandi, si felix operatio expectanda ab aperientibus.

2. *Semper respiciendum est ad tonum viscerum*, vnde alterum porissima sequitur: *quicumque continuis aperientibus vrgentur, inprimis volatilibus, leduntur.* Volatilia ad primum impetum faciendum optima sunt, sed citius desistunt in virtute prosequenda, fixiora vero pigriora quidem videntur, attamen ideo non inefficacia. Hinc non abutendum est illis, vel aperientibus & incidentibus in genere. Abusus fit, si magis motum, quam qualitatem attendamus humorum, si magis hanc & motum simul, quam viscerum statum. Hinc aperientibus continuo interpolanda sunt tonica & roborantia; hinc martialia & amaricantia omnium sunt optima. Speciatim  $\sim \ominus *ci$  laudatissimus quidem est in obstructionibus expediendis v. g. mensium, quartanis; verum, si quis continuo eo, & plus quam par est, utatur, fit, vt efferentur humores, & caliditas præternaturalis seu æstus succedat, quin omnia alias pacatiora exasperentur; fit, vt dum acorem omnem expellere conantur medici, fermentum ventriculi iners reddatur, appetitus emoriatur, corpusque lassum & torpidum euadat.

3. *Vt tonus partium respiciendus quoad fibras & villos; Ita etiam specifica aperientia unicuique visceri seligenda.* Notandum enim est, commode diuidi posse eadem in vniuersalia & specialia; illa vocando, quæcunque in motum cient, vel dissolunt humores; hæc, quæ specialiter, citra vniuersalem illam actionem, alterando & pacatius id præstant ac exequantur, ita, vt vniuersalium velut vicem subeant, & omnibus communia sint laudata, seorsim vero partium obstructiones specificis expediendæ. Regula hæc in praxi est nobilissima; *aperientia vniuersalia cum particularibus non confundenda*, vtraque vero sibi invicem quasi subordinanda, ita, vt nec vniuersalibus vtamur  
folis



folis citra specifica, nec his sine illis. Fundamentum huius rei esse potest, quod in infimo ventre omnium morborum, si non prima materia, perpetuus tamen magis fomes quærendus est. Hinc si quis curandus sit apoplecticus, vel paralyticus, solitus sum felicissimo cum successu adhibere, exterius quidem vnguentum neruinum ad dorsum, linimentum & vnguentum ad articulos; interius vero v. g. spiritum  $\Theta$ \*ci & lil. conuall. elixir cephalicum volatile, & simul martialia, vnde puluerem ordinaui ex croco  $\sigma$ 'is aperitiuo, cinnabari natiua, radice ari, lapidibus cancerum cum oleo cinamomi, vel ligni sassafra, qui puluis probatissimus est etiam in melancholia hypochondriaca, in vertigine & aliis affectibus capitis ac infimi ventris, vnde iure merito puluis cachecticus cinnabarinus audit. Sic & vterina aperientia specifica cum vniuersalibus maritanda sunt.

4. *Dulcia insida sunt aperientia, condimenta & bellaria potius, quam primario vsurpanda;* quia nempe, si largius dentur, cœnosum & lutosum reddunt sanguinem, adeoque obstructionum fomitem adaugent. Locum tamen habent, vbi vel  $\delta\epsilon\gamma\alpha\sigma\mu\delta\varsigma$  sanguini conciliandus, vel vbi abstergendum, cuius ret gratia commodum est dulcium cum acidis connubium, quatenus hæc illorum sunt correctorium, & vi sua incisoria absterforiam iuvant, lentorem vero corrigunt. Hinc exempli loco esse potest oxymel squilliticum, medicamentum ad incidendam pituitam laudatissimum, in asthma & tussi, cum crassa, viscida materia, egregie proficuum.

5. *Cum diuersa sint aperientia, fixa, volatilia & media, merito etiam horum selectus & gradus obseruantur,* vt nempe inter indicans & indicatum proportio sit. Præstat vero si vllibi, sane in aperientibus agere per  $\epsilon\pi\iota\upsilon\gamma\alpha\sigma\iota\upsilon$ , paulatim, pedetentim, ad ductum naturæ, magis correcto sanguine & expeditis obstaculis, quam sola impulsione intempestiua.

6. *Non commode dantur aperientia cum cibis.* Vt enim adstringentia cum iisdem data euolutionem chyli & euaporationem impediunt; ita aperientia præcipitant eandem, vnde non fit debita separatio alimenti & excrementi, citius ad renes



batis serosis humoribus. Valet id cum primis de actiuioribus & absorbentibus, quæ simul ventriculum ipsum gravant. Non turbanda in opere suo natura, moderationi vbiuis intenta, & successiuæ actioni, vnde nec acidulæ promiscue cum pastu conueniunt.

7. *Aperientia atrophie sunt remedia*, sed magis temperata & humectantia; temperata, ne distilletur serum alibile, humectantia, vt fluxiles sint humores. Idque eo magis, cum in obstructione glandularum intestinalium tabis vt plurimum lateat fomes, in primis in infantibus, tumido simul ventre, quo casu R̄a ♂ cydoniata est probatissima.

8. Vt aperientia cum diureticis reciprocant, & operationem suam, si quam edunt manifestam, magis per vrinam exercent; ita *nimio eorundem vsu tonus renum laxatur*. Hinc in obstructionibus viscerum præstat inquirere, quomodo vrina se habeat in quantitate & qualitate. Si largius v. g. fluat, non urgendi sunt nimis renes, seu humores potius, sed potius temperatis vtendum, alias in diabeticam passionem fit abitus, vel saltem humores serosi vltra *ἐνφρογίαν* naturæ educuntur.

9. *Humores deficientes semper simul restituendi, & semper aptanda aperientia speciali eorundem vitio*. Nisi enim sufficiente quantitate abundet sanguis & serum, succi vitales, frustra fuerit, pellere eosdem, & in motum citare. Cuius rei exemplum iterum præbere possunt menses deficientes. Omnis enim motus humorum per rei naturam præsentiam, requirit, nec ad fluendum aptari potest, quod non adest. Hinc & alimentis & medicamentis restaurandus humor. Hinc illo dicto casu frustra sunt omnia pellentia etiam fortissima, frustra sunt martialia siccantia & solida sæpe, præstant liquida & humectantia. Speciatim vero humida aperientia & aquea diluunt, abstergunt & temperant, modo non sint inertia, sed particulis actiuis instructa; hinc & hic salia aperiendo non agunt, nisi soluta, soluta vero optime. Incidentia etiam & aromatica magis in pituitosis, in cruditatibus, flatibus locum habent, absorbentia serosis & acidis magis conueniunt.



## LIBRI I. SECTIO II. CAPVT IV.

De  
*Incrassantibus.*

**S**pecialiter quasi adstringentia sunt INCRASSANTIA & REPELLENTIA, vtraque motui humorum opposita, sed diuerso respectu; illa quidem tenuitati interne & externe sibi relicta, hæc influxui & affluxui exterius solum, vtrobique respectu ad poros & parietes secundo habito.

Incrassans nempe, *παχυντικόν* Græce, attenuanti est contrarium, estque illud, quod tenues humores reddit crassissimum, magisque consistentes. Hinc vtimur incrassantibus potissimum intrinsecus ad tenues catarrhos inhibendos, ad ferocientem turgescientemque bilem frænandam, ad materiam, quæ bronchiis pulmonum inhæret, & ob tenuitatem expectorari nequit, tussi commode reiciendam. Si enim supra modum tenuis sit, impellentis spiritus vi tussiendo non facile in arteriam sustolli excerni potest, sed ob tenuitatem ab aere velut incisa disploditur, inque pulmones relabitur, aere solo eluctante. Quare sputum tenuius addensari oportet, vt impetu tussis & vehemente exsufflatione, quam Græci *ἐκφύσησις* appellant, expurgetur. Pro sunt ad aquosioris seminis profluuium compescendum, ad hæmorrhoides immodice fluentes sistendas. Extrinsecus etiam illa ad hæmorrhagias sedandas vsurpamus; incrassatus enim refrigeratusque sanguis ad fluxum tardior fit atque ineptior.

Cum vero omnis in corpore fluxilitas principaliter sit a sero, adæquate a salibus, cum primis nitrosis, vel alcalinis; Cum serum in vtrumque extremum declinare soleat, in coagulum & fluorem, quorum illud si contingat, inuisatur & pituitescit, seu pituitæ nomine venit, quale in muco, in screatu reiectis, in aliis apparet, hocce vero dato, torulis suis contineri nescit; facile patet agendi modus incrassantium. Fluxili nempe illi materiæ obicem ponunt, & fluorem, quem adepta est,



moderantur, non aliter, ac si æqua terra inferatur, vnde lutum fit. Agunt, quando crassa sua substantia & terrena natura tenuioribus humoribus se permiscet. Incrassantia ergo liquidis & tenuibus humoribus *σύστασις* inducunt solidiorem & compactiorem.

Et quidem incrassantia, secundum dicta, respiciunt vel corporaturam ipsam, serum fluidius laxioribus repagulis gaudens, aqueis puta; vel stimulum & motorem, particulas salinas. Illud quæ præstant, velut proprie dicta incrassantia, sunt in actiuis qualitatibus frigida iuxta vulgatas regulas, in passiuis sicca, seu potius modo substantiæ lentorem præ se ferunt, aqueis explicabilem. Quæcunque etiam per mechanicam hunc possident, illa omnia incrassant, vt mox in exemplis patebit. Figure igitur cogunt, substantiæ autem crassitiæ incrassant, & tenuioribus succis, seu sero consistentiam corpulentiorē & spissiorē tribuunt. Et hanc *Galenus* quoque esse mentem de incrassantium temperamento, *ex fine cap. 20. l. 5. de simpl.* apparet, vbi scribit, extenuandi & incrassandi facultates esse oppositas, atque extenuandi quidem virtutem in calidis & tenuium partium essentiis sitam esse, incrassandi vero in frigidis crassarumque partium substantiis hærare. Sed loqui tamen videtur *Galenus* de maiori incrassantium numero; quædam enim in caliditate & frigiditate temperata esse possunt, quemadmodum in amylo apparet. Quod ipsum tamen, respectu attenuantium & *λεπτομερέια* gaudentium, iis contrariam obtinet vim.

Talia sunt, vt diximus, lentore generatim pollentia, citra actiuarum particularum concursum, & quidem lentor mucilagineus hic statui potest triplex potissimum; (1) aqueus concretus, qualis eminet in gummi tragacanthæ, ceraforum, arabico, item rad. symphyti, cuius lentor tantus est, vt si cum carnibus coquantur, illæ inde velut concrefcere scribantur, id quod in gelatinis videmus quoque; (2) terreus concretus, vt boli omnes, terræ bolares, ac quasi tales. (3) aquoso-vel terreo-oleoso constant radix althææ, gelatina CC. lac, aliaque. Sunt & ex his mixta, vt spec. diatrag. frig. &c.

Hæc



Hæc vt proprie dicta & velut substantifice ac in sua natura & mole sunt incrassantia, quatenus in corpus assumpta fluxum alui vel fistunt ac refranant, vel contemperant tamen; ita quæ (4) lentorem habent anodynum, ob sulphur resolubile fixans & concentrans salia, huc vel maxime pertinent, papaueracea vno verbo, vnde suspendunt humores & in centro detinent.

Notandum vero, & hunc usum incrassantium per mechanicam insignem esse, quod parietes & membranulas integunt, ad hærendoque oblinunt, v. g. in dysenteria, vt ab acrimonia humorum, bili vel acidis aliis impeti rodique ita non possint, non aliter ac corticibus arborum defrictis & derasis ceram emplasticam obducere solemus, quæ instar corticis sit. Notum quippe est, intestina perpetuum habere defensorem mucum blandum, a sero illuc e glandulis transudante & concrecente continuatum, cuius *ἐλωσις* quasi & abrasio in intestinis contingit.

Circa usum incrassantium obseruandum est generale assertum, omni materiæ conueniens; inter indicans & indicatum, perpetuam esse relationem. Hinc 1. *incrassantia minus conueniunt, si serum vel deficiat in corpore, vel in coagulum & ἄσων ver-gat.* Illius exemplum præbet hæctica & phthisis. Omnino verum est, crassa & viscida obtundere acrimoniam, vt spicula, salina vim suam his oppositis amittant; sed si serum sanguini fuerit incoctum nimis, (æqualiter hoc casu, secundum quid,) inde motus imminuetur magis. Ergo proficius usus in his morbis intelligendus saltim est in principio magis, vel vbi serum non ita absumentum est, vt exsudare & diffari cesset, corporique hinc nutrimentum debitum fœneret. Hoc in cachecticis valet, vnde aperientia magis & incidentia conueniunt, non incrassantia æque.

Adeoque 2. *non inuertendus ordo*, quod empiricorum est & vulgi, cuius exemplum præbent inprimis affectus pulmonum, omnes quasi, siquidem expectoratio sit necessaria. Vnice ibi ad statum humoris, seu lymphæ & seri est respiciendum. Cum igitur expectoranda materia debeat esse eius corporaturæ, vt eici, attollique possit, vt e contrario nimis viscida & infarcta minus



moderantur, non aliter, ac si æqua terra inferatur, vnde lutum fit. Agunt, quando crassa sua substantia & terrena natura tenuioribus humoribus se permiscet. Incrassantia ergo liquidis & tenuibus humoribus *σύσασσι* inducunt solidiorem & compaciorem.

Et quidem incrassantia, secundum dicta, respiciunt vel corporaturam ipsam, serum fluidius laxioribus repagulis gaudens, aqueis puta; vel stimulum & motorem, particulas salinas. Illud quæ præstant, velut proprie dicta incrassantia, sunt in actiuis qualitatibus frigida iuxta vulgatas regulas, in passiuis sicca, seu potius modo substantiæ lentorem præ se ferunt, aqueis explicabilem. Quæcunque etiam per mechanicam hunc possident, illa omnia incrassant, vt mox in exemplis patebit. Figure igitur cogunt, substantiæ autem crassitie incrassant, & tenuioribus fuccis, seu sero consistentiam corpulentioram & spissioram tribuunt. Et hanc *Galenus* quoque esse mentem de incrassantium temperamento, ex *sine cap. 20. l. 5. de simpl.* apparet, vbi scribit, extenuandi & incrassandi facultates esse oppositas, atque extenuandi quidem virtutem in calidis & tenuium partium essentiis sitam esse, incrassandi vero in frigidis crassarumque partium substantiis hære. Sed loqui tamen videtur *Galenus* de maiori incrassantium numero; quædam enim in caliditate & frigiditate temperata esse possunt, quemadmodum in amylo apparet. Quod ipsum tamen, respectu attenuantium & *λεπτομερέα* gaudentium, iis contrariam obtinet vim.

Talia sunt, vt diximus, lentore generatim pollentia, citra actiuarum particularum concursum, & quidem lentor mucilagineus hic statui potest triplex potissimum; (1) aqueus concretus, qualis eminent in gummi tragacanthæ, ceraforum, arabico, item rad. symphyti, cuius lentor tantus est, vt si cum carnibus coquatur, illæ inde velut concrefcere scribantur, id quod in gelatinis videmus quoque; (2) terreus concretus, vt boli omnes, terræ bolares, ac quasi tales. (3) aquoso-vel terreo-oleoso constant radix althææ, gelatina CC. lac, aliaque. Sunt & ex his mixta, vt spec. diatrag. frig. &c.

Hæc



Hæc vt proprie dicta & velut substantificæ ac in sua natura & mole sunt incrassantia, quatenus in corpus assumpta fluxum alui vel sistunt ac refranant, vel contemperant tamen; ita quæ (4) lentorem habent anodynum, ob sulphur resolubile fixans & concentrans salia, huc vel maxime pertinent, papaueracea vno verbo, vnde suspendunt humores & in centro detinent.

Notandum vero, & hunc vsum incrassantium per mechanicam insignem esse, quod parietes & membranulas integunt, adhærendoque oblinunt, v. g. in dysenteria, vt ab acrimonia humorum, bili vel acidis aliis impetu rodique ita non possint, non aliter ac corticibus arborum defrictis & derasis ceram emplasticam obducere solemus, quæ instar corticis sit. Notum quippe est, intestina perpetuum habere defensorum mucum blandum, a sero illuc e glandulis transfudante & concrecente continuatum, cuius *ἐλασσις* quasi & abrasio in intestinis contingit.

Circa vsum incrassantium obseruandum est generale assertum, omni materiæ conueniens; inter indicans & indicatum, perpetuam esse relationem. Hinc 1. *incrassantia minus conueniunt, si serum vel deficiat in corpore, vel in coagulum & ἕδωυ vergat.* Illius exemplum præbet hæctica & phthisis. Omnino verum est, crassa & viscida obtundere acrimoniam, vt spicula, salina vim suam his oppositis amittant; sed si serum sanguini fuerit incoctum nimis, (æqualiter hoc casu, secundum quid,) inde motus imminuetur magis. Ergo proficiuus vsum in his morbis intelligendus saltim est in principio magis, vel vbi serum non ita absumentum est, vt exsudare & distillari cesset, corpore hinc nutrimentum debitum fœneret. Hoc in cachecticis valet, vnde aperientia magis & incidentia conueniunt, non incrassantia æque.

Adeoque 2. *non inuertendus ordo*, quod empiricorum est & vulgi, cuius exemplum præbent in primis affectus pulmonum, omnes quasi, siquidem expectoratio sit necessaria. Vnice ibi ad statum humoris, seu lymphæ & feri est respiciendum. Cum igitur expectoranda materia debeat esse eius corporaturæ, vt eici, attollique possit, vt e contrario nimis viscida & infarcta minus



minus est mobilis; incrassantia non locum habent, v. g. species diatragacanthæ frigidæ (calidæ enim exoleuerunt, per crassam hanc empiriam inductæ scilicet,) vel laudanum opiatum, vbi expectoratio difficilis est, nec succedit ob materiæ copiam & lentorem, quæ incidenda, attenuanda, resoluenda potius est, sed vbi acris, mobilis, fluida, tenuis adeoque cruda est, quæ coqui postulet & maturari, ad exitum aptari. Hinc pleuritici, quibus opiata, vel papaueracea, vti flores papau. rhæados habentur pro specifico, improuide & citra hanc cautelam dantur, suffocantur & obeunt. Hinc phthificis narcotica h. m. sæpius sunt *νεκρωτικά*. Verbo ita semper pectoris affectus curandi sunt, vt libertas viarum natiua salua persistet & expectoratio fieri possit, quo de suo loco plura. Interim tamen opiata non excludimus in laudatis affectibus, quin diuinum prædicamus remedium, modo dentur *μετ' ἀσφαλείας*, cum securitate, prouidentia, modo dentur dosi refracta, vt in terminis naturæ conuenientibus agere possint, cum resoluentibus item, quorum virtutem & ipsa eximie iuuant & adaugent.

## LIBRI I. SECT. II. CAPVT V.

De

*Repellentibus.*

**V**Tut vero repellentia cum incrassantibus multum conueniant, non tamen, quod ex dictis etiam patet, penitus sunt eadem, etiam externo vsu. Siquidem quæ lentore & mucilage incrassante pollent, exterius non qua talia repellunt, sed emolliunt potius, nisi frigido caractere actuali sint obsignata.

REPELLENS, seu repercutiens & percussium, reprimens, *ἀποκρηστικόν*, illud iuxta Galen. libr. 5. simpl. cap. 17. est, quod occurrentes sibi humores in altum retrudit, seu, vt Fernellius scribit, quod influentem humorem cohibet, & quod illum ipsum etiam parti leuiter iam infixum in aduersum reicit. Vt enim



enim attrahens ad se humores prouocat, inuitat & allicit; ita motu plane contrario repercutiens eosdem a se pellit, & ad interiora remeare cogit.

Sunt ergo externo vsui dicata, & quidem illi, quando effreni impetu alicubi irruit sanguis, pro modulo cuiuscunque partis, & vel fibras membranaceas tendit, adeoque dolorem vel tumorem parit, vel exitum affectat. Illapsum igitur particularem impetuofum auertunt, vel leuiter impactum in alueos suos redire faciunt sanguinem, seu parti ipsi debeantur, seu vicinis, vbi *desendentia* & *intercipientia* audiunt. Hinc vsum habent eximium in hæmorrhagiis, in doloribus capitis, etiam febrilibus, ophthalmiis, & inflammationum quarundam, seu calidorum tumorum initiis, si quidem materia sit remeabilis & tuto id liceat, in pruritu scroti, paronychia, moribus venenatis, sed prouide, in gangræna, tumoribus cancriosis, fracturis.

Quæ vt magis pateant, itidem supponendum est, in affluxu & effluxu eiusmodi sanguinis circulum non bene habere, sed ad specialem hunc illum locum vel spinam, vel *διὰ πρῶτον* ipsam redundare, vnde sanguis & serum *ἀδρόως καὶ βραδῶς* irruit; calorem & fluxilitatem ipsius humoris fluentis, sanguinis, vel feri illapsum hunc unice promouere; partium debilitatem seu natiuam, seu acquisitam inuitare, poris magis dilatatis, vel obstructis quoque nonnunquam. Hinc vt calor dilatat poros sanguinis & fibrarum, rarefacit & amplius spatium concedit: ita frigus concentrat ac constipat. Hinc quæcunque extrinsecus congelant quasi sanguinem, & poros coarctant glandulas subcutaneas constringunt, fibrasque corrugant & firmant, proprie dicta sunt repellentia, feri scilicet & sanguinis recursum promotentia, vel saltim illapsum particularem impetuofum abarcentia.

Talia sunt primi gradus in genere, omnia *frigida terrea*, in primis simul austeriuscula, vel mucaginosa in recessu, constringendi poros & resistendi calori vim habentia, v. g. pulueres erysipelatos, cataplasmata desiccatoria, *Dörband*/cerussa, bolus armena, creta, galla, gypsum, farinæ glandium quercus, & alia.

L

Secun-



Secundi gradus *frigida aquea*, mucilaginosa, solida & liquida, actu *frigida* omnia, albumen oui, sperma ranarum, mucilago sem. psyllii, cydoniorum cum  $\nabla$  solani, nymphææ, fedi &c. parata, cataplasmata, oxorrhodina, frontalia, anacollemata. *Oleosa* item & *emplastica* pingua, exhalationem & transpirationem prohibentia, etiam repellunt.

Tertii gradus *frigida acida*, austera, acerba, pontica, actu & potentia talia, vt O,  $\oplus$ lum, liquor stypticus, acetum & cum eo parata.

Vnde patet, quædam solius frigiditatis, velut principalis qualitatis, ratione repellere, inprimis sæpius repetita & renouata, vt eo maior fiat pororum coarctatio; quædam præter repellendi facultatem etiam adstringendi vi pollere, ratione acidæ terreæ substantiæ, vt alia taceamus. Optima omnium sunt acida, quæ cum frigiditate partium tenuitate simul pollent. Hinc & externo ambitu seu contactu repellunt, & odoratu in sudoribus & lypothymiis, coagulando spiritus, laxatis fibris ceu frenis effusos, quorsum & aer frigidus spectat.

Inproprie vero repellentia dici & statui queunt, quæ, in genere spectata, per accidens solum id faciunt, eaque triplicia fere, v. g. 1. *comprimentia*, vincula, ligaturæ, compressiones per splenia, laminas plumbeas &c. facta; quorsum & V. S. cucurbitulæ, frictiones asperiores referuntur, quæ tamen præsidii repellentibus consultius annumerantur.

2. *Calida*, exhalationem promouentia, vt instar omnium est camphora, inter repellentia communiter relata, vnde in erysipelate, vbi metus quasi gangrænæ est, ob fuscedinem tumoris, vtilissime pulueribus ad erysipelas remiscetur, vt  $\forall$ i camphoratum in gangræna laudatissimum omittamus.

3. *Mercurialia*, quæ sero in glandulis subcutaneis fluxionem conciliant, vnde in vasa reassumitur, quod in superficie substitit; vti mercurialia in scabie dicuntur & sunt hoc sensu repellentia, quatenus aliorum & intro diuertunt.

Sit vero modus in rebus & prouide adhibeantur, ne fines naturæ certos excedant. Hinc vt pauca saltim huc repetamus,

non



non conueniunt, nisi in principio adhuc & augmento, nunquam in statu. Illis quippe temporibus affluxus humorum vrget.

Ab iis quoque abstinemus, si materia, quæ influxit, sit pestilens, maligna & venenata; si critico modo depulsa, si in emunctoriis collecta & partibus glandulosis, si in articulis & extremis, si acerbum excruciantemque dolorem habeat coniunctum; si denique insignis plethora, aut cacochymia adsit, quorum illa venæ sectione, hæc purgatione demenda, & alias, vbi magis impingi humores metus est.

Efficaciora hinc iam dicta sunt repellentia, quæ partium tenuitatem vel natura insitam, vel arte, admissione scilicet simplicium tenuis substantiæ, vel correctoriis, procuratam habent. Quo consilio sæpe crassarum partium repellentibus acetum, aut camphoram admiscemus, vt tanquam vehicula sint repellendi viribus intro deferendis.

## LIBRI I. SECTIO II. CAPVT VI.

De

### *Attrahentibus, Rubefacientibus & Vesicantibus.*

**C**ontraria iuxta se posita magis elucescere, vulgatum est axioma. Attrahentia igitur ex repellentium notitia magis eminebunt. Pertinent huc generaliore notione, quæ externo vsu in motum cient vapores & humores, quos in halitus disiiciunt, *disciuentia*, *dissipantia*, cum paregoricis conuenientia, vt in doloribus & tumoribus flatulentis, pleuriticis, suffillationibus, paralyfi, torpore.

Generaliter verò h. l. tractantur ATTRAHENTIA, quæ specialius sinapismi & phænigmi, specialissime verò vesicantia audiunt & sunt.

ATTRAHENTIA, *έλκτικά*, *μετασυνηρητικά*, quasi dicas ex alto euocantia, generale sunt præsidium & aduocandis, auocandis



eandis & euocandis humoribus debita; aduocandis vtilibus, euocandis & auocandis inutilibus ichorosis.

*Aduocant* attrahentia principia vitalia vel deficientia in parte, vel non sufficientia, nec vt par est distributa, vbicunque vel calor debilis est nec sui iuris, vel humidum nutritium vacat. Tunc enim aduocant spiritus, vitæ præfides, & humores, sanguinem & ferum, vt hospitentur ibidem, quando calor, nutrimentum, vigor sensusque & motus non illustant æque partem, adeoque restituendi sunt, vt in atrophia, ariduris, alopecia, perionibus, & inde exurgente gangræna, partium frigiditate & κατ' ἔξοχὴν in paralyfi, vt vitam restituamus cum motu.

*Auocant & euocant* humores vitiosos, serofos cum primis. Auocant a parte affecta ipsa & aliorsum affluentem materiam inuertunt, ducunt, seu reuellunt ad partem alteram oppositam, vbi tolerabilius & cum εὐφορία educi possit, adeoque pars altera liberari. Sic in ophthalmia, visus debilitate, vomitu, doloribus capitis conueniunt.

*Euocant* in parte ipsa, saltim in profundioribus locis & intimius affecta, vt interiora membra a noxiis humoribus liberentur, tum cum hiatu præfente, vt in fonticulis, adhibentur tractoria, seu integra cute, vt in doloribus ischiadicis, capitis, seu clauo, dentium, in rheumatismo partium, in œdemate nonnunquam, in malignis, & pestilentibus tumoribus aliis.

Cum igitur rubificantibus vtamur, vbi ex alto ad superficiem trahere consilium est, ideoque ad aliquam partem admota non prius remouentur, quam cutis rubore sit suffusa.

Pertinent huc & corpora solida attrahenda & euocanda, seu potius, quæ naturam, ad exclusionem omnis heterogenei & peregrini extranei promptam, admonent officii sui, quatenus subsistentiam humorum tollunt & putredinem arcent. His enim paribus archeus expulsionis vacare potest magis, exemplo diptami.

Vocatur speciatim σιναισμός a materia scilicet, ἀπὸ τῆς σινίπις, a semine sinapi, quod primarium illius est ingrediens, alias ab effectu Φοινιγμός ἀπὸ τῆς Φοινίσσης, quod rubefacere signi-



significat; suo enim ardore humores attrahunt, cutimque rubore inficiunt, sed non exedunt tamen. Hinc color ruber phœniceus audit, qualis hic ab attracto sanguine visitur.

Et hic vsus sinapismorum apud veteres frequetissimus erat, hodierno autem seculo fere exoleuit, saltim eo modo. Vtebantur illi, quod ex *Paulo, Oribasio, Actio & Myrepsso* patet, sinapismis in diturnis maxime affectibus, tum capitis inprimis, vt in cephalæa, hemicrania, epilepsia, vertigine, insania, affectibus soporosis, vbi capiti applicabantur; tum in affectibus pectoris, asthma, tussi antiqua, vbi thoracem sinapifabant. Hinc & in infimi ventris, stomachi, intestinorum, renum & lumborum affectibus, dolore ischiadico & arthritide quavis, paralyfi item & aliis.

Fugiebant vero eadem tum alias, tum in vlceribus partium internarum, pulmonum, iecoris, tum externarum, quod vlcera a sinapios acrimonia exacerbarentur, item in partibus excarnibus & cartilagineis, vt naribus, auribus &c.

Remansit nihilominus vsus horum definitus, vbicumque dictæ indicationes adsunt, satis frequens respectiue, licet latioribus præfidiis diffusus & constans. Cumque attractio sit motus, eoque vnice perficiatur, facile claret, quæcumque in motum versus exteriora cient partes quietas, illa attrahere. Attractio enim fit, quæ materiæ potest esse recensio, triplici in vniuersum modo. 1. *ob rarefactionem conclusi aeris*, quod vulgo vi vacui nominamus, siquidem, vi flammæ exhausto aere in cucurbitulis, partes humidæ alliciuntur non sine quadam vi, siquidem perpetuo sibi succedunt aer & aqua, vtraque calori obsequa. Hinc cucurbitulæ ficcæ inprimis aduocant & dissipant, dorso, brachiis, vel pedibus appositæ, humidæ aduocando euocant. Sic cucurbitulis ficcis in bubonibus pestilentibus euocandis quidam vtuntur, licet minus commode, vnde ob dolorem, & quod viles iuxta ac inutiles succos alliciant, merito a *Barbette, Dimerbroccio* & aliis reiciuntur, vel saltim causticis & vesicatoriis postponuntur. Auocant quoque eadem, adeoque singulorum vsuum exemplum præbent, reuellendo & discutiendo



tiendo in singultu, in colica, imo & vesicas excitando, quod ex *Hecrio* adduximus.

Attractio fit 2. ob *ictum*, & *motum continuum*. Notissima est in scholis medicis ex pathologia regula: Calor & dolor attrahunt, vterque motu mediante. Frictiones v. g. & vrticationes aduocant spiritus & horum vehicula, humores, continua punctione, vnde motus iisdem inducitur, aduocant calorem, attrahunt aduocando. Vrticationes ergo sunt laudatissima in paralyfi, nostris experimentis iteratis, euocant quoque in ischiaide, vbi vnguentum de amiantho commendat *Würzius part. 3. cap. 25. pag. m. 568.* paratum ex alumine plumoso reuerberato & oleo, vel vnguento neruino; quod alias in tinea, descriptum a *Schrödero*, a *Bootio de Boot* & aliis, habetur itidem pro experto. Ipseque puluis amianthi affricus rubedinem manifestam inducit ob hamata spicula.

3. Attractio fit a *salinis vrentibus* & *pungentibus* particulis. Vt enim ex fonte chirurgico priora dicta desumpta sunt, ita quæ, ad exemplum asperorum illorum, talismodi spiculis acutis, salinis, mitioribus tamen adhuc pollent, tanquam potenciali igne & occulto, quem cuti & glandulis subcutaneis infigunt, agunt.

Pertinet huc & *suctus*, ab aliis pro diuersa classe attrahentium habitus; nullus siquidem fit absque aere, vnde, vt hoc obiter addamus, ex hoc fundamento potissimum negatur, fœtum cibum capere per os, seu sugendo, quod deglutitio, seu suctio absque respiratione, absque aere nullo modo fieri possit. Exemplum suctus præbent ipsa cucurbitula, item suctus ore factæ, vti attrahitur quandoque sanguis in vulneribus leuioribus, item hirudines.

Loco huius vero, qui reuera ad primam classem spectat, neque peculiaris est, memoranda est suctioni analogæ adhæsiō & diuulsiō, seu repetita adhærentium & citatior quidem diuulsiō. Huius rei exemplum præbent dropaces, seu picationes, emplastra ex pice & aliis fortius attrahentibus. Hæc enim ruborem itidem motu dolorifico suo inducunt, vt internam qualitatem salino-sulphuream non memoremus.



RUBEFACATIO κατ' ἐξοχὴν ab igne fit, quin & vesicarum excitatio & corrosio ipsa, iidem ob motum citatissimum particularum flammæ acutissimarum & rapidissimarum. Hoc loco vero id præstat ignis frigidus quasi, seu occultus, particulæ acutæ corpori infixæ.

Salia id præstant tum alcalia, tum acida, vtraque siquidem particularum acumine & tenuitate gaudent. Prioris generis sunt radix allii, ceparum, ari, pyrethri, herba lepidii, ranunculi, iberis, bursa pastoris, flammula iouis, clematis vrens, semina sinapios & staphidis agricæ, cantharides ex parte, mel anacardinum & emplastra vesicatoria, ex gummatibus euphorbium, fagapenum.

Vna siquidem fidelia rubefacientia & vesicantia traduntur, cum non nisi gradibus differant inter se. Adeoque huc spectant, quæ tertio & quarto gradu habentur & sunt calida, ita tamen, vt mox patebit, ne excludantur quoque alia.

Spectant huc non tantum apophlegmatismi, verum & stertutatoria & ipsa adeo purgantia, præcipue helleborata, notum nempe est, radicem hellebori nigri fonticulis inditam ob acrimoniam suam citare magis humores.

Cumque hinc attrahentia contraria sint repellentibus, facile afficitur, agere illa, quatenus vel poros dilatant & rarefaciunt, qui primus gradus est, & exhalationem promouent, vel humores fundunt, motu & stimulo addito, vt amplius affectent spatium, adeoque sanguis iterum motum suum redintegret, fortiusque illabatur & illapsus detineatur; Speciatim vero rubefacientia & vesicatoria exerere vires suas in extimam superficiem, quatenus spicula sua salina infigunt, quæ calore nativo actuata cum glandulis subcutaneis mediantibus poris communicantur, vt a latice soluta illum rarefaciant, vnde instar percussæ ab vrticis rubescit cutis, vel in bullas sub cuticula elata cogatur humor aquosus ichorefcens.

Adeoque præstat interna cum externis spicula coniungere. Licet enim, microscopiorum ope & sensu teste, non solum  
in vrti-



in vrticis & amiantho, verum & cantharidibus aculeati hamuli visantur, vnde arcessere agendi modum & vim nonnulli sustinent; reuera tamen ea non satisfaciunt, si quidem & trita hæc corpora, cantharidum v. g. & amissa figura illa acuta pungente & inuiscata emplastris, agunt, & salium, modo per se eminentium, modo cum sulphure commixtorum, demonstratio est facilis.

Patet id & ab interno vsu, siquidem quædam extrinsecus sunt rubefacientia, quæ interius sunt edulia, vt de cepis, sinapi &c. verum est, & quædam, vt arum, citra immutationem texturæ acrimoniam non habent perpetuam, quin alicubi dulcescunt, non aliter, ac absinthium dulce externa figura per omnia fere conuenit cum amaro vero, interna caret; & contra ea quædam in ore sunt insipida, quæ ventriculum satis stimulant, vt emetica antimoniata.

Variat vero vsus eorundem pro applicationis & finis specialis diuersitate, adde & specificæ texturæ vnius cuiusque, cavendo, ne locis delicatis applicentur, sicuti ardorem maximum a capifici puluillo chartæ communicato expertus est quidam medicinæ studiosus apud *Platerum in obseruationibus*.

Non tamen sola acria volatilia in censu rubefacientium continentur, verum omnino etiam huc spectant *acida*, v. g. acetosa, fermentum, acetum. Nouimus empiricum, qui strumas, ganglia & similes tumores curat, præuia masticatione quasi, seu moricatione, inungendo butyrum cum acetosa frixum, quod rubefacit manifesto & extrahit humores. Omne quippe acidum est etiam acutum, incidens, findens, quod Græcis vna voce ὀξύ audit. Germani acetosam vocant, *Sauerseiff* / vnde sinapismi etiam sunt respectu ipsius nominis. Vsitatissimum omnium est cataplasma ex fermento & aceto, reuellendi sine & attrahendi summe conueniens, tum per se, tum compositum. Ita per se conuenit in laudatis casibus; sic rubefaciens magis fit, immixta farina sinapios; sic vesicatorium redditur immixto puluere cantharidum; sic stomachicum, additis aromatibus & aromaticis, mentha, semine anisi, macis, aut citri, caryophyll. castor. quale est cataplasma de fermento *Mynsichti*, a basi excipiente ita dictum.

Sic



Sic etiam taleolos ex succo citri imponere carpis vulgo solent, non sine successu, non tantum alterandi firie, ita enim acida retusa vis est; verum etiam reuellendi & attrinendi. Manifesto enim, si vsus continuetur, rubedinem subsequi videas.

Sed prius, quam de vesicatoriis dicere pergamus, addemus quoque quædam de dropace. Quod scilicet remedium a Græcis δρώπαξ & πίττωσις appellatur, id a Latinis picatio nominari solet. Dicitur δρώπαξ ab effectu, ἀπὸ τῆ δρέπεδαυ ab euellendo, quoniam eo velut δρέπονται, id est euelluntur pili. Hinc δρωπακίσειν est calida picis applicatione pilos euellere, & cutem glabram reddere, & δρωπακισμός, dropacis applicatio, quo sine vsitatum fuisse remedium innuit *Martialis*: psilothro faciemque lauas & dropace caluam.

Est hoc topicum præsidium, ex pice potissimum confectum, quod extenuatis, resolutis, frigidis, humidisque membris applicatur, vt sanguis & spiritus ad partes tabefactas attrahantur, vt partes refrigeratæ calefiant, vt materia impacta absorbeatur, & exsicceatur, quod ex *Galeno*, aliisque veteribus colligere licet, idque magis pro vsu particulari huius vel illius membri, quam vniuersali.

Constat ergo dropax ex pice arida & oleo, qui simplex est modus, ex p. I. olei, picis p. IV. vel V. vt emplastri forma feruetur, idque variat, prout magis vel minus adhærere debet, addito etiam parum terebinthinæ, additis pro re nata calidis aliis, pyrethro, pipere, bitumine, sulphure vivo, cineribus farmentorum, euphorbio, castoreo; quin & quidam cantharides ipsas, gummi ammoniacum & nitrum iungunt.

Hinc locum habet in atrophia, seu tabe membrorum, quæ vel fracturas, luxationesve male curatas, vel diurnam paralyfin, aliamue causam sequitur; cum sanguine enim & spiritibus nutrimentum & calorem attrahunt ad partes. In pernionibus item, quando enim sanguinem a profundo ad superficiem corporis trahunt, faciunt, vt iterum incalescant. Porro in nimia humiditate resoluendo & exsiccando, denique in tinea



capitis, vt pili radicitus euellantur, qui vsus hodie apud vulgus præ aliis obtinet. Vtque melius operentur talismodi emplastra, pili prius tonderi solent.

**VESICATORIA**, ab effectu itidem nomen sortita, ea sunt, quæ vesicam in partibus cutaneis ardore suo, seu pastulas excitant, prolicientia humores & succos sanguine diuersos, imprimis serofos & ichorosos.

Vtimur vesicatoriis generali vsu ad reuellendum, vacuandum & deriuandum. Siue enim humores serofi acres in parte quadam ipsa restitent, eamque, citra inflammationem tamen, vel ruborem, vel manifestum hiatum, (tunc enim non conueniunt,) vellicent, tendant, & rodant; siue in alia vicina inflammatio, ipsaque in massa sanguinea confusio & inquinamentum maius fuerit, faciunt officium; illo casu euocandi & deriuandi, hoc euocandi & reuellendi magis sine.

Hinc in exemplum prioris scopi applicantur v. g. femori, in dolore ischiadico, vt & deriuetur & euocetur humor morbosus; partibus carnosis aliis, in doloribus profundioribus similibus, in foro epileptico alicubi expirante, vti exemplum habet *Heerius in Obs.* Nosque in puella ex pede sinistro consimilem auram sentiente prius, quam malo corriperetur, experti sumus. Item in bubonibus pestilentibus & lue venerea, vt venenata materia eo citius & potentius extrahatur.

Reuellimus eorum vsu itidem in epilepsia, si posteriori capitis parti seu nuchæ applicentur; in cataracta seu suffusione, in diuturno acerboque capitis dolore, in phrenitide. Applicari possunt nuchæ, bregmati ipsi, quod non semel cum successu fecimus, pone aures, & vtrique brachio. Vt taceamus insignem & hinc inde decantatum ac praxi probatum eorundem vsu in hemicrania, dolore dentium, ophthalmia, febribus ardentibus & malignis, de quo vid. *Senn. l. de feb. & Excell. Borrich. libr. de somno & somniferis p. 29.* febrium intermittentium paroxysmis & alias. Sunt etiam, qui in hydrope vacuandi sine ambobus cruribus, aut etiam abdomini ipsi, in ascite, admovent eadem; verum id nec tutum æque, nec proportionatum remedium alibi iam asseruimus.

Non



Non tutum, quod hydropicorum vlcera exorta non æque facile consolidentur. Aqua inter cutem laborantibus, inquit *Cous*, seu hydropicis, exorta in corpore vlcera, a causa siue interna, seu externa, non facile sanantur, ob copiam ichoris affluentis & effluentis, ob stimulum salinum perpetuum, ob gangræna & erosionis maioris metum, *6. aphorism. 8.* Videndam igitur, quid æger ferat, quid minus.

Materiam vesicatoriorum tum alia præbent, ex dictis rubificantibus, tum imprimis vsitatissime cantharides, insectorum genus notissimum, ligustri, fraxini, tritici præcipue amans. Eliguntur vero 1. vel nostrates vel exoticæ, quarum hæc cum sæpe vetustæ sint, non æque semper præferendæ illis; 2. recentes, vetustæ enim & puluerulentæ minus sunt aptæ.

Lis est 3. an totæ, quoad corpus, alas, pedes & caput recipiendæ, an abiectis alis & pedibus. *Galenus lib. 2. de antidot. c. 10.* totas & integras vsurpauit perpetuo, quia persuasum habuit, alas & pedes esse antidotum aduersus vim maleficam truncorum; Cui & *Matthioli comm. 53. libr. 2. Dioscor.* assentitur. Contra *Hippocrates libr. de nat. mul.* & alibi passim detractis capitibus, pedibus & alis, cum liquore conueniente bibendas propinat. Vnde sunt, qui cum *Mercuriali* statuunt *lib. de venenatis morbis & venenis cap. 14.* Cantharides toto corpore venenatas esse, extremitates tamen magis ipso trunco, vnde *Hippocratem l. c.* non immerito illas abiectis scribit.

Vt alios taceamus, pro interno vsu præstat recipere corpus cantharidum, licet id non fieri debeat facile, nisi refracta & minima dosi, vt in rot. stimul. *Myns.* videre est, abiectis alis, capite & pedibus, quia partes illæ sunt leuiiores, & aculeatas particulas habent maiores. Exterius vero vel integras, citra delectum, quod commodius, vel, si mitius velimus operari, solum truncum possumus recipere. Illud vero antidotum, quod ab alis expectandum fuerit, vix tanti æstimandum erit.

Pondus quoque 4. notandum, quod exprimitur vel implicite numero, vel expresse addita mensura; neque vero opus semper est maiore pondere, siquidem & vna v. g. corporetenus



imposita exulcerandi vi pollet; possunt igitur recipi ad ℥i, 3℥. circiter, siquidem agens & hic agit ad mensuram recipientis corporis; ubi cumprimis spatium definit virtutem. Ut vero explicari spicula magis queant.

5. Forma quoque externa memoranda venit. Sine dubio vero optima illa erit, quæ & spatium desideratum non excedit, & partem melius tegit, adhæretque, adeoque intentionem magis explet. In formam vnguenti quidam, vel cataplasmaticis mollioris redigunt, cum melle anacardino, vel theriaca. Frequentissimum est cataplasma cum fermento, ad 3℥. cantharidum ʒij. vel 3℥. recipiendo, ne quid nimis tamen, quantum satis pro explendo spatio; & hinc optimum est emplastrum.

6. Additamenta si spectemus, solent vel corrigendi, vel augendi sine addi v. g. semen ammos, sinapios, euphorbium, acetum simplex, idque potissimum in forma cataplasmaticis. Additur acetum pro formanda consistentia. Ponamus vero ipsum & infringere vim cantharidum ex parte, id potius in bono habendum est; mitigat quippe vim acrem & suam tamen confert. Vnde consulto in cataplasmate retinetur & additur +, cum præsertim + ipsum sit rubefaciens, & experientia effectum testatur. Possumus tamen & in simpliciori acquiescere mixtura fermenti, +, & cantharidum, vnde tales pastæ rarius solent præscribi, sed chirurgis fere iam in usu sunt, & ad manus.

Optime vero, citra ulla alia additamenta, cantharides impantantur cum quocunque emplastro, vel corpore emplastico, siue soli ceræ & terebinthinæ, quod *Martianus* facit; siue emplastro diaphoretico Mynsichti, aliisque.

7. Effectus in aliis citius, in aliis tardius consequitur. In validis & robustis, strigosis, ferius trahuntur vesicæ; in tenerioribus, serosioribus citius. Vnde quatuor, quinque, sex horas relinquere par est, & hinc tempus eligimus magis matutinum, ut ne somnus inturbetur.

Applicata enim maxime in emplastri forma, parti alias in textura sua integræ & sanæ, a calore vitali actuata vesicatoria non minus ac rubefaciencia salinas tum acidas, tum in canthari-



tharidibus & aliis salinas volatiles, causticas atomos in poros cutis vibrant, vnde latex in glandulis cutaneis fluxilior redditus rarefit, confluit, & rubidam partem reddit, vel ichoris forma, ceu a feruente aqua, cuticula a cutæ separata, in bullulas plures, tandemque in vnam fere vesicam colligitur, hinc ruptione facta etiacuandus.

8. Post agenda quænam sint prius, quam dicamus, non timendum est, ne noxa cantharidum ad interiora redundet, & quod *Solenander* scribit *conf. 2. p. 13.* ab iis vesicam affici etiam capiti appositis, ita, vt exulceratis internis partibus mictum cruentum excitent, id non valet, quantum nostra experientia nos confirmauit, quam in rarioris texturæ & serosioribus subiectis.

Excitata vero vesica forfice discinditur, seu perforatur & aperta seruatur, nec ante exulceratio sicari finitur, quam omnis humor quasi, sufficiente quantitate, ex parte affecta sit exhaustus, idque efficitur *εὐρογίωσ* folio brassicæ crudæ, butyro vel oleo, vel vnguento alio pingui illito & vesicæ imposito, cuius loco & folio hederæ arboreæ, plantaginis, item tussilaginis vtuntur alii, tempore præsertim verno & æstiuo, vbi brassica vel caulis minus præsto est.

Vna hoc ipsum ardorem lenit vi nitrosa & aquosa; conueniunt enim eadem fere hoece sine, quæ ad ambusta. Consultius tamen, præsertim in delicatis, emplastrum refrigerans applicatur. Sin hoc ipsum refracta dosi cantharidum roboretur, & mulcet & ichoris profluuium continuat, vnde etiam ad duodecim nonnunquam dies seruauimus apertum vlcusculum, non sine insigni *εὐρογίωσ*.

Hic vsus vt generalis est, ita non attinet specifica vesicatoria hoc vel illo affectu præscribere, quod nonnulli faciunt. Suntque cautelæ quædam de eo obseruandæ.

Affectus, quibus præmissis vniuersalibus conueniunt, sunt e. g. imprimis oculorum & capitis, hemicrania, ophthalmia, suffulio & alii.

At quibus minus ex vsu, imo sæpe nociua sunt, exemplo sint pedes hydropicorum, dolor spinæ dorsi, tumor, calor par-



stium, crura œdematosa, arthritis, quæ & rubefacientia & vesicantia excludit. Minus etiam profunt, vbi copia vel influentis humoris maior est, vel extrahendi eiusdem improporcionata, cuius exemplum præbet hydrops. Non educunt quidem parum vesicantia respectu ipsius partis & ichoris, sensim & sensim exudando, parum tamen est illud respectu molis totius hydropicæ aquæ, quæ ad plures mensuras extenditur, & in cavitare abdominis hæret, quorsum vis extrahens seu liquans minus penetrare potest.

Ab adhibitis attrahentibus demulcentia poros proficiunt. Exemplo sit paralyfis & gibbus. In paralytico adolescente post balneum formicarum sedulo repetitum cataplasma ex radice symphyti recentis faciebat officium.

## LIBRI I. SECT. II. CAPVT VII.

De

### *Cathæreticis, causticis & corrosiuis.*

**P**Lura etiam quoad hæc occurrunt nomina, quando v. g. dicuntur generaliter 1. Cathæretica, exedentia, corrodentia. 2. *εξγαρωτικά*, seu escharam & crusticam inducentia. 3. *καυσικά* seu *πυρωτικά*. 4. *σπηλικά*, putrefacientia, quæ gradibus totidem inter se differunt, ad exprimendos velut gradus ignis potentialis, siquidem cauterii potentialis famam tuentur.

Possunt ergo generali & vniuersali quasi nomine *καυσικών*, vel absumentium quoque comprehendere omnia, quia magis & minus non variant speciem speciatim; vero ad duplicem pelis statum referri, quatenus vel sanæ & integræ cuti, vel diuisæ applicantur.

Hæc pro speciali magis vsu cuiuscunque partis adhibentur, illa pro communi magis. Et quidem quæ nudata per vlcera & diuisa, vel alias male habente cute, crispata in verru-



cas & alias excrementias præternaturales, absumendi finē adhibentur, magis audiunt CATHÆRETICA. Et possunt hæc duplicis generis statui 1. improprie dicta, mundantia, *extergentia* mitiora, & primi gradus, quæ respiciunt magis excrementias vitiosas in fieri, vel lenius desiccando, vel morficando & a putrilagine præseruando, iterum mansionibus suis distincta. Faciunt enim id terrea & alcalina, sal obtusum habentia, vel cum alia adhuc qualitate sigillata, imprimis salina, salium enim est exedere & corrodere, vt amaricantia &c. vel spiritiuosa, vt *Vi*, acidula aliaque.

Conueniunt hæc vlceribus simplicibus magis, laxioribus tamen, humidioribus & sordidioribus putridis, imo quibusvis quasi cicatricem reuentibus, ob affluxum maiorem & partis tonum ablatum.

2. *Exedentia*, quæ detergendo absumunt, virtute potissimum salina magis explicita conspicua, vel sibi relicta, vel aliis particulis immersa, quo & sulphurea quædam, oleum caryophyllorum, euphorbium, spectant. Hæc in fistulosis vlceribus & excrementiis variis, hyperfarcosi, seu carne luxuriante, quam citra partium sanarum corruptelam tabefaciunt, fungis, verrucis, polypo, carunculis penis, clauis, profunt. Sic huc pertinet puluis foliorum aristolochiæ longæ, vlceribus & vlceribus sanandis aptissimus; sic heliotropium pro expertissimo polypi experimento commendat *Poterrius in Obseru.* Sic in clauis pedum cera viridis emolliendi & exedendi virtute commoda est. Sic vitriolo albo soluto vlcera etiam venerea commode eluuntur & sanantur. Meminimus vlcera incurabilia fere circa genu solo cinere tabaci prius hausti sanata.

Affinia sunt, quoad priorem imprimis gradum, hæc ipsa epuloticis, ea tamen differentia, quod epulotica medeantur siccando magis, sine doloris sensu, κατάρκτην vero respectiue non sine acrimonia & sensu doloris exedant; hinc factum est, vt quidam, teste *Galeno* ipso, per errorem medicamentum carnem minuens & pro detergente & pro epulotico acceperint. In illis eminet terrea siccans vis, ἀποϑ, in hisce salina, discrimen



sepe lotione concedente. Sic æs vstum sibi relictum exedens est; lotum vero magis epuloticum.

Inter hæc *sulphurea calidiora & terrea* partium frigidarum tono magis propria, v. g. (1) neruorum, vnde in puncturis neruorum vtilia. Puncturæ scilicet neruorum, partium frigidiorum, desiderant calida & sicca, tonum partis conseruantia, affluxum prohibentia. Imò in genere calidiora, vt oleum cerebinthinæ, Vi, & similia archeum roborantia. Laborabat quidam sutor pollicis tumore & dolore insigni, ob puncturam cum framea factam, vulnerato neruo; præter alia puluis laudatus faciebat abunde officium. Virgo puncta in volam, circa basin medii digiti, ab oleo terebinthinæ inuncto leuamen sentiebat. Vid. *Iob. a Meekren. obseru. chirurg. c. 62. p. 430.*

(2.) Ossium quoque ipsorum, quorum cariei sunt aptissima specifica, quo nomine duo memorantur remedia.

*Salina vero ulcerum deterstua & defensua*, siue mundificanda sint a putrilagine, & sorditie, siue promouenda hoc ipso consolidatio, vt alumen vstum, vitriolum album, &c.

Alteram classẽ quod concernit, *ESCHAROTICA*, seu exulcerantia, caustica & septica, quantum quidem pro reliquis in praxi sunt frequentata, vsum habent excellentissimum triplicem:

1. *Corrosiua fonticulis excitandis inferniunt*; siquidem igne hoc potenciali eosdem excitare lubido fit, vt fane id vsitatissimum & optimum omnium est, definito scilicet loco applicata, vt vlcus excitetur, absumpta particula partis, cui adhibentur, apertum hinc seruandum.

2. *Corrosiua absumunt & separant*; absumunt tubercula, verrucas, clauos, callos, & partes alias inutiles, quas extirpare radicitus volumus. Exemplo sint naui materni protuberantes & incrementum capiẽdo deformitatem adferentes; Hi fane nec lenioribus sepe cedunt, sanguini menstruo, (ob vim nitrosam,) lacti esulæ illito; nec variolarum accedentium exulcerationi coniunctæ, quin feminalem quasi radicem exerant denuo subinde. Huic vero extirpandæ & mortificandæ faciunt corrosiua, characterem omnem abolentia pristinum, quod in praxi

non



NON VNA vice exercuimus. Separant & auferunt partes putridas, seu sphacelo correptas & *νεκρωσιον* passas, vti butyrum antimonii in separandis partibus sphacelatis & carbunculis celebratur; seu defuetudine naturæ alia in vlceratis etiam partibus fungosis & cancrofis extirpanda se offerant, vt de pilis non dicamus, de quibus seorsim sub psilothris dicemus, quandoquidem ad frugem alias reduci nequeant.

3. *Corrosiua rumpunt abscessus*, vbi ferrum timet æger, vel alia subest ratio, quare hoc *πυρηνω* vti velimus. Fœmiaa laborans tumore mammaram, subtus latitante pure, cum ferrum renueret, corrosiuo appposito, licet non tam cito, satis tamen tuto sentiebat ab apertione levamen. Tumorem testis patiens vir ad suppurationem perductum, cum lancetta aperiri dubitaret, eundem, corrosiuo appposito curabatur.

Tacemus vsus secundarios pro sistendis hæmorrhagiis, in quibus caute agendum est. Licet enim ob coniunctas partes austeras adstrictorias crispent vasa; facile tamen ob coniunctas particulas acres salinas irritant eadem, & hinc tantum, imo plus nocent, quantum profunt; nisi nempe partes terreæ mitiores præpolleant, salinæ vero sint obtusæ, & cautè iis vtamur vt

☉ li

Cum ergo quoad agendi modum in hisce omnibus salina spicula, seu acida, seu alcalia magis acuta fiant & cuspidata, hinc non tam superficiem lambunt & in cuticula auferenda subsistunt, vt vesicatoria & leuiora alia; sed deuorant quasi, liquant, solvuntque & destruunt ipsam pellem, & si illuc pertingant subiectas quoque carnes, vnde ipsa fatiscit, tenerascit, rumpitur; humores vero domestici nutritibiles & vitales vehiculum ipsis præbentes genium suum perdunt, vnde *νεκρωσις* quædam inducitur parti, & eius signum eschara, sulphure vitali & mixti destructo.

Actuationem hanc calor ipse iuuat, quatenus rarioribus poris se insinuat vis salina promptius, & mobiles humores sic magis affluunt. Exemplum huius rei mechanicum videmus, si coriis affundatur aliquid de aqua forti, vel spiritu acido alio fortiori; tunc enim ferius ocyus, multo magis vero charta friabilis

N

bilis



bilis redditur, menstruo huic obsecundat, & finditur in plures partes. Adeoque in inanima quoque corpora activam vim exerunt, quod de vesicatoriis non æque valet.

Tanta nempe est hæc vis, vt etiam citra dolorem agant, licet non æque citra aliqualem sensum, nunquam enim vidimus conqueri ægros de parili, tantum abest de maiori dolore, quam vel a vesicatoriis experiri datur, vnde hoc sensu cauterium potentiale indolens dari medicis in confesso est. Valet id de lapide corrosiuo, de butyro antimonii & aliis.

Exempla si spectemus, diximus vel alcalia esse, vel acida; inter alcalia principem locum tenet lapis hinc corrosiuus dictus, quod nempe pro corrosiuo frequentissime & cum successu vsurpetur. Sin queratur, quid sit lapis corrosiuus, quoad materiale crassius, seu magis obuium, nil aliud est, quam sal ex lixiuio saponariorum in sartagine euaporato concretum, seu conflatum, vis vnita enim fortior est dispersa, vnde lixiuium illud acre quidem est & sulphri antimoniato extrahendo par, non tamen tam corrosiuum; quoad ingredientia vero specialia, nil aliud est, quam sal alcali commune ex cineribus lignorum, quercus, fagi, fraxini, betulæ confectum, & calcis viux accessione acuatum, quæ roborat & acuminat spicula magis.

Referri huc etiam, vel potius inter septica, possunt ☉ & ☽, sibi tamen relicta non in vsum vocanda ob deleteriam vim, mitigata vero & correcta locum habent, tum in psilothris, tum etiam, maiori fixitate inducta, in cancris. Sic mitissimus respectiue est magnes arsenicalis, quo tum refracto vtimur in emplastris magneticis dictis, tutissime cum aliis mixto, tum per se quoque in carbunculis pestilentialibus, quo de vid. *Angel. Sala, Barbette, Dimerbr.* & alii.

Acida sunt vel liquida, vel concreta; liquida sunt ☿ tis, ☽ tus ☉. ☽ li, ☉ ☽ li, ☽ li & butyrum antimonii, neque enim tam butyri forma, quam liquoris, in quem facile resoluitur, adhibetur. Concretum est ☽ tus, quippe qui nihil aliud est, quam aqua fortis sicca, & crystalli lunæ.

Egent vero cautione corrosiua, ne summa sua activitate lædant



sedant vel totum corpus, ratione dolorum, febrium, conuulsio-  
num, vel partem ipsam, ac vicinas circumstantes.

Hinc 1. *ubicunque minor est morbus, maiori remedio non opus est.* Exemplo sint verrucæ, quas qui vel imposito puraminis nucis excavata dorso, & super exceptam verrucam accenso sulphure absumere velit, vel  $\nabla$  extirpare, finem quidem consequitur, sed partim dolor, partim deformitas subsequens maiora videntur ipso priori morbo.

2. *In quibus vel corporibus, vel atatibus & partibus noxa inferri facilior potest, corrosiva minus conueniunt.* Non in obesitas, quod pinguis in putrilaginem soluere non æque conducatur, & facile inde gangrana oboriri potest. Non in macrioribus, quibus addere potius, quam absumere par est humores vitales serofos. Si tamen ob salinum characterem maciem & phthisin minuetur, ferum corruptum & nutritioni minus aptum, etiam cum successu in non adeo emaciatis suafimus fonticuli gestationem. Non tenellis æque, nisi quid vrgeat, puerulis; non partibus tenellis, vnde maius periculum timendum, læsio facillima, adhibita tamen & in his differentia,

3. *Corrosiva non nisi definito termino & limitata freno applicanda;* ne pars sincera trahatur & noxam sentiat, seu in absumendo, seu in exulcerando.

4. *Corrosiva conueniunt magis morbis, qui moram patiuntur,* tum absolute, non tam in febribus v.g. fonticuli profunt, quam morbis serofa colluiei debitis aliis; tum respectiue, vt in carbunculis, siquidem eius sint natura, vt excidere & separari possint.

5. *Ubicunque non tam extirpare possunt radicem peregrinam corrosiva, quam augere, absint.* Exemplo sint fungi, cancriformes inprimis & grandiores; vbi quo magis erodas, eo magis læseris; imo hinc acrimonia domestica magis propagatur, vt ex minori in amplius spatium diffundatur, concentrando potius malo. Facit huc delicata & humida partis natura sæpe. v.g. in vitis intestini recti. Vnde & *Poterrus loco citato* *frustranea & noxia corrosiva in polypo proclamatur, quod nisi*



cautissime procedas, omnino verum est. Imo liceat & hic asserere, saepe medicamentum minus mitiusque esse efficacius *de gasiug.* Præstant saepe extergentia solum, præ corrosiuis, vti saepe etiam lac esulæ in verrucis, (partibus mollioribus non callosis,) quam  $\nabla$ . Inprimis id etiam de cancro valet exulcerato, vbi sedatiua saturantia præstant corrosiuis.

Rationem quaeritis respondendum est, id fieri partim intuitu humorum, seu partium contentarum, partim partium continentium, glandulosarum cumprimis. De humoribus certum est, illos in cancro esse accusandos serosos, acri, corrosiuo, caustico caractere iamdum imbutos, vnde feruore & acrimonia sua exundant magis, vlceratione & hiatu facta, porta quippe data maiori. Iam, vi legum methodi medendi, contraria contrariis (acria, corrosiua, saturantibus, edulcantibus) curanda, tale vero additum tali reddit illud magis tale, vnde mirum non est, accessione corrosiuorum cancrum exasperari magis, humoresque ferocire. Partes vero ipsæ teneræ & delicatæ sunt, fontes seu diuerticula lymphæ, (nascitur enim cancer locis fere solum & vnice glandosioribus, labiis, mammis,) inde destruuntur magis, quo facta intus & reditus interturbatur, fitq; collectio & putrilago maior. Vt taceam ardorem inde enatum, ab applicatione arsenicalium non correctorum & domitorum, communicari cum toto corpore, & anxietates aliaque mala plura vbertim citare.

Quin & id obseratum est a nobis, domito licet apparenter hoc pacto cancro, partibus vi corrosiuorum destructis, & fontibus lymphæ velut exsiccatis, malum tamen non æque cessasse, cuius rei singulare dabimus exemplum. Fœmina hic loci non ignobilis, acu olim improvide in mamam dextram puncta aliquot annis duritiem sentit ibidem, donec ætate magis inclinante in cancrum erumperet, concurrentibus, vt fit, empiricorum & chirurgorum erroribus. Inde vero licet mamma absumta esset penitus, & sternum complanatum ea parte videretur, rubore relicto & ichorescentia; inde tamen intumescere cepit totum superius clima eiusdem lateris, collum tumore affectum totum versus eandem partem reclinabat caput; caput ipsum totum

nodo-



nodosum videbatur, dorsum item a nucha, toto dextro illo confinio, infinitas glandulas tactui offerebat, velut totidem colliculos. Inprimis vero brachium & manus tota dextra mirum quantum in tumorem elata videbatur, ad eundem penitus modum, ac *Hildanus* depingit tumefactos digitos cum brachio, *Cent. 4. observ. 69. p. 341* Ipseque oculus dexter a palpebris itidem summe intumefactis tegebatur; punctione vel sacificatione facta, nil nisi lymphæ stillabat, donec miseram vitam, quam aliquot mensibus ita traxerat, mors expetita exueret.

Ex qua historia pathologia quoque cancri obiter quasi, eximie tamen, enitescit, vnaque roborantur dogmata hodie recepta: (1.) infinitas dari glandulas subcutaneas; (2.) dextra dextris consentire magis; (3.) lympham esse humorem vniuersalem, non minus ac sanguis, vasque hinc vniuersalia quoque esse lymphatica. (4.) Cancrum vero in vndis microcosmi & glandulis consequenter stagnare & residere. Simile exemplum in femina alia nobili contigit, nostra memoria, vbi tamen ob vires senio fractas mitiora paulo deprehensa sunt dicta.

6. *Nisi scaturiginem abstuleris, etiam topicis corrosiuis non aequè tolluntur effecta morbifica, quod itidem exemplo cancri & aliorum patet.*

Conclusimus hæc mentione SEPTICORVM, ea scilicet non differre ab hisce, quorum tamen quædam ab autoribus allata in vsu practico non sunt recepta, vt eruca pini.

Imo & PSILOTHRA eadem sunt, cum glabram hinc & velut callosam relinquunt partem, de quibus tamen seorsim caput constituimus, non tam ratione materiæ, quæ eadem est, quam vsus.

Quoad materiã, vnicum sufficit vnguentum de calce viua, vel simplex, mixtis calce viua & auripigmento, beneficio olei cuiuspiam, vel lixiuii; vel compositum, quale est *Mynsichti s. 35. pag. 493*. Sunt enim reliqua saltem accessoria secundaria, ☿ citrinum, ☉, rad. irid. Florentin.

Vsus generalis est cosmeticus, seu voluptuarius quod de



Turcarum rufmate valet; vel necessarius, si naui in morem alicubi succrescant magis pili.

Vt vero contraria contrariorum sunt remedia, ita & ducimur exasperantium corrosivorum occasione ad LÆVIGANTIA. Lævigans, leniens alias & applanans, *λειαίρος* Græcis dicitur, quod asperas & summa facie inæquales partes æquabiliter implet, ac planas lævesque reddit.

Vsum nempe habent eximum, cum partes præternaturaliter exasperatas lenire & æquabiles reddere placet, v.g. linguam & labia in fissuris, vt expeditius illa loquatur & deglutiat; oculum, vt promptius faciliusque moueatur; asperam arteriam, in raucedine, vt leniorem iucundiolemque vocem edat; cutim in foueis variolarum; intestina in dysenteria erosa, & aliis mille casibus, vbi superficies complananda est.

Conueniunt igitur maxime cum lubricantibus, vnde & sunt, qui eadem confundant. Vtraque quidem sunt humida & glutinosa, adeoque *επράσιες* & virtute non differunt; variant tamen ratione obiecti, puatenus lævigantia superficiem æquabilem reddunt, lubricantia vero vna materiam educendam respiciunt, vnde in induratis fecibus locum præcipue habent.

Vt vero salia exasperant omnia, ita lævigant. (1.) proprie loquendo, iuxta *Galenam lib. de arte medecinali cap 95.* humida & glutinosa, non tamen mordacia vna. Humida, quidem quia, emendare asperitatem a siccitate excitatam debent; glutinosum vero, vt diutius adhæreat, partemque impleat, læuiget, æquabilem reddat, non mordax tamen, quoniam hoc eliquat & absument humores, ac proinde exsiccat, partesque exasperat. Verbo, lævigant gummosa, oleosa temperata, dulcia, vt oleum amygdalorum dulcium, iuscula auenacea, in febribus laudatissima pro faucium angiportu lævigando, & in dysenteria; mucilagines feminis psylli, cydoniorum, althææ, alicæ hordeacea, succus glycyrrhizæ, tragacantha, gummi arabicum, & pectoralia temperata alia, quæ parietes pororum & glandularum complanant. Sic ad variolarum foueas in vsu est quibusdam faciem brodio carnis vitulinæ fouere & mulcere, quod, quando perfecte maturuere, locum habet.

Sunt



Sunt tamen & læuigantia (2.) improprie paulo dicta, vt salina ipsa & leniter mordacia huc faciunt, quatenus pituitam, viscidam detergunt, v. g. in raucedine laudatus est sirupus de erysimo Lobelii, quatenus obsidens asperam arteriam mucilago pituitosa hoc modo aufertur.

Spectant huc itidem (3.) exiccantia, sicubi humiditas, vel ichor superfluus excedens inæqualitatem pariat; cuius rei exemplum præbent non tantum vlcera alia, verum etiam variolarum ipsarum, quem in finem instar omnium esse potest puluis probatus *Mynsichi* ad exiccandum, consolidandum & sanandum variolas. Respiciunt hæc saltim causam antecedentem inæqualitatis, qua ablata illa præcauetur.

## LIBRI I. SECTIO II. CAPVT IIX.

De

### *Traumaticis.*

**L**ate patens & vsu commendata est materia traumaticorum. Dicimus TRAUMATICA in genere, vt latitudinem illam exprimamus & complectamur omnia sub hoc genere militantia, sumendo vocem τραύματ & latius vt καὶ ἰερόχην quidem vulnus, adæquate tamen omne vnitate solutæ vitium sub se contineat. Idque & necessarium & conuenientius esse patet, quod traumatica merito non ad sola externa sint restringenda, verum & ad interna, quod hoc pacto omnia illa dicamus, quæ affectis hoc modo partibus debentur, quo sensu initio huius capituli de traumaticis generalibus internis & externis agitur, sine, & sequentibus de specialibus, externis puta solum.

Vt itaque vulnerariorum generale nomen & vsus est, ita locum habent, vbicunque integritas partium, in vnitate quocunque modo solutarum, restituenda est; siue vulnera inflictæ, cæsim & punctim interna & externa, inprimis grauiora, curanda obuenant; siue contusæ partes liuorem, inflammationem, gangrænam minitentur, siue vlcera occurrant varii generis, simplicia,



phlicia, sinuosa, fistulosa, phthifica, quorsum abscessus quoque varii spectant; siue erosiones parietum, membranarumque & vasorum, ventriculi, intestinorum, pulmonum, renum; in vomitu, sputo & mictu cruentis; seu rupturæ & fracturæ, rupturæ processuum, ligamentorumque & vasorum, in herniis veris quibusuis, fracturæ ossium patentes & latentes.

Verbo, impedimenta quæcunque obstantia auferunt, naturamque in consolidatione vnice occupatam iuuant, vnde, si vsus speciales attendamus, velificantur in genere requisitis necessariis (1.) labiorum distantium adductioni, (2.) adductorum, conseruationi, mediantibus fasciis, fibulis futuris; (3.) ne quid labiis vulneris intercidat, cautioni, & (4.) partis ipsius toni conseruationi, quæ ad omnem vulnerum vniitionem requiruntur. Hinc & infixæ ipsa, tela, globulos, ossicula, aliaque, natura his adiuta eiicit.

Sin materiam ipsam spectemus, sunt illorum duo quasi genera summa: 1. *salina*, & principaliter quidem alcalina, quæ particulis alcalinis, salinis cum terreis remixtis pollent, citra morsum desiccant, præcipitant & absorbent; adæquate etiam alia, vt saccharum, vinum, vrina ipsa. Illorum exempla præbent herba traumaticæ dictæ, in quibus alcalinum principium veneratur *Helmontius*, v. g. agrimonia, alchimilla, aristolochia, bellis, betonica, cerefolium, consolida omnis, virga aurea, hedera vtraque herniaria, millefolium, pilosella, plantago, pyrola, sanicola, scabiosa, scordium, veronica, vinca peruinca, nicotiana, ophioglossum. Ex radicibus, radix aristolochiæ rotundæ, ulmaria, plantaginis, diptamni, gentianæ, rubiæ tinctorum, scrophul. primulæ veris; flores balaustiorum.

Singulæ hæc salina gaudent facultate prædominante, detergente, abstergente & consolidante. Inprimis vero etiam lapides cancrorum, lapis osteocollæ, bolus armena, terra sigillata, antimonium diaphoreticum, lapis hæmatites, puluis contra casum, saturnina omnia, vt lithargyrium cerussa, minium, lac lunæ, lapis calaminaris, & venerea pompholix æs ustum, tutia.

2. *Balsamica* & sulphurea oleosa, roscida, unctuosâ & glutinosa.



glutinosa, & substantia & effectu talia; v. g. radix symphyti, gentianæ & alia ex dictis, de vtroque principio participantia. Ex plantis laudatissimum est hypericum, totum rosido resinoso balsamo fœtum. Sic lignum sanctum, assafras, fraxini, semen perfoliatæ, plantaginis, nux moschata, mumia, sperma ceti, sanguis draconis, sarcocolla, flores sulphuris, oleum terebinthinæ, tartari fœtidum, balsama omnia quasi, de Peru, de Capaiwa, vulnerarium Mindereri, sulphuris ad extra; essentia traumatica Rolfincii, N. O. hyperici, catechu, symphyti, mumie; extractum agrimonie, hyperici, plantaginis, scabiosæ huc faciunt.

Horum agendi modum quod spectat, facile is enitescit, si attendamus & materiam hanc dictorum, & quæ in vulneribus accidant. Cum enim per vulnera quæcunque partes lædantur, vt liquores vitales easdem minus vegetare, ibidem recipi & remitti queant, continuo vigore; Hinc consolidantia & traumatica hæc sunt, quæcunque eosdem liquores, sanguinem & serum ad id aptant, vt & ipsi partis clima non destituant, alias communi vita priuandum, & ita conseruetur tono suo, vt defectus refaciri omnis, hiatus suppleri, & facta successiua appositione couniri diuisa possint, facta demum plenaria per callum, vel cicatricem obfignatione.

Hinc ex dicta diuisione balsamica sulphurea respiciunt potissimum sanguinem, seu partes eius oleosas, balsamicas, calorem innatum roborant & fouent, gluten carniu iuuant & viciu necessarium suggerunt; alcalina vero serum inchorescens corrigunt, eiusque siccitatem & vappescentiam prohibent. Vtraque putredini resistunt, sanguinem in ordinem redigunt, tonum ac balsamum conseruant. Hinc & insignis eorum vsus apparet in ichore vlcere & vulnere seroso, Stied. Wasser/ vbi sola conueniunt & potissimum partis calorem roborantia.

Hinc & speciatim vsibus illis præstandis præsto sunt, quæ desiderantur vel concurrunt circa vulnerum curationem, vt coindicantia; quatenus simul quædam illorum sunt quoque styptica, laxitatem pororum concentrantia, exemplo plantaginis nuc. mosch. vlmæ, alchimil. agrim. vinc. peruinc. sanic. &c. vt mu-



niam & alia faceamus; quædam sunt deterforia & mundificatiua, vt vitriolica, venerea &c. faniei, ichori, putrilagini debita; quædam resoluunt, in apostematibus internis variis, & sanguine extravasato, a casu ab alto aliisque casibus vtilia; vt cerefolium, bellis, millefolium, lapides cancrorum, mumia, sperma ceti, essentia traumatica nostra &c.

Inter hæc traumatica exempli loco inferuire possunt potiones vulnerariæ communiter dictæ, τραυματόποιμα, Wundt Träncke. Vsum horum celebrant recentiores, respectu antiquorum, Chirurghi, tum empirici, tum dogmatici, *Guido, Vigo, Paræus, Fallopius, Tagaulinus, Job. Andr. a Cruce, Aquapendens, Fernellius* & alii. Sic speciatim *Guido* eas in vlceribus antiquis, fistulosis & cancrifis, nec non in sanguine congelato, in partibus internis, ac sanie concreta in pectore, itemque in herniis exhibet. *Paræus l. 8. c. 28.* obseruasse se scribit, naturam huiusmodi potionibus adiutam mira non raro in cariosorum ossium correctione, in vlcerum consolidatione, in fractorum ossium ferruminatione, in neruorum vnionis restitutione fecisse. Adde & infixorum telorum expulsionem inferuire, quod ipsi obseruauimus. Studiosus globulo plumbeo in pede læsus, cum citra grauiorem noxam eximi hic non posset, ab infuso traumatico per aliquot dies sentiebat manifestam ab intra protrusionem, vt leuissima manu extraheretur. Imo & ad vulnera externarum partium & profundiora vsum horum extendunt, ipsumque etiam externum ad vsum, licet tunc non tam potiones, quam fatus audire debeant, siquidem traumatica cum vino decocta tum vulnera capitis, tum alia curant.

Vtut vero vnanimi fere consensu autores chirurgici potiones seu decocta vulneraria commendent; eas tamen *Baldwinus Ronssæus Epist. 66. p. 226.* reiicit atque contemnit; (1.) quod Hippocrates nullam earum faciat mentionem, (2.) quod externis vulneribus externa tantum competant glutinantia, cum distantiora sint, quam vt eo dictæ potiones penetrare valeant; (3.) quod denique pro vulneratarum partium varietate traumatica etiam remedia varianda sint, non vnum potionis genus indisci-

disci-



discriminatim omnibus adhibendum. Vnde concedit solum, in vlceribus gulæ, ventriculi & intestinorum ea exhiberi posse, & læsis gula atque ventriculo per os assumenda decocta talia: intestinis autem affectis, per anum iniicienda esse, verum in aliarum partium vulneribus nihil vtilitatis afferre sibi persuadet.

Infirmiora sane hæc argumenta sunt, quam vt euincant aliquid. Neque enim (1.) sequitur, si Hippocrates nullam facit mentionem potionum vulnerariarum, ergo non sunt adhibendæ; cum notum sit, multa pristinis seculis incognita fuisse, quæ posterioribus innotuere, longo vsu & experientia; vt taceamus plura fuisse ipsis in vsu, quæ posteris non æque nota sunt. (2.) Falsa est hypothesis, externis externa tantum competere tum alia, tum traumatica. Sæpe in praxi occurrunt, qui ob sanguinem acrem scorbuticum vulnera, etiam leuia, longa & minus curabilia sentiunt. Traumatica vero & suo loco faciunt ad intemperatum sanguinem alterandum, vitiosum depurandum, concretum dissoluendum, putredinem inhibendam, & vt character, balsamicus consolidatiuus eidem inducatur; quo facto ipsa postmodum curatio eo felicius & facilius succedit, cum sanguis & serum futuræ σαρκώσεως & κολλήσεως sit materia. Quare, licet potiones vulnerariæ non sua substantia & corpore ad vulnera & vlcera pertingant, atque ita immediate prodesse queant, eo tamen virtute sua penetrant, & mediante sanguine, cuius curam gerunt, plurimum conducunt.

Notandum tamen est, potiones vulnerarias in vsum potissimum tractas, quod non nisi simplicior præparatio illis seculis innotuerit, esse tamen & illam satis hodiernum, selectioribus prostantibus, vsitatam, modo cautela adhibeantur, quæ omnes innituntur aquositati & cruditati coniunctæ, ne inde vel pars affecta imprimis, quæ sicciora amat, vel ventriculus lædantur.

Quemadmodum autem certum est & constans fidumque assertum, vulneraria pro interno vsu ad externam curationem plurimum prodesse, quo nomine expertissimam deprehendimus essentiam traumaticam, in *Tr. de terra Japonica Hagendornii* de-



scriptam, vt lapides cancrorum ve solos cum successu vsurpatos taceamus; Ita alterum illud certum quoque est, traumatica varianda esse pro ratione affectuum & effectuum. Illorum ratione, quod variet contusio ab vlcere, vtraque a vulnere simplici, a fractura, quin vnius a vulnere, vlcus ab vlcere distat. Variant ratione locorum affectorum; variant ratione materiæ ipsius dictorum traumaticorum.

Hinc traumatica alia sunt generalia, alia specialia, tum simplicia, tum inter se nupta, vnde selectn opus est. Sic v. g. in vulneribus capitis vsitatissima præ reliquis est betonica, vnde & emplastrum de betonica vnice tunc expetitur; scabiosa, veronica, symphytum, bugula, veronica, pulmone magis fauent, vnde in pthisi optima, & alias quoque pectorali cum traumaticis vt v. g. elixir pectorale cum essentia traumatica mixtum; agrimonia magis hepate affecto & renibus, v. g. in mictu cruento & gonorrhœa etiã virulenta, laudem meretur, quo casu optima sunt traumatica illa decocta.

Hæc in genere tum de traumaticis ipsis, tum de vsu interno dicta sunt. Eiusdem commatis vero sunt & sarcotica, glutinantia & epulotica, de quibus quædam seorsim dicenda veniunt, quatenus effectum specialem præstant, & gradum quasi tum dicunt, tum æmulantur, quem natura successiue in consolidatione occupata exprimit, vnde nec ipsa nisi gradu inter se differunt.

## LIBRI I. SECTIO II. CAPVT IX.

De

### *Sarcoticis.*

**Σ**ΑΡΚΩΤΙΚΟΝ, seu *carnem generans* illud est, quod deficientem carnem in vlcere vel vulnere cauo progignit, ipsumque cauum carne implet, idque solum mediate & per accidens, quatenus impedimenta, quæ naturam in producenda carne retardare possunt, tollunt. Cum enim carnem generare solius naturæ opus sit, proprie loquendo nullum medicamentum sar-

coti-



coticum dici posset, dicitur tamen ita respectu inde adiuta naturæ.

Etenim materia carnis sanguinis est, isque bonus, laudabilis, efficiens natura subiectorum corporum, quibus superinduci caro debet, id est, naturalis eorum temperies, quæ sanguinem apponit agglutinat, tandemque plane assimilât. Adiuuans ea medicamentum est, quod detergendo, modiceque siccando remouet ea, quæ naturam in opere suo remorantur.

Quod si contingeret, autore *Galeno lib. 3. m. c. 3.* affluentem sanguinem nullum neque in quantitate, neque in qualitate vitium habere, partem quoque, cui in generanda carne succurrimus, bona temperatura esse præditam, nil est, quod obstet, quo minus carnis generatio & nullius externi medicamenti ope prospere succedat, ambabus quippe causis efficiente & materiali præsentibus. Id vero cum oblationem grauiorem fieri minus possit, & in carnis productione hinc duplex perpetuo generetur excrementum: vnum tenue, ichor nempe, seu sanies, vnde vlcerum redditur, humidum; alterum crassum, sordes scilicet, vnde sordidum redditur, proinde duplici etiam medicamento opus est, humidum excrementum siccando & sordidum detergendo, licet vni eidemque medicamento eadem facultas inesse queat.

Vbi igitur profundior hiatus & cavum explendum occurrat, speciatim conueniunt sarcotica, moderate calefacientia & siccantia, citra morsum, acrimoniam & adstrictionem, nec colligantia sc. nec cogentia, sed intemperiem tollentia & vitalem *αλιεζον* roborantia.

Hinc instar regulæ notandum est, vt omne excessiuum humidum, vlcerum & vulnerum consolidationi aduersum est; ita quæcunque blande illud moderantur, sunt sarcotica, idque tanto magis, quo pars ipsa vel humidior natura ac temperie sua est, vel siccitate gaudet. Nisi enim id fiat, promptissime caro luxuriat, & in cerebro fungos, in aliis excrescentias alias producit.

Sic in vulneribus cerebri v. g. omnia humida, præterquam



disipantia, nocent, oleosa, pinguis, quin in genere fere, nisi sint balsamica, omnibus adeo nocent, & minus conueniunt.

Par ratio est vulnerum capitis, & circa frontem, & similia, vbi vnguento digestiuo nullus est locus, si quidem feliciter mederi est animus.

Sic si vngues sint vulnerati, sola siccantia rem omnem absoluant, Adeoque in hoc non raro errant chirurgi, quod oleosis vnguentis vel emplastris continuando sordidum reddunt vulnus & producant. Id quod & in vlceribus serpentibus cumprimis valet, siquidem in singulis eiusmodi casibus glandula cutanea labefactata ichorem stillant, omni modo compescendum.

Hinc merito & in his externis celebrantur tum alcalina, ex pompholyge, lithargyrio, cerussa, aliisque, qualis etiam est pulvis foliorum aristolochiae longae, imo & vitriolata & aluminosa constrictiua eundem in finem laudantur non immerito; tum balsamica, quae & balsamum vitale, & sustinentes idem & fuscipientes partes obseruant.

Quod ergo olea cocta & pigriora vlceribus non conueniunt, non aequae ideo fit, quod acida sint, sed quod laxum reddunt, quod strictum esse debebat, pro consolidatione praestanda, id quod & de emplastris valet.

Referenda huc etiam est abstergio; ita scilicet semper ichor est tollendus, ne *γλίσσος*, glutinosum, gelatinosum negligamus. Blande & mediocriter detergere conuenit, vt sordes, quae in carnis generatione proueniunt, amoueant, circa tamen mordacitatem, ne si valentiora sint, non sordes modo abstergant, verum etiam sanguinem concrecentem, & in carnem coire non sinant propullulantes miculas & stamina carnea prima.

Non nimis ergo adstringere vel ficcare debent sarcotica, alioqui facile fit, vt partis defcedatur conformatio. Patere sarcoticorum natura potest e contrariis iam supra dictis catharteticis, quae superfluum illud humidum & excessiuum luxurians demunt & domant.



## LIBRI I. SECTIO II. CAPVT X.

De

*Glutinantibus.*

**G**LVNTINANTIA itaque, κολλητικά, sunt, quæ recentia vulneris labra adducta coniungunt, & ad pristinam integritatem reducunt. Hoc autem efficiunt glutinositate sua partim externa, partim interna. Externa, quatenus strenue colligant vnita labia, vnde & futuras ficas pro indigentia vulneris præstant, & in ossium fracturis præcipue conueniunt; hocque ipso suo vinculo prohibent, ne inter coitura labra aut influat, aut succrescat humor peregrinus ichorosus. Interna, quatenus vna naturam etiam roborant, & in opere suo perficiendo iuant.

Sunt enim glutinantia, quæ viscositate sua emplastica, vel adstrictoria, austerâ densante vi & labiorum parietes firmant, & seri nativam coagulationem pomouent, quo ipso duplicis potissimum generis eadem nominauimus: (1.) *viscosa*, quæ glutine pollent seu resinoso, seu mucaginoso, vt sanguis draconis, sarcocolla, radix symphyti, pix & emplastra picata; (2.) *styptica densantia*, malicorum, tormentilla &c. Quæ enim pure ficcantia sunt, illa per accidens magis glutinant, quatenus superfluum ichorem absorberent, vt lapis calaminaris.

Hinc ita glutinandum, ne sordes retineantur, & colligantur, denuo vlcus per cuniculos quasi molituræ; ita incarnandum, ne plus iusto caro luxuriet, vnde olea, præterquam balsamica, coalitum remorantur, laxando magis labia, minus condiendo & roborando.

Ex quo facile patet differentia inter sarcotica & glutinantia intercedens. Vtraque quidem commendat ficitas, sed distincta gradibus. Glutinantia enim sarcoticis magis exsiccant; saltim in gradu & effectu, vnde *Gal. lib. 3. M. M. c. 4.* glutinans ficitatem intensiorem habere scribit, idque propterea, quia carnis gene-



generatione aut nulla, aut plane exigua opus est. Plus igitur flicet oportet, quam sarcoticum. Hoc enim si valde flicaret, sanguinem generandæ carnis, materiam absumeret, atque ita carnem prorsus non generaret; adde, quod sarcotica, ex dictis, præter flicandi virtutem etiam detergendi facultatem obtinent, qua non modo redundantiam humoris flicant, sed & sordes auferunt. Glutinans autem nec detergit, nec expurgat, sed contra omnem prorsus substantiam in idem cogit. Hinc sarcotica magis profundis & cauis, glutinancia magis superioribus & superficiei debentur. Illa magis vlcibus, hæc magis vulneribus debentur respectiue.

Sarcotica flicca sunt gradu primo, quia tantum fliccare debent excrementa, quæ in carnis generatione resultant. Glutinancia flicca sunt gradu secundo, quia non solum excrementa, sed & totum id exfliccare debent, quod aliunde affluit. Epulotica flicca sunt gradu tertio, quoniam non tantum excrementa, nec tantum quod aliunde affluit, sed etiam naturales partis humiditates exfliccare debent.

## LIBRI I. SECTIO II. CAPVT XII.

De

### *Epuloticis & poroticis, cicatricem & callum generantibus.*

**C**arne generata in vulneribus, & glutine facta, applanata superficiei, facile hinc est, leni deficcatione per epulotica vltimam sanationi imponere manum. **CICATRICEM** igitur **INDVSCENTIA**, alias insolidantia quibusdam & sigillatua. Gr. *επυλωτικα* dicuntur, suntque quæ impletam vlcis aut vulneris summam carnem deficcant, obdurant, sigillant & in callosam quandam substantiam cutis æmulam, quæ cicatrix vulgo dicitur, condensant.

Vtuntur epuloticis in planis & cauis vlcibus. In planis  
statim,



statim, nullo alio præmissò medicamine, quia idem est inducere cicatricem & curare vlcus planum, cum eadem vtroque fit indicatio, vnienda scilicet cutis. Est autem planum vlcus, argumento citati *lib. 3. M. M. c. 4.* quod cavo est oppositum, impletum scilicet, seu nullam habens cavitatem. In eo cuticula aut vna etiam cutis est deperdita, integra manente carne, ita vt exterius operimentum tantum desideretur. In cauo autem non modo cuticula & cutis, verum etiam carnis subiectæ iactura facta.

In cauo vlcere tum demum epuloticis vtimur, quando cavitatis carne vel quasi est impleta, non tamen quando prorsus est impleta, adeo vt nulla omnino cavitatis conspiciatur, quemadmodum plurimos fecisse medicos *Gal. lib. 13. M. M. c. 5.* notat, sed perperam fecisse hac ratione ostendit, quoniam si vlcus ad æqualitatem iam carne sit repletum, accidit, vt cicatrices cute circumposita fiant eminentiores, quia natura non cessat generare carnem impositis epuloticis. Hinc vt cicatrices cuti æquales fiant, consultum est, vt epulotica prius applicentur, quam vlcus prorsus ad æqualitatem sit impletum, seu dum aliqua adhuc adest cavitatis, non tamen notatu digna, in quo artificium non leue, consistit, vt cicatrix hinc minus deformis relinquatur.

Vt igitur sarcotica carnem regenerant; ita epulotica cutim, & quidem duplicis generis iuxta *Galen. l. 5. simpl. c. 16.* alia vere ac proprie talia, quæ carnem ita alterant, vt cutis euadat, id quod perficitur per ea, quæ illam contrahere, confringere, densare & fizzare & quasi in callum indurare valent. Est enim cutis velut in callum durata caro (instar pelliculæ obductæ pultri) & cicatrix caro densata, fizzata & quasi callosa facta.

Suntque epulotica talia omnia efficaciter desiccantia, vt tenue serum in superficie absumatur & coaguletur in pelliculam, modo cum adstrictoria vi, modo sine illa citra vllam mortificationem & dolorem, vt cerussa, pompholyx, saturnina, aliaque iam dicta. Hinc vt sarcoticis inimica sunt nimis siccantia, ita epuloticis humectantia.

Alia secundo & per accidens sunt epulotica, quæ nempe



vna morficant, & morficando eximi desiccant, qua ratione hinc cicatricem inducunt. Vno verbo, cathartica superius laudata, ita tamen moderanda, ne tantum morficacione absumant & liquent, quantum exsiccatione densant & cogunt. Vnde nec in omni vsu & semper cicatricem inducunt, sed vbi corrigenda vna est subiacens caro, & luxurians ichor compesci aliter nequit. **Hinc** diximus moderanda eadem esse, iuxta affectus & partis affectæ naturam,

Occasione quoque hac dicendum est de causis *δυσειλεώσεως*, vt consequenter remedium eo magis pateat & eruatur; alia scilicet est *vniversalis*, vitio feri acrioris, fluxilioris & *γληχρότης* expertis, vnde videas ex leui vulnere diutinum vlcus & *δυσειλεώτηκόν* non raro; alia est *particularis*, sine pars affecta sit humidior & laxior, vnde circa hamorrhoides enata vlcera frequenter in fistulas abeunt, vt de faucibus & similibus non dicamus; aut affluxus ad eandem fiat maior, debilitatis neruis, debilitato archæo tum per ipsum vulnus; tum aliis naturalibus vel acquisitis de causis; aut quæ ad obnationem & occlusionem plenariam sunt necessaria; nondum perfecta & præstita sint.

Sic in primis vlcera articularum, v. g. circa genu & femur excitata, pessima sunt & sæpè *σύνυποθνήσκοντα*, nisi bene prospicias. Iuuenis talismodi abscessu circa os femoris laborans, diu misere tortus, tandem fati cedebat, mero ichore tenui, quod pessimum est copiose effluente.

Et hinc etiam improprie talia epulotica sæpe his casibus prioribus mage conueniunt, quando partis tonum simul respiciunt, & corrigunt morbosum ichorosum succum. Sic cineribus tabaci, fumo infimul (feri copix correctorio egregio) hausto, insperfis, vlcera genu dextri curata sunt in alio iuene, quæ per aliquot annos prius aperta fluxerant, nulla arte consolidanda. **Quin** iis in casibus fonticulis quoque insignis debetur laus, quod aliorum rheumatismum diuertant, scaturigine alibi exorta.

**Taxandus** in hoc est error chirurgorum, qui dum turundis



dis suis saepe abutuntur, & apertum longius, quam par erat, servant abscessum, & tadium ægro parant, & hinc, quando demum occludere volunt diu protractum hiatum, non possunt, natura nimis adstrepente. Laborabat puer decennis abscessu pectoris ad exteriora aperto; cum per plures menses nulla consolidatio sequeretur, indies turunda satis longa indita, minimi digiti maiorem longitudinem excedente. Consulti exhibuimus essentiam traumaticam, species vulnerarias, & iussimus sensim sensimque decurtari turundam, vnde breui conualuit, nullo metu fistulæ successuræ relicto. Alias vero qui citius properat, serius absoluit non raro, vnde perpetuo natura sequenda est, tanquam optima magistra.

Cæterum etiam si deformis sit cicatrix, non facile rumpenda est, neque enim vel medicamenta eum in finem vulgo commendata æque voto satisfaciunt, vel pulcior absolute promitti potest, semel iam callo obducto.

Affinia ergo epuloticis sunt CALLVM GENERANTIA, quorum opposita sunt callum destruentia & ossium cariem corrigentia. Vti enim epulotica callum quendam manifestum cuti inducunt, adeoque in partibus mollibus hisce ad consolidationem præstandam plenariam hiatum obsignant; ita porotica callum inducunt, vel vt inducatur facilius præstant adiuuant ossibus fractis, in eo latius patentia, quod & interne & externe id procurant.

Conueniunt nimirum hæc in fracturis ossium, præcipue maiorum, & in artubus. Dantur enim & in his morbis casus, vbi vel ex toto, vel ex parte os callum recuperare renuit, vnde nec epulotica profecerint, facessente vel durante vlcere, (si quidem fractura cum vulnere fuerit,) vel firmitudinem dum non acquirit os fractum, æger restitui minus potest, vel breui post denuo fractura ab incessu recidiuat.

Valent, inquam, eadem tunc causæ, quas de *δυσενώδωτιοις* vlcerebus laudauimus. Vt enim vltimum quasi & maxime *γλυκὸν* ossium alimentum est, mucagine plurima cum sale volatili & sulphure eidem immenso constans, vnde serum alimen-



rum illata, ardorem lymphæ & rarefactionem inferunt, vt in poris inæqualiter subsistat. Notandum tamen, empyreuma commune esse omnibus reliquis gradibus, primo gradui tamen tribui potissimum, quod in illo solo subsistat, citra nudationem cutis, vel vesicas, adeoque vniuersaliter in omnibus quoque attendendum esse.

Licet itaque posito etiam solo rubore & calore, seu vno verbo empyreumate, ipsa quoque & indicentur demulcentia, & commodissime applicentur; obseruatum tamen est, profuisse primo huic gradui tum *discutientia*, tenuium partium, calidaque ipsa, seu medicamenta ad ambusta quasi improprie talia; vt notum est cepas, sal commune, saponem, camphoram, oleum ceræ, atramentum ipsum vulgo adhiberi, imo ignem igne elici, apposito prouide ad ignem digito; tum repellentia, adstringentia, seu frigida temperata, tepide tamen applicanda, vt aquea quædam.

Eliciunt hæc empyreuma duplici ratione, partim, vt calida & salina, in motum citando humores, qui, vt subsistant, cogendi, vel substituti alias ardorem & dolorem dedissent, adeoque dum poros quoque referant, dum exhalationem promouent, vt rarefactus inibi plus iusto sanguis subsistere cesset, & in ordinem redeat, faciunt, sicque inæqualitatem naturæ damnosam & dolorificam tollunt, & ignearum atomorum spicula infringuntur. Sic & valent hæc in pernionibus cum primis, vbi spiritus vini simplex & camphoratus, item radix asphodeli, tertio gradu calida & ficca, commendatur, & vnguentum hinc de asphodelo apud *Sculcetum in armam. Chirurg.* pro experto commendatur, vt alibi latius id digessimus.

Partim, vt temperata frigida, quatenus defendunt statim partem, & affluxum consequenter vltiorem abarcent, vt atramentum, brassica muriata, galla, aluminosa quoque in pernionibus, & similia.

Vtraque vero hæc inuuant quidem & pustulas impediunt si recte procedas, facile tamen & lædere norunt. Non ergo habent locum, nisi in principio & primo ambustionis gradu, & caute tamen applicanda. Vix sunt inde pustula aliquando  
in loco



in loco sano exortæ, eo usque videlicet in motum redacto sero, cum totus humor rarefactus dissipari non posset.

Alter gradus ambustionis statui potest *exulceratio*, saltim a consequente & leuior, quando maiori ignis impressione maior tumor & rubor adest, neque in intemperie nuda, licet inæquali & enormi, subsistit malum, sed morbus solutæ unitatis manifestæ sequitur, vt pustulæ quoque exoriantur & affluxus maior. Huic debentur temperantia & demulcentia calorem & ardorem, eo quippe mitigato dolor cessat, seu ardor & æstus conquiescit, sensus tristis adimitur, partes lasæ & exulceratæ demulcentur, nudatæque velut glutine quodam incrustantur.

Sic ex *aqueosis*, præter dicta iam, memorandi sunt succus hyoscyami, solani, semperuiui, nicotianæ, magis tamen in vnguentis & emplastris, quam per se adhibendi, item acetum saturnisatum, hinc in vnguentum cum oleo redigendum, insigni cum strategemate, acetum enim defendit, & affluxum arcet, oleum mitigat.

Ex *musculaginosis* sperma ranarum; Ex *oleosis* pinguedo cerui, oleum papaueris; Ex *terreis* cerussa, lithargyrium aliaque acrimoniarum omnis expertia, vel saltim retusa; & ex his *mixta*, vt vnguentum de lithargyrio, vnguentum ad ambusta Mynsichti. Hæc vtroque casu sunt commoda.

Ancilla in facie ambusta, per magma, pro aqua rosarum destillanda in vesicam cupream inditum, & ex improviso, non rite operto vase, exiliens, solo vnguento de lithargyrio sanabatur felicissime. Femina in manu ignis vim experta conuassato albumine oui cum oleo aliuarum breui etiam leuamen sentiebat optatum, qualia exempla plurima adduci possent, si eo opus foret.

Tertius gradus dicetur nobis *erosio*, quando erosa & exulceratæ grauius ab igne partes sunt, abscedente statim cute & ichore confluyente: tunc vero primitus itidem demulcentia conueniunt, hinc retuso per eadem empyreumate, & mitigato ardore doloreque, conueniunt *desiccantia*. subinde tamen mitigantibus interpolata, vel iisdem præmissis, vt priora velut sarco-

tica



tica sint, hæc cephalica. Talia sunt emplastra mitigantia e sebo ceruino, ceruilla, de succis herbarum refrigerantium de spermate ranarum, diapomphol.

Non negligendus tamen vna est archeus partis & sensus delicatus, ne duritie applicata noceant, ne inuertatur ordo, adeoque acrimonia partes lancinentur, quæ demulcendæ erant, nec in exsiccando frustrentur, quæ id experunt & indicant, adhibitis mucilaginosi, humectantibus, distinctis probe temporibus, quæ omnia ex dictis patent.

## LIBRI I. SECTIO III. CAPVT I.

De

### *Cephalicis.*

**P**RO materia medica noscenda optimum est, medicamenta in *communis*, saltim secundum quid, hinc & determinata seu *specificis* diuidere. Vt enim quidam negare suffineant *specificis*, quæ nempe huic vel illi parti aut visceri *specificis* succurrant; illud omne tamen intelligendum est de occulta, cœca, & irrationali determinatione, quæ cephalica v.g. vel pectoralia dicuntur, absurdo modo & reuera occulto habere, *sympathiam*, *magnetismum*, vt intactis reliquis huic vni, soli, & semper prospiciant, de quibus *Helmontius* ait, non dici posse remedio: Vade tu ad talem venam, vel ad istum locum. Nam altero genuino sensu reuera dantur *specificis*, quæ non solum generatim sanguinem & serum, tanquam elementa & succos substantificos vitales microcosmi, alterant, nec indicantibus ac indicationibus generalibus, sed *specificis*, vt indicata *specificis*, *specifico* dono prædita, satisfaciunt; verum & ita eisdem disponunt, vt in partes has illas affectas redundare *specificis* vsus queat, determinando easdem, vt sic agant. Aliàs enim notum est, *specificis* cephalica esse quoque cordialia, stomachica, vterina &c.

Solenne hinc nomen est *tonicorum*, quæ tonum huius vel illius



illius partis in temperie, conformatione, poris, ita roborant, vt actioni destinata præesse melius queant. Vtut enim vnus idemque omnibus illabatur sanguis; ille tamen ad certas actiones hic illic specificatur a fermento seu archeo loci particulari.

Cumque magis velificetur his operis calor, diuersis modis specificatus, vno vero cesset, vt in actionibus suis retardetur; hinc etiam alterandi calidum pro eiusdem intensiōe diuersa sunt præsidia specifica, pro remissione præstanda magis communia, id quod etiam valet ratione diuersorum regnorum.

Communiter alias diuiduntur alterantia in *calida & frigida*, prout vel roborant, exuscitant & instaurant archæum, hac vel illa parte residentem, vel temperant peregrinam accessionem, vnde vel gradus augetur, vel deprimitur plane.

Diuisio specialior est in *volatilia, fixa & media*; volatilia vocando, quod vniuersim & de aliis valet, quæcunque a posteriori in motum cient, rarefaciunt & promouent archæum, seu calidum innatum partium; a priori, quæ vel volatilia sunt sulphurea & oleosa, seu sale volatili oleoso foeta, vel volatilia, vrinosa, vel volatilia acida; summam quæcunque sale volatili vel sibi relicto, vel aliis remixto gaudent.

*Volatilia sulphurea & balsamica spirituosa aromatica* nã cephalicorum nomine veniunt, v.g. radix galangæ, zedoariæ, ireos Flor. H. betonica, lauendula, maiorana, melissa, marum, chamædrys, chamæpitys, organum, ocymum, pulegium, rosmarinus, polium montanum, ruta, saluia, serpillum, spica nardi; fl. anthos, spica, liliorum conuallium, primula veris, stœchados arabicæ, tilia. Aromata omnia, speciatim vero cubebæ; ex animalibus castoreum; ex feminibus semen coriandri; ex gummatibus, succinum, ladanum; ex lignis sassafras, xyloaloe, &c. Et ex his paratæ conservæ, essentia, aquæ, spiritus, elixir cephalicum, vitæ Matthioli, aqua apoplectica, Anhaltina, succin. Ex compositis sp. dianth. diamb. diamosch. dulc. MP. de ladan. de succin. Crat. Exemplum elixirii, cephalici sit sequens: R. rad. pæon. mar. ʒj. galang. valer. doron. fol. rosmar. mari veri, salu. a. ʒʒ. fl. anth. lauend. lil. conu. pæon. stœch. ar. beton. a. ʒij. cubeb. succin. a. ʒvj. visc. coryl. lign. al. ladan. i. a. ʒij. costi ver. anacard. a ʒj. Conc. extrah. ou. Oli cephal.

Q

Vola.



*Volatilia urinosa* sunt salina, in quibus sal volatile magis explicitum & sibi relictum, spiritus salis ammoniaci nativi genuinus, & artificialis, spiritus rutæ, & lil. conuall. volatilium nostro more paratus per putrefactionem; spiritus cranii humani cornu cerui, viperarum, horumque salia volatilium, tinctura lunæ, & similia. *Volatilia acida* præbent spiritus vitrioli cephalicus *Heerii*, *Sennerti* aliorumque.

Hæc ipsa, quæ hinc suo modo ad fixa etiam applicabimus, respiciunt vel *spiritus* animales & horum vehiculum *lympham*, vel *membranas* & *neruos*, vel *poros*: iuxta quorum diuisionem etiam optime pathologia morborum cerebri seu capitis diuiditur & intelligi potest.

Adeoque (1) *roborant spiritus animales*, sicubi torpeant, vel debiliores fuerint, vt in senibus & aliis; fœnerant iisdem liberum meatum, & motum restituunt, in tremore, vertigine incubo, sensus & motus impotentia proficua.

(2) *Discutiunt, demulcent, & suauiter afficiunt membranas & meninges fibrasque nerueas*, variis modis vellicatas. Hinc ex dietis quoque plantis ipsis resinosa magis sunt neruinæ, exemplo chamædyros, rosmarini, lauendulæ &c. vnde & optima sunt in vulneribus capitis pro fotu cum vino.

(3) *Dissipant serum excedens & corrigunt exhalando & diuertendo*, cum diaphoreticis maritata, ne *serum* concipiat, coaguletur, vappescat, sed blandam suauemque dulcedinem fartam rectam obineat.

Hinc & (4) *suauiter* *lympham* maectant & ligant, ne vel vitiose moueatur, vt in vertigine, vel spiritibus minus fœta illigabilis magis sit, vt in vigiliis senuum, restitutis una & roboratis spiritibus.

(5) *Poros cerebri & neruorum occlusos dilatant*, ne subsideant, concidant & spiritibus ac lymphæ continuo mouendis viam intercipient, quo nomine urinosa & quibusdam casibus etiam acida, imo & quadam sulphurea volatilium, exemplo castorei, sunt laudatissima. Singula nempe hæc valent præcipue in affectibus soporosis; urinosa vero adhuc latius. Faciunt



id ipsum tum subtilissima sua & penetrantissima virtute, qua pervadunt omnia, vnde & odoratu solo laudatissima sunt, & interius propinata; tum acidum figens præcipitando & annihilando, quod in apoplexia, aponia, paralyfi valet; fixis enim & acetosis humoribus vnice contrariantur vrinosa, paralyseos hinc specifica. Seorsim vero acida, quatenus sulphur obstruens & ligans excutiunt, domant, & destruunt, in affectibus, vt diximus, soporosis. Par ratio est castorei & nigellæ, quæ sulphure volatili & minus resolubili gaudent, vnde iis in casibus optima sunt. Imo nominatim castoreum, & quæ ad instar huius omnibus hisce vel plerisque satisfaciunt, illa *nat. i. 2. 3. 4.* & omnium optima sunt cephalica, polychresta reuera in omnibus quasi dictis casibus, vt de cinnabari id quoque deduci potest.

Sic curauimus hemiplecticos & paralyticos plurimos generali illa, seu speciali potius methodo: (1) dando, quæ poros nervorum referant, v. g.  $\Theta$ \*ci c. lil. conuall. (2) quæ spiritus animales confortant, infusum neruinum; (3) quæ acidum figens excutiunt, puluerem superius laudatum, non omisis externis unguentis neruinis & vrticationibus.

*Fixa* cephalica dicimus, quæ excessum humorum & spirituum temperant, motum refranant, figuntque. *Fixa* v. g. *terrea*, viscus quernus, cranium humanum, vngula alcis, magisterium perlarum, corallorum. *Fixa acida*, tinctura rosarum, violarum, pæoniæ, acetum liliorum conuallium, rutæ, spiritus vitrioli, clyffus antimonii &c. *Fixa nitrosa*, vt  $\Theta$  giatum. *Fixa aquea*, vt aqua ceraforum nigrorum, sambuci, solani, sedi maioris, decoctum anagallidis, serum caprinum, emulsiones soporifera & alia. Adeoque specialius hæc ipsa (1) *spirituum ferociam* & *motum* continuum *ligant*, ac domant effrenes eorum in sensuum, & motus organis tumultus, non solum in febribus, per consensum affecto cerebro, verum & aliis, quando dephlegmati quasi & intemperati exorbitant, vt in deliriis, doloribus, motibus spasmodicis ipsisque adeo vterinis.

(2) *Inuertunt* saturant, præcipitant & acrimoniam absorbent & resoluunt, vt tum terrea alia, tum præ omnibus cinnabarina,



barina, cinnabaris natiua, granulata & sublimata, cinnabaris gū, vt & frius diaphoreticus. Duo hæc præstant eximia: ratione sulphuris temperati & fixi, purioris, placant rodentes humores & sunt paregorica, ita vt acrimoniam salinam humorum, sanguinis, lymphæ & spirituum, membranas & genus neruofum irritantem demulceant. Ratione particularum mercurialium fluxiles reddunt humores & *sedu* prohibent, vnde & liberantur partes delicatæ membranofæ peregrinis hosticis humoribus, & hi ipsi destruuntur, vt minus nocere queant, sed ad frugem redeant. Ratione totius mixturæ suæ humores biliosos, acidos, ponticos acres inuertunt.

(3) *Restaurant & corrigunt feri defectum*, capiti semper extiosum, vnaque coniunctam acrimoniam, inprimis diluentia largiori modulo exhibita.

(4) Sulphur resolubile in actum deducunt & *poros claudunt* aquea & sulphurea, *νεγνητικῶς* humectantia, vnde nisi hæc iungantur vel attendantur probe, ipsa quoque opiata ad somnum producendum inepta sunt.

Notandum vero, hæc ipsa quidem in vtrisque clasibus commode recenseri ad exhauriendam latitudinem virtutis cephalicorum; ipsa tamen cum primis temperantia fixa inter se fororiari & mutuas præstare operas, ad vnum eundemque scopum impetrandum.

Vnde etiam *media* inter hæc sunt, tum simplicia & composita temperata, qualia esse possunt præonia, doricum, betonica, tum quæ vel mixta ex fixis & volatilibus, vt elixiria cephalica, acidula, vel diuerso respectu agendi, v. g. dissipandi, præcipitandi huic vel illi affectui succurrunt, in quibus ad causam merito respiciendum est.

*Externa* cephalica vel communia sunt, vel propria, specifica enim & hoc pacto capitalia sunt, licet refractæ virtutem exerant magis præ internis. Roborantia balsamorum, cucupharum, unguentorum, lixiviorum specie adhibentur. Egregia v. g. est essentia fl. spica, bregmati applicata, pro roboranda memoria. Profunt epithemata refrigerantia ex aqua solani, sedi ma-

ioris,



ioris, verbenæ, pulegii, anethi, sambuci, &c. cum nitro antimoniato, theriaca Andromachi, vel diascordio Fracastorii, item cum aceto in hæmorrhagiis narium, fronti, quin & de quo alibi, etiam bregmati applicanda.

Circa hæc cautela quædam attendi merentur, tanquam monita specialia de his vel illis, ex dicta materiæ medicæ classe.

I. *Spiritus per Cephalica interna & externa nunquam nimis efferrandi.* Efferantur & turbantur cum primis calidis nimis & oleosis, quæ miasmata sua spirituosa ipsis iungendo caput ferunt. Hinc omnia nimis vaporosa caute adhibenda, etiam in cucuphis, alias vertiginem & turbulentiam inductura, quod & de opiatis ipsis valet. Sic species aromaticæ tum per se, tum in rotulis vel morsulis adhibita parcius administrandæ, inde enim idem quasi accidit, minori gradu, quod ab assumpto largius vino, cereuisia, in primis loliacea, vt grauetur caput & doleat. Facta nimia evaporatione & halitusositate ipsa motitatio naturalis spirituum & humorum impeditur. Hinc & camphorata quibus capud debile est, & spiritus teneriores & laxioris compagis, nocentia sunt, præcipue in fœminis. Suauia vero & ballamica, externa, vt balsamum apoplecticum, blande cerebrum & spiritus demulcent & afficiunt. Serum etiam spirituum vehiculum & frenum nunquam nimis exhauriendum, vnde necessario deliria & vigilia insequuntur.

Locus *Hoffmanni* est l. 2. de med. offic. c. 62. f. 2. p. 387. vbi confectionem anacardinam vocat confectionem stultorum, locus dignus lectu. Et cum communiter apud studiosos hoc problema & postulatum agitetur, in genere hoc loco sciendum est, memoriam habitare in sicco, & dari quædam medicamenta, quæ serum nimium obliuionis parentem absument, & temperiem aliam inducant. Verum facilis lapsus est, facilis error, vt ultra spheram naturæ id fiat, præcipue in iuuenibus. Si quidem succedente ætate iamdum siccitas succedit, vt taceam, ἰδιουγενεσία tali præsentē, non sine periculo nimis alterari posse cerebrum. Vti enim rotulæ in horologio, si nimis subtiles & quasi molles tenerioresq; factæ sunt & delicatæ, facile exorbi-



tare & aliquid detrimenti accipere possunt; ita docet experientia, quod præcocia ingenia raro seu nunquam fuerint durabilia; quod doctissimi etiam homines in senectute vltima vel omnia quæ sciuerant, sint oblitæ, vt Franciscus Barbarus, Georgius Trapezuntius aliique, vt Messalæ Coruini & aliorum non mentionem faciamus, proprii tandem nominis iacturam e memoria passorum; quod rarum quoddam sit contingens, si excellens memoriæ cum magna prudentiæ exactoque iudicio sit coniuncta. Imo cum memoriæ subsidia sint plurima, longe magis de acuendo iudicio laborandum est, quam de memoria, quæ in excellentissimis sæpe viris minus prompta est. Vid. *Huartus in scrutin. Ingen. Lauremberg. de arte mnemon. & alii.*

2. *Spiritus nunquam per cephalica nimis ligandi.* Ligant nempe eosdem tum iam dicta vaporosa nimis, obnubilando eosdem, vnde stupidi redduntur ad instar ebriorum; tum figentia quoque opiata. Hinc & adstringentia fortiora sola non sunt adhibenda, continuante præsertim vsu.

3. *Pro affectibus capitis curandis lympha quoque nec nimis absumenda, concentranda, nec nimis fundenda.* Alias enim cerebri temperies pessundatur. Funditur facile per calida & balnea, absumitur per iam dicta. Quando enim larga adest humoris ferrosi quantitas, illa per talismodi calidiora, poros magis inundat, vnde noxa præsto est.

Hinc etiam 4. ob fusionem seri nimiam tum *salina queuis alia, tum nitrosa & acida ita propinanda, ne caput vel spiritus inde detrimentum capiant*, quod ipsum etiam valet de affectibus pectoris & pulmonum.

5. *Nervis laborantibus non tam eorum insertioni, quam origini applicanda remedia.* Origo vero generalis, saltim quoad distributionem, est spinalis medulla. Hinc in torpore manuum & pedum ac paralyfi id vnice obseruandum est. Exemplum Galeni extat *l. 1. de locis affect. c. 6.* vbi quidam triginta iam diebus trium manus digitorum sensum amiserat, seruato motu. Cum nihil ab adhibitis, optimis licet, medicamentis, præsidii enisset, accedens Galenus ex medico priori quærit, quænam

appli-



applicuisset remedia, quæ cum optima deprehendisset, quasi-  
 vit porro, an refrigeratio, an inflammatio, an ictus præcessisset,  
 (en Praxeos Clinicæ exemplum!) quod cum negatum fuisset,  
 adhuc ægrum interrogauit, an superiorum partium aliqua fuis-  
 set icta. Respondit ille, manum quidem non fuisse ictam, sed  
 dorsi initium fuisse afflictum. Romam enim vectum a curru  
 decidisse, atque non multo post digitorum affectum incepisse.  
 Hinc vero Galenus eadem quasi topica prope septimam ver-  
 tebram dorsi applicans, inopinantem ægrum felicissime re-  
 stituit. Qua de historia, vt & aliis Galeni obseruationibus  
 videri meretur *J. B. Sylvaticus in Histor. Galen. medicinal. Hist. 76.*  
*p. 375.*

Obiter hac occasione notamus, quod praxis Clinica sup-  
 ponat primo *cognitionem* sufficientem morborum, & materiae  
 medicæ, quorsum etiam spectat notitia humani corporis adeo-  
 que anatome, botanica, Chimia; deinde *inquisitionem* sedulam  
 omnium circumstantiarum, quærendo enim discimus; tertio  
*applicationem* concinnam remediorum his circumstantiis rite  
 debitorum.

6. *Acida neruis inimica, poris tamen extricandis & sulphuri nar-  
 cotico domando apta.* Inimica sunt neruis (1) quia figunt spiritus  
 & coagulant; inimica (2) quia morsicant membranulas, demul-  
 ceri potius amantes; inimica (3) sibi relicta, ast cum sulphure  
 subtili maritata tantum abest, vt neruis inimica sint, vt potius  
 iisdem sint amicissima. Sic vinum neruis amicum est, ob acidi  
 & sulphurei principii amicabilem concursum, & us  $\Theta$ li cephalic-  
 us ob eandem symbolisationem officium egregie facit. Aqua  
 magnanimitatis, ex acido formicarum, & spiritu vini constans,  
 neruina est, si quæ alia, interno & externo vsu celebratissima, vt  
 alia taceamus. Inimica (4) immodico vsu, etiam cum sul-  
 phure maritata, facta separatione. Vinum gignere podagram  
 & arthritidem noto est notius, largiori vsu, quatenus inæqualis  
 & naturæ non proportionata fit separatio euolantibus parti-  
 culis sulphureis, & M. S. efferantibus, vnde dolor capitis, tor-  
 por sensuum &c. in ventriculo vero collectis vappescentibus,



& cum natura id ferré non possit, chylum & lympham hinc acidam, austeram, acrem reddentibus, vnde & vomitus ab ebrietate factus dentes acore illo stupefacit.

7. *Specifica cephalica capiti, non tum per consensum aliorum viscerum affecto, quam domestico malo detento, conueniunt.* Alias enim malum non cedit, sed exasperabitur magis, quod damno suo maximo experiuntur, qui empiricorum manus subeunt, vt is qui capite vulneratus, biliosa hinc vomens per nouendum, spiritum menthæ suo infortunio hauserat, vndecimo paralyfi, motibus spasmodicis correptus, & fatis cedens. Hinc alibi diximus, nisi parti primario affectæ applicetur remedium, non iuvat. Conueniunt quidem & per consensum patienti, sed non vt principale remedium.

8. *Vegetabilia magis specifica, mineralia magis vniuersalia etiam cephalica constituunt,* facta scilicet ad se inuicem respectu & intuitu, seu relatione. Nota quidem est assertio communiter recepta, solem cordi, lunam cerebro, saturnum & martem spleni, iouem hepatis, venerem partibus genitalibus specificè dicari; hæc ipsa tamen cum grano salis sunt intelligenda, & nihilominus, respectu vegetabilium, magis vniuersalia sunt, quatenus alterandi sanguinem & serum viribus magis communibus gaudent, & fixiora sunt. Ex mineralibus antimoniata & mercurialia catholica magis sunt purgantia & diaphoretica. Speciatim cinnabaris natua & antimonii, quicquid nonnulli in contrarium obiiciant, qui pro veneno eam reputant, est specificum cephalicum, sed magis vniuersale, quam vllum aliud, quatenus respectu suorum elementorum liquores vitales egregie corrigit, vnde & panacææ Anhaltini basin constituit.

9. *Symbolica viscera symbolicis etiam gaudent morbis & medicamentis;* morbis, vt alterum alterum in consensum vocet, & participet affectum; medicamentis, homogeneis & conformibus quasi ipsi illorum calido. Sic & in sequentibus cum hepar, lien, mesenterium, pancreas in eundem conspirent vsus, & communia habeant præsidia, aperientia dicta, & quæ sunt hepatica etiam splenetica, & vice versa deprehenduntur; quin & antiscorbutica & cachectica in iisdem consentiunt.



## LIBRI I. SECTIO III. CAPVT II.

De,

*Ophthalmicis.*

**V**ulgata est paroemia: non patitur lusum fama, fides, oculus. Non patitur lusum ob teneritudinem & artificium structuræ summum, tum a nocentibus quibusuis extraneis, tum a iuuantibus vel quasi medicamentis.

Sunt hæc ipsa ad instar aliorum (1) vel *communis* vel *propria*. *Communia* sunt, vt auribus quoque simul debita, emollientia, paregorica, repellentia, adstringentia, traumatica & similia; *communis*, non quidem respectu membri affecti, cuius ratione ea ipsa sunt & dicuntur propria potius, v. g. adstringentia, in vixæ dilatione, repellentia in influxionibus, traumatica in vulneribus; sed ratione materiæ medicæ. Præcipuum illorum exemplum præbent vesicatoria, & his affinia setacea, quæ in affectibus paulo grauioribus vniçe oculis opem ferunt, ad nucham applicata. Tacemus purgantia ipsa, quæ in ipsis quoque his affectibus sæpe omne ferunt punctum; vtraque euacuandi scopo adhibita, & quidem seri, oculis copia, motu & influxu, vt & acredine molesti. Virgo viginti annorum debilitate visus laborans, & maculas obuersantes sibi in oculis sentiens, vniçe purgante dato melius habebat.

Sunt itaque (2) *ophthalmica* vel *interna* vel *externa*, vtraque ab vsu ita dicta, & quoad partes læsas, interius vel exterius obuias, diuisa. *Interna* vno nomine dici possunt, *ὄφθαλμικὰ*, seu *visum acuentia* & roborantia, (id quod tamen adæquate & externis competit, vt hæc ipsa sint quasi ophthalmica præcipua & specifica,) proficua, vbicunque actio oculi cessat vel debilis est, tum in sensu præcipue, tum etiam in motu. Sunt scilicet hæc ipsa cephalica fere, neruina, balsamica, quæ coniunctim spiritus, humores, neruus & caput horum fontem respiciunt; v. g. præter cephalica iam exposita radix valeriana.

R

leria-



lerianæ, helenii; herba nepethæ, euphrasia, verbenæ, fumaria, vt cephalicas rosmarinum, melissam, non laudemus denuo. Item cubebæ, semen anisi, fœniculi, etiam inspiratu vtilia, lignum aloes, succinum &c.

*Externa licet pleraque polychresta sint & mixta, paucis exceptis, possunt tamen sub certis quoque classibus speciatim, recenserî, quibus ipsa velut certis quibusdam terminis absolvuntur. Sunt nempe partim *exurgentia*, ad motum humorum promovendum, & *scor* dispellendam & coagulum remouendum, in vnguiculis, excreſcentiis, cataractis, & pustulis vtilia; eaque tum *terrea* exſiccantia, vt perlæ præparata, flores cinci, saccharum saturni, vel potius magisterium, vnguentum nihili, tutia præparata, margaritæ troch. M. sief album, pompholix; tum acruſcula salina qualitate figillata, saccharum canariense  $\text{\textcircled{D}}$  lum album, aloe, fel lucii piscis, eiusque essentia, pinguedo ascia piscis, serpentum & viperarum delicatissima, quæ ad roborandum visum & affectus oculi plurimos laudari satis nequit. *Vid. Ephem. Germ. Ann. II. obs. 125. p. 206.* Pertinet huc aqua saphirina, parata ex lixiuio calcis viuæ, salis ammoniaci accessione pauca roborato, in pelui ænea virorem infusione indepto.*

Partim *defendentia, demulcentia & traumatica*, ipsum cum primis bulbum eiusque concamerationem respicientia, quod in ophthalmia, in variolis & morbillis, vulneribus & punctiõibus ipsi pro suffusione tollenda valet, vt *mucilaginosæ*, auricula iudæ, albumen oui, alumen, mucilago seminis, psyllii, cydon, emplastrum de pomis dulcibus, apud *Scultet.* aqua frigida, chelidonia maioris, euphrasie, rosarum, verbenæ, essentia veneris &c. Faciunt huc, quæ ad restitutionem humorum extrauasatorum communiter, vel seorsim commendantur.

Legi meretur hanc in rem obseruatio elegantissima apud *Heeriuz obs. 4. p. 71. seq.* qui succo vesicularum vlni, tempore verno reperibili, primum humorem oculi in gallinis, hinc & in homine restituit, citra tamen visionem saluam restitem.

Hinc *Burrhus in epistola ad Bartholinum* hoc ipsum tetigit, qua de edidit hic considerationem physiologicam occurren-



rentium quorundam in epistolis duabus Fr. Burri de cerebro & oculis. In harum posteriore p. 36. seq. agit de artificio oculorum humores restituendi, quo multoties dissectos profunde ac transuersim brutorum hominumque oculos ad pristinum statum tam feliciter restituerit Amstelodami, ut nec litura cicatricis minima superesset. Quem in finem inferuisse sibi p. 37. pronunciat aquam mirabilem laudatis aliis iam autoribus adhibitam, destillatam per MB. ex foliis chelidoniae, (maioris,) addito tantillo camphorae ad arcendam putrefactionem, vel etiam ex fimo eiusdem chelidoniae, seu herba in putrilaginem resoluta, spontanea efferuescentia prolecta in alembico, concluso inibi, aqua. Hac restitui ait citissime oculos exfectos auium, & tanta cum venustate micare in eis iridem & fulgorem radiorum, ut longe superet pulchritudinem oculorum naturalem; imo in iis, qui bis dissecti fuerint, laugari tanto splendore renatos oculos, ut niteant quasi essent perlae orientales. Cautelam tamen addit, ut summa diligentia vitetur nerui optici laesio, profundioribus quippe huius fibris laesis, curationem difficilem aut infelicem fore, de quibus tum ipse, tum *Exc. D. Maior* noster in curioso dicto commentario legi latius meretur, laudans etiam fel humanum destillatum. Notabile vero est, iamdudum *Crollium* aquam chelidoniae compositam pro oculorum vulneribus in usu habuisse, quod descriptum & explicatum exhibet *Tenzel. Exec. Chim. p. 669.*

Si ab his duobus abierimus, *Th. Kerckringius Spicileg. anatomicum. Obs. 100. p. 198.* proponit se nosse artificium, quo oculus crystallino caeterisque humoribus spoliatus visum recuperare possit, non artificio illo Burriano, quo ipse quidem viderit canem restitutum, caecum illo oculo manentem, sed alio, quod tamen reuelare non dignatur, tanto minus admirandum, quo obscurioribus tenebris obuoluitur, tanto magis vero, si ad posteritatis & communem usum propalare illud sustineat vir celeberrimus.

Candidus & in hoc & laude dignissimus est *A. Sala*, qui in *septem planet. terr. spagir. recens. Operum, p. 211.* ophthalmicum admirandarum vitium tradit, describit & experimen-



to comprobatum exhibet, ex ♀ bracteat. ℥iij. vini maluat. ℥xviij. seu ℥bi℥. circulentur ad solem, vitro bene clauso, donec liquor viridis & transparentis instar smaragdi fiat. Qui vsus nouerit, præter alia addit, miranda efficiet. Imo, vt ex historia addita patet, humores restituit, 1610. ait, Noribergæ iuuenis quidam lithotomus ex vrbe Basilea lusu gladiatorio serio oculum dextrum effossum habuit, ita vt ex capsula ad longitudinem nucis propenderet. Concionatoris vxor in locum reposuit oculum propendulum, & talis adiumento liquoris fixum reddidit & sanum intra 14 dies, visum tamen amisit, nam ex ictu exciderat pupilla.

Nouimus etiam pinguedinis viperinæ beneficio vulnus oculi consolidatum, & ex albuminibus ouorum conuassatis vel destillatis quoque credibile est tale quid effici posse, vel ex ipsis etiam humoribus oculi bubuli, vt pote maxime affinis.

An vero & crySTALLINUS exemptus restitui possit, & sic cæcitas vel saltem conformatio oculi curari, dubium est maximum, nam de humoris aquei regeneratione res clara est. In læsione oculi consimili *B. Rosincius* aquam calcatrippæ vnice adhibebat. Sufficiat, nulla alia ratione restitutionem fieri posse, quam principaliter quidem a natura, morborum cum primis horum medicatrice; adiuta medicamentis traumaticis, oculi archeo amicis & specificis, prohibita inflammatione & suppuratione. Vnde aqua chelidonix vel consimilis ob vim aquosam repellit & roborat; ob vim nitrosam terream refrigerat, discutit, & optima est inter omnes ophthalmicas; succus etiam flauus æmulatur bilem abstergendo insignis.

Partim *discutientia* ibi consistentes seu vapores & halitus, seu humores in coagulum abituros. Patet id imprimis in fugillatis, vexatos vocant Latini alias, vbi radix sigilli Salomonis specifica est; & hinc quoque in humorum impurorum affluxu, extrauasatione. Faciunt id *δυσδερμια* interna aperitiua item & cephalica; Exterius vero laudata ophthalmica, illa scilicet quæ polychresta sunt, & singulis fere hisce indicationibus singula proficiunt, eadem cum extergentibus.

Refer-



Referrī huc etiam merentur fofus & fuffimenta, parcius tamen & caute adminiftranda, fumus enim lædit oculos nimia, morficatione, modica non nocet. Nocent quippe & puluerulenta oculis, indicata tamen commode infperguntur, vt perlæ, facchar. magifter. faturni & lapis fifilis ipfe, cum quo nouimus coecitatem afinorum corrigere molitores. Nimio vero calore concretionem humoris albuginei in cataractam promoueri poffe, notauī in ftudiofo, qui in pueritia fotibus talifmodi intempertius, fuafu medici, vtens eandem reportauit. Notabile enim eft, leni acrimonia extergente & difcutiente figillata effe debere, ophthalmica, quod oculus in fe pars fit fpermatīca, excarnis, frigidior, membranofa, moderanda tamen pro affectuum modulo, cuius rei exemplum præbere poteft pinguedo viperina, nunquam fatis laudanda; hæc recens magis demulcet, vetuftior magis extergit & difcutit. Vidimus vna nocte eius beneficio vnguiculos curatos.

Pertinet ad difcutientia etiam lenis palbebrarum frictio, inprimis cum fuccino, fmaragdo, faphiro, quod in variolis pro defenfione oculorum cum fuccelfu fuafimus fæpius.

Tacemus ex dictis *mixta*, feu in vno, feu in pluribus vis illa emineat. Talifmodi etiam funt crocus metallorum vterque, vitriolum album, & ex his parata & mixta alia, vt vnguentum nihili, collyrium Plateri, & alia defcripta apud *Rolfincium in O. & M. Comment.*

Notabile eft hepar bouillum vel hirci a *Coo* & aliis commendari in nyctalopia pro fpecifico, cuius experimentum felix in famulo fuo fecit *Mæbius*, idemque experimentis comprobatum notat *I. Th. Schenckius hiftor. humor. general. c. 2. p. 36.* Vim fuam exerit incralfando, vnde fpiritus animales quoque non tam effufe influunt. Meminimus & opiatif curatum affectum.

Valent vero de his cautelæ obseruandæ (1) *in oculis affectis non folum locus, fed & focus fpectandus eft.* Locus quidem eft oculus, fomes tum caput, tum hypochondria, tum M. S. acris, ferofa, catarrhofa, fcorbutica.

(2) *Repellentia repellant, non impellant, feu impingant.* In-



primis nimis frigida, debent enim hæc ipsa defendere & reprimere, munitis poris, humores serofos, non in quiete detinere, Præstat ut plurimum reuellere in his casibus, quam repellere.

(3) *Suppuratio oculis funesta; omnibus modis arcenda, idque frigidiusculis & discutientibus, V. S. reuulsione &c.* Timenda hæc est in ophthalmia insignissima, vbi ipsa salus sæpe si seruare oculum velit, non seruabit. Huius vero nota pus est. Studiosus grauissimam talem ophthalmiam patiens ad se nos vocat, offensurus oculum cum linreamine pus ostendit, desperato cum prognóstico. Non vero intelligitur tam suppuratio exterior, leuior & palpebrarum, qualis nonnunquam fit, quam interior, & ipsius oculi inflammationem patientis, quæ necessario corruptionem partis post se trahit. Addi hinc potest superius traditis de emollientibus, hæc non conuenire tum oculis promiscue, sed magis frigide quam calide, ut discutientia, (contrario modo,) tum neruis vulneratis, quod exemplo illo Galenico adolescentis *l. 2. de compos. med. per gen. c. 7.* patet, vbi ab emollientium vsu putrilago secuta est. Vid. *Hist. Gal. 47.* apud *Syluaticum p. 371.*

(4) *Emplastica & anodyna medicamenta oculis inflammatis tantum abest ut proficiant, ut potius noceant.* Et inter hæc opiata, frustra in collyria recipi solita. Præstat mulcere & defendere, quam anodynis his curam tentare, morficant magis, quam ut dolorem sopiant. Confer. *Galen. 6. aphor. comm. 31.*

(5) *Acriuscula in tempore exhibitæ optima sunt ophthalmicæ;* tum quia humores ibi subsistentes in motum cient, tum quia oculus frigidus & membranaceus est, vnde leuiora quæ sunt acriusculæ eius minus mouent; quæ vero acriora lædunt. Id tamen non facile fit, quod casu & fortuna innotuit; quæ enim partibus tam delicatis nocitura videbantur, non nocuerunt ob robur tunnicarum, quod ex anatome patet. Ex eo tamen non inferendum, promiscue oculis inferenda acriora, irritantia quippe, vnde errant qui seu ex viulgo, seu ex medicis camphoram, qui Olum album & alia ultra moderationis terminos collyrii iungunt, vnde inflammatio augetur citato affluxu, & morficatis fibris.

(6) *V4.*



(6) *Vinctuosa* - aquosa oculis amica, vinctuosa etiam quaedam oleosa; exemplo pinguedinum, viperar. & huic succedaneorum, alia vero seu calidiora seu tenaciora non item, vnde absurdum fuerit oculis emplastra apponere.

(7) *Quaecunque affluxum cient oculis, cauenda*; & inter hæc ptarmica, totum caput concutientia, vnde & sani compatiuntur oculi, comprimuntur, illachrumantur, producta sternutatione, & sollicitantur. Longe magis id in ægro & debili bulbo timendum est.

## LIBRI I. SECTIO III. CAPVT III.

De

### Oticis.

**V**V delicatissimum membrum est oculus ad extta, ita delicatissimum quoque est auris ad intra, vnde natura intra petras microcosmi eandem abdidit, ne tam facile iniuriis externis esset obnoxia.

Diuidi & Otica ad instar ophthalmicorum possunt in *interna* & *externa*. Internis & externis communia sunt (1) *Roborantia*, quæ spiritus vigorant, vt insuuant, nec stationem suam deserant, seu ab intemperie capitis frigida, seu defectu spirituum, seu obstructione pororum nerueorum influxus vacillet, vt in auditus grauitate, difficultate & sensus læsionibus alijs. Inprimis huc faciunt, quæ volatili subtilitate id præstant, vt ipsissima cephalica recensita pleraque, saluia, rosamarinus, stechas arabica &c. Deinde & præcipitantia cephalica omne tollunt punctum, præcipue & principaliter cinnabarina. Vix in vilo affectu capitis tam insignem hæc edunt effectum, quam in aurium his affectibus. Vnde & in febrium continuarum & ardentium declinatione omnium optima sunt, iis in casibus, quod sæpius experti reuera testari possumus.

2. *Aperientia* & *discutientia*, partium itidem volatilium & spirituosarum, sale volatili oleoso inprimis pollentia, cum di-

ctis



ctis coincidentia. Sunt vero & alia huius classis. Sic instar regulæ practicæ commendandum est: in affectibus aurium quibuscunque, non a causa sola externa oriundis, medicamenta splenetica & hypochondriaca esse optima. Restituimus hoc pacto sæpius *Susoniæ*, solis vel potissimum adhibitis martialibus & aperientibus aliis.

Sic *diaphoretica* in affectibus aurium, imprimis in otalgia vnice profunt. Lympha enim plerorumque, si non omnium affectuum aurium est causa, quæ omnibus modis corrigenda, dissipanda, in ordinem redigenda est.

Sic *carminatiua* auribus quoque specificè medentur, tum interne, halituositatem ex primis viis & consequenter ex M. S. quoque tollentia. Neque enim sonitus, sibili & tinnitus aurium nisi ab exhalatione peregrina seu subsistentis lymphæ, seu cessantium spirituum, seu heterogeneis particulis halituosis inductis oriuntur. Vnde *carminatiua* & *roborantiæ* inter Otica optima sunt, v. g. semina carminatiua, baccæ lauri, ☉ Anisi, carui, anethi.

Inter externa vero laudanda apprime, præter polychresta roborantiæ, ex aqua apoplectica, anhaltina, acouistica Mindere-ri, essentia ad auditum Michael. ambra, moscho, (qui solus impositus quoque egregie iuuat,) & otalg. Mynsicht. sunt (1) *Extergentia*, quæ obstructions referant & mundant, vt acriuscula, raphanus rusticanus, cepæ, porrum, & amara, ipsaque purgantia, vt radix hellebori, colocynthis, flores persicorum, vt absinthium in lacte coctum, asarum, plantæ cephalicæ, rosmarinus, chamomilla, oleum amygdalorum amarorum, velut basis omnium oticorum externorum &c. in vlceribus, vermibus, for-  
dibus proficua. Vtraque simul vias & parietes meatuum præstant liberos. Sic & vapor seu suffimentum ex farina fabarum huc spectat.

(2) *Exsiccantiæ*, nihil enim auris archeo tam alienum est, quàm humor peregrinus vel quasi talis; auris enim, vt sonus quoque, siccis gaudet, ex thure, mastiche, succino, g. sandaracæ. Hinc & fumus tabaci inspiratus confert. Præcipue vero in fluxionibus



bus, quæ chronicæ & molestæ esse satis consueuerunt, hæc ipsa profunt.

(3) *Anthelmintica* ipsa, quæ quidem cum dictis coincidunt, vt non opus sit seorsim de iis plura dicere.

Inter hæc ipsa vero notandum: (1) *In affectibus aurium semper magis ad caput, imo & alia viscera, quam ad aurem ipsam est respiciendum.* Hinc cum tinnitus ipse quoque sit ordinarius præco & anteambulo apoplexiæ, eo potissimum casu absurdum foret, topicis illi mederi, neglecta spirituum debilitate. Hinc semper eo casu, vt obiter hoc addamus, attendendum est, an tinnitus proueniat ab infimo ventre, inquinato sero & spiritibus, inprimis a flatibus; an a spirituum defectu, an ab assidua eorundem rarefactione & agitatione, ex quo etiam curatio moderanda & varianda est. Extat hanc in rem elegantissima de tinnitu aurium epistola apud *Scaligerum ep. 66. p. 194.* vbi post alia: empiricorum, ait, atque methodicorum olim fuit hoc, affectæ parti illico adhibere *τοπικά*. Nos aliter faciendum natura docet, quæ vt certis consensionibus commisit atque aptauit partes animatas, alterius sæpe noxam ex alterius incommodo pendere designat. Quamobrem non neglecto cerebro, ventriculi, iecoris, lienis, matricis prius ineunda ratio est. Nec minus ad ea, quæ *ωρινα & περιτινα* vocant Græci, respiciendum.

2. *Quæcunque spiritus vel obtundunt, vel confundunt, cauenda sunt.* Confundunt inprimis sternutatoria, vnde & caput turbant, & varie agitant materiam halituosam, ac humorosam ibi contentam. Obtundunt vero frigida, actu vel potentia talia, quæ idcirco tutius omittuntur. Hinc

3. *Nec frigida, nec calida, sed tepida debent esse ωτινα indenda,* quæ blande demulceant, non lædant vero. Valet enim & hic, frigida esse neruis & neruosis partibus aduersa; tepidis blandis gaudent aures.

4. *Topica auricularia vel auri ipsi induntur admittuntur, vel pone aures illinuntur.* Illa vias requirunt patulas, vnde fordes remouendæ prius, quæ sæpe etiam solæ, in plebeis præ-



fertim, in causa sunt, quare auditus sit difficilis, quibus expurgatis hinc empirici sæpe plus efficiunt, quam medicamentis suis aliis. Hæc vero priorum sunt subsidiaria, ad discussionem quoque egregie facientia ex spirituosiss, ▽ Anhalt. ol. petrol. ess. castor. volat. &c,

5. *Topica ipsa quoque inter se distinguenda sunt, quibus magis conueniant, in qualitate & quantitate.* Suffitus magis exsiccant, ficcant, vaporosa humida magis demulcent, oleosa & spirituosa magis discutunt & roborant. In singulis cauendum est semper: Ne quid nimis. Inprimis apuea facile obruunt & laxant membranulam vaporosa quoque & alia frequentius continuata partem debilitant. Imo nec auris patitur lusum, pars inter omnia sensoria subtilissima & delicatissima. Hinc etiam iniectioes aquæ, decocta & alia, ad instar clysterum vulgo commendata, minus locum habent, sed omittere præstat. Quando emolliendum est & demulcendum, immediate quoque intillatur v. g. ☉ amygd. dulc. quando roborandum, cum bombace.

6. *Actuatiõni topicorum velificandum est & corporis posu;* inprimis si ea immitti profundius ex vsu sit. Hinc in aurem oppositam cubandum eo casu, inprimis in otalgia.

7. *Quæcunque meatum obuisant, exulenti.* Pertinet huc & pinguedo castorei, cuius potius eligenda est essentia. Essentia fellis perdicis, lucii piscis ob incisoriam virtutem commendantur in surditate & vermibus aurium, quo casu & vrinosa quidam laudant. Item cataplasmata huc non quadrant.

8. *Quæcunque partem membranosam & teneram ledunt & erodunt, cauenda sunt.* Hinc olea destillata quædam aciora, & calidiora consultius omittuntur, alia bombace excepta cum hoc modo non immediate feriant membranulam, tolerantur bene. Optimum vero est oleum amygdalorum amarorum, vel nucleorum perficorum, eligere loco excipientis, cumque eo remiscere ☉ ea carminatiua alia, subtripla circiter parte, additis pro re nata & spirituosiss, vt spirituliliorum conuallium, ▽ apoplectica, essentia castorei, facta concussionem albescencia.



9. *Immissis topicis masticare consultum est.* Videantur de hoc meatu ab aurium regione ad os eunte anatomici, & *Heerius obs. 28. p. 315.* qui plura inde phænomena explicat & dilucidat. Hinc suavis id vtiliter sapius, vt & magis penetrare posset medicamentum, & serosum phlegma educi, & caput roborari, in susurris aurium & affectibus aliis. Hinc illud quoque phænomenon addendum venit, quod otalgia vel inflammatio aurium si paulo profundior sit, ordinarie quasi soleat terminari ad salutem, facta puris successiva ad fauces eructatione, quod vidimus non semel. Sin minus profunde hæreat malum, sed ad exteriora vergat, solet per meatum auditorium exsudare, non negligendum villo modo, siquidem facile, nisi exsiccantibus sedula cura adhibeatur, aliisque & diæta ipsa, in longum tempus durare solet fluxus. Imo vero singulare aliud experimentum ex eodem fundamento lucem acquirit, nempe auribus adhibita topica, non solum prodesse in aurium affectibus; verum etiam in partium vicinarum morbis aliis, & speciatim in doloribus dentium. Nouimus quendam militem Belgam, qui in curandis illis magnum sibi acquisierat nomen, in fusso auribus liquore, quem pro arcano retinebat sibi. Conuersatus vero aliquandiu nobiscum eodem hospitio, sub discessum communicabat id ipsum, nihil aliud esse scilicet, quam aquam simplicem, cui pauca grana piperis in cochleari super ignem intepuissent. Pro diuitibus vero recipiebat g. j. moschi. Conferri merentur quæ de hoc applicandi loco etiam *Strobelbergerus* memorat *Tr. de Podagra dentium.*

## LIBRI I. SECTIO III. CAPVT IV.

De

*Thoracicis.*

**V**T summa est respirationis necessitas; ita THORACICA medicamenta, dum pulmonis tonum sartum tectum seruant, eandem moderantur, ne ab humerum statu peruerso vitium capiat, pluribus insignita nominibus.

S 2

Sunt



Sunt enim in genere, quæ bronchiorum sufficientem expansionem eorundemque & membranularum æqualitatem ac integritatem, præcipue vero singulis illis velificantem humorum sequacitatem & qualitatem respiciunt.

Vias nullibi magis liberas esse decet, quam in pulmonibus, siue angustentur quoad substantiam & viciniam, siue quoad canales asperæ arteriæ. Sunt enim bronchia extrema capillamenta asperæ arteriæ, infinitis ramis, post, quam cartilagine desierunt, patentia. Nihil enim est aliud pulmo, quam velut spongia quædam, infinitis canaliculis excavata, tegmine membranaceo vndique intertextus & circumuestitus, vt totus inflari ab extra pressura aeris possit, interstinctis tamen hinc canalibus aliis venosis, arteriosis & lymphaticis, quæ vltima in primis copiosissima illuc decurrunt. Hinc temperamentum calidum & humidum, illud ab influxu sanguinis, hoc a lympha deducendum, in primis in pulmonibus attendendum est,

Cum vero viæ & expansio respectiue se magis passiuè habeant, humores vero obstruentes & subsistentes actiuè; principaliter thoracorum theoria in hoc absoluitur omnis. Variant nempe vnice pro istorum modulo & producta morbosa, & materia medica.

Vt enim in medio statu horum consistit sanitas, si neq; subsistant, nec violenter illabuntur; ita tota horum in his duobus extremis moderandis consistit virtus & efficacia, vt hinc pectoralia medicamenta reuera ex duobus communibus fulcris consistant, incidentium & incrassantium, varie modifierum.

Quandocunque humores serosi, pulmonum incolæ quieti, crassi, lenti, viscidi deprehenduntur, quod frequentius obtingit, Thoracica primæ classis & *κατὰ τὴν φύσιν* talia sunt: I. *Incidentia, attenuantia, detergentia*, quæ in motum eosdem cient, & excrescere, extus fieri eosdem faciunt, quatenus & infarctum omnem expediunt, ac motum promouent. Hac scilicet præ cæteris audiunt bechica, arteriaca, pneumonica, quæ conueniunt in tussi, asthma, expectoratione difficili, primaria & comitata, catarrho suffocatio, &c.

Talia



Talia sunt, iuxta diuisionem conceptam, (1) *Acria*, sale volatili foeta, vt radix ari, trifolium fibrinum, angelica, herb. hyssop. rorellæ, flores benzoës, erysimum, & inde paratus sirupus Lobellii, ~  $\Theta$ \*ci anifatus &c.

(2) *Amaræ*: radix helenii, aristolochiæ rotundæ, tusfilaginis, farsæparillæ, squilla marina; herb: hyssop. marubium, scordiū, tusfilag. &c.

(3) *Sulphure blando*, volatili, vel oleoso, vel aquoso constantia, vt v. g. radix ireos Florentinæ, glycyrrhiza, herb. che-refolii, veronicæ, botryos; flores scabiosæ; sem. anisi, cardui benedicti, mariæ; lign. sassafras, nuc. pineæ, pistacea; Elixir pectorale Rolf. Mich. & sequens:  $\mathcal{R}$ . rad. helen. alth. ir. Fl. squill. ppt. lign. sand. rubr. a.  $\mathfrak{z}$ j. rorell.  $\mathfrak{z}$ ii. benz.  $\mathfrak{z}$ vj. myrr. glycyrrh. sem. anif. a.  $\mathfrak{z}$ ii. g. \*ci.  $\mathfrak{z}$ ij. croc.  $\mathfrak{z}$ iii. Extrah.  $\Psi$  rectific. add. ~  $\Theta$ parum; Aqua asthmatica, essentia myrrhæ balsamica rorellæ, helenii, balsamum sulphuris omne, & olea destillata, extract. glycyrrhiz. helenii, croci, flor. sulphuris.

(4) *Dulcia* & roscida, complanantia & detergentia, speciatim quasi sunt pectoralia: radix glycyrrhiz. polypodii, rapæ efficatæ, sem. anisi, caricæ pingues, dactyli, iuiubæ, sebesten, passulæ minores, manna, sirup. capillorū veneris, de erysimo Lobel. hyssop. glycyrrhiz. de pilosella, tusfilagine; Looch ad asthma, de farfara, de caulibus, de pulmone vulp. saccharū cantum, mel. &c.

(5) *Acida* & *acido-dulcia*; acida quidem magis salina, non vitriolata, vt spiritus salis, oxymel simplex & squilliticum, in asthmaticis maxime vtilia, item ~  $\mathcal{A}$ ris, ~ asthmaticus Michael.

II. *Quieti humorum in thorace contentorum speciatim quoque debentur resoluentia*, quæ *scilicet* sanguinis & feri vbiunque, v. g. in bronchiis arteriæ, vel alterutro latere pleuræ conceptam disiiciunt, vnde suppuratio, nisi mature obuiam eatur, presso sequi solet pede.

Hæc itaque seorsim quoque pectoralia exornant, seu sanguis illapsu suo inflammationem minetur, vt in pluritide, peripneumonia &c. seu serum spissescens, & in coagulum abituriens excutiendum sit. Talia vero sunt tum vniversalia, *diaphoretica* volatilia & fixa, in omnibus catarrhorum generibus



genuina specifica; tum *quæ in casu ab alto conueniunt*, nomina-  
tim bellis, cerefolium, veronica, fl. scabiosæ, sem. cardui marie,  
benedicti. fl. sulphuris, sperma ceti, in asthma hinc laudatissi-  
mum, lapides cancrorum, conchæ præparat. antimon. diaph.  
myrrha, antihect. Poterii, gummi ammoniacum, cinnabaris  
natiua, ipsaque suo sensu papaueracea & opiata, refracta dosi  
data, vnguentum rubrum potabile, puluis pleuriticus noster,  
pulu. pectoralis balsamicus, ex rad. glycyrrh. ℥j. ir. Fl. ʒij. fl. ꝯ. ʒʒ.  
benz. ʒj. sacch. cant. alb. ʒij. ꝯ. anis. fœnic. a. gtt. x. & resolvens  
ex rad. ari. ir. Flor. ʒ diaph. fl. ꝯ. cinnab. nat. oc. 69. a. ʒj. miscen-  
dus cum anod. & aliis.

Hæc reliquis mixta indicationibus omnium optime satis-  
faciunt. Tacemus decocta, potiones, infusa, aliaque compo-  
sita ex aquis & simplicibus, ac præparatis aliis facile miscenda.  
Memorable est & evaporiston, si radix helenii condita vel sola,  
vel cum corticibus citri, auranticorum, conditis incisa coqua-  
tur cum ▽ scabiosæ, addito spiritu sulphuris parum, & sirupo  
conuenienti, egregiam constituere potiunculâ expectorantem.

Vt autem dicta in motum cient lentos & impactos humo-  
res, eosdemq; ex viis spiritalibus excutiant; ita III. quancun-  
que tenues acres, falsi, titillantes & rodentes humores, seu lym-  
pha vel in propriis thalamis exundat, vel in superiori contigna-  
tione velut per impluuium illabitur, tussim ferinam hæmoptysin  
excitando, quod vno fere nomine catarrhorum salforum, tenui-  
um, acrium comprehenditur, his ipsis debentur incrassantia.

*Incrassantia* hæc iisdem quietem imperant, *πρασμὸν* indu-  
cunt & ad expectorationem aptant, vt ad frugem reducantur,  
& sub naturæ dominio hinc eiiciantur; tollunt *ὀξύσμων*, & acri-  
moniam fluxilem retundunt, ac moderantur, vnde & *intercipien-  
tium* titulum obtinent, quod in vita ituros ad pulmones humo-  
res quasi remorentur, & *figentium*, quod in cetro detineant sal ir-  
ritatiuum, morbosum, ne extrauagari possit.

Horum agendi modus illustrari ex dictis facile potest, in-  
primis ex doctrina lymphæ & vasorum lymphaticorum. Cer-  
tum est & caput plurima lymphæ vasisque hanc vehentibus pol-  
lere, & fauces asperamque arteriam iisdem vnice gaudere, vt  
solen-



folempniter hinc creatu eiicimus, præfertim mane, serum coagulatum, non aliunde proueniens, quam e vasis lymphaticis, transsudando continuo, sed leniter.

Sic in crassant (1.) *mucilaginosa* temperata, terrea, sulphurea, analeptica, aliaque, vt rad. althææ, bolus armena, lichen, herba costæ, gelat. C. C. conferua rosarum, papaueris rhæados, polygonum, in hæmoptysi specificè proficuum, flores papaueris rhæados, nucis pineæ, in hæmoptysi tantopere commendatæ, magis tamen in alimento proficiunt; semen hyoscyami, gummi arabicum, amygdala dulcia, iuiubæ, febesten, pistacea, sandalum rubrum, puluis Haly contra phthysin, species diatragacanthæ frigidæ; (2.) *opiatæ*, vt pilulæ de cynoglossa, theriaca, laudanum opiatum, essentia anodyna, diacodium, trochisci narcotici Plateri, Ra & sirupus papaueris rhæados; (3.) *adstringentia & traumatica* consolidantia, vt sanicula, agrimonia, essentia traumatica, Ra  $\Delta$ ris  $\Phi$ li, sirupus de rosis siccis, de symphito Fern. puluis stypticus N. O. filiquæ, lapis hæmatites, sanguis draconis.

Medium quasi locum tenent temperata dulcia, vtrique classi communia & facile iungenda, *temperantia* item & *humectantia*, in primis, quæ deficientibus & exhaustis quasi humoribus, vt & medio scopo debentur, diluunt, abstergunt, reficiunt, analeptica sunt, & reliquorum complementum, seorsim in hæctica & phthysi laudem merentia; vt aqua pulmonum vituli cum succis herbarum, acaciæ, papaueris, scabiosæ, emulsiones, potiones, & diluentia aquea alia. Sic & alia communia existantia, non minus ac adstringentia & traumatica laudata. consulto cum pectoralibus iunguntur v.g. in hæmoptysi, imo & in aliis affectibus pectoris. Vt enim indicationes, ita & remedia mixta adhibere consultum est, nominatim in phthysi, vbi & putrilago attendenda & pectoratio, febris hæctica.

Quoad cautelâs vero notandum 1. in *hecticis* semper humoris expectorandi qualitas attendenda, vt inter incidentia & in crassantia accurata fiat distinctio. Laboret quis hæmoptysi, sibi damnosum fuerit & frustraneum, arum, sirupum de erysimo alia-



aliaque propinare, quin potius stypticis & anodynis vnice locus est. Laboret quis contra ea asthma, vel tussi sterili anxiosa, repletis bronchiis, ibi sane opiata adhibita maxime nocebunt. Intelligendum tamen id est de vtrisque extremis, non de mediis, nam radix china, glycyrriz. scabiosa & alia vtrobique tuto recipiuntur; deinde etiam de dosi primaria. In tussi duo sunt attendenda (1) materia expectoranda, pituitosa, vitiosa, (2) irritatio continua & affluxus. Si itaque hæc fuerit maior debito, ipsa opiata etiam in crassiori paulo materia locum habent, cum aliis mixta, v. g. cum elixir. pectorali, durante salina acrimonia irritante coniuncta, etiam sola quandoque, dosi refracta, & magis liquida. Laborabat vir generosus tussi grauissima, die & nocte urgente, non iuuantibus reliquis, tandem per aliquot dies circa lecti ingressum propinabamus essentiam anodynam ad gtt. x. inde felicissime restituebatur. Sic & in phthisi speciatim notabile est, tamdiu spem vitæ superesse, quamdiu succedit expectoratio sputi, promouenda hinc omni modo, ipsis quoque anodynis hisce. Sin incrassantibus, opiatis fortioribus, aliisque huic remora accedat, in promptu mors esse consuevit, & qui superesse potuisset, maturius fato suo fungitur.

2. *Magis in affectibus thoracis resoluentia, quam expectorantia profunt.* Resoluentia enim expectorationem promouent, expectorantia, seu bechica, non, qua talia, resoluunt. Resoluentia sunt velut anima pectoralium, sine quibus nec bechica profunt, nec figentia; ipsa enim causam genuinam & fontem respiciunt, dissiuendo coagulum sereum, bechica saltem parietes lubricant. Sunt tamen affectus merito simul distinguendi, vt vtrisque vtamur pro indicationum varietate, vel solis, vel mixtis.

3. *Adstringentia resoluentibus vel bechicis moderando sunt pectoralia.* Ita enim adstringendum ne vel aliquid relinquatur, quod nocere queat, vel motus humorum vitalium ipsiusue pulmonis expansio impediatur. Hinc in hæmoptysi optima sunt species pro infuso, vel decocto, ex plantis adstringentibus traumaticis & pectoralibus. Hinc eadem adstringentia cum melle



melle miscenda tunc monet *Galenus*. Hinc plurimos curauimus feliciter puluere styptico, cum lapid. cancrorum ad ʒj. ʒj. circiter dato, addito laudano opiato ad g. j. ij. Nisi enim hæc obseruetur cautio, permanens aliqua adhuc intus cruoris particula acrimoniam concipit, ichorescit, suppurationem & consequenter facile phthisin inducit. Sic præter dicta alia id facit quoque mumia, succinum, sanguis draconis, aliaque, quæ non solum sanguinem coagulatum dissoluunt, verum etiam eius fluxum sistunt. Sic a vi maxima adstringentium iuuenem hæmoptycum præfocatum vidit *Iachinus, comment. in lib. 9. Rhasis p. 277.* cui scilicet circumforaneus emplastrum ex gypso, bolo, acacia, sanguine draconis, &c. effecerat, toti pectori id applicando, adeo, vt immobiles fierent muscoli, nec pectus expurgari possit. Erat autem ex cantu ruptio.

4. *Serum pulmonis domesticum æque ac sanguinis nunquam nimis abstemendum;* idque tum in aliis pectoris affectibus, siquidem & tonum vesicularum conseruant humectantia expectorationem promouent, fluxilitate adaucta, tum inprimis in phthisi. Sine his antihecticum *Poterii* non meretur illum titulum, imo omnia illa recensita magis siccant. Ita vero est siccandum, ne quid nimis, ne noceamus.

*Ita tamen humectandum ne nimis quoque laxemus.* Laxitate gaudent pulmones, sed moderata. Hinc quæcunque laxitatem vesicularum pumonalium tollunt; quæcunque eandem nimis adaugent; quæcunque tenues membranulas irritant, in affectibus pectoris vitanda sunt. Tollunt laxitatem tum siccantia alia nimis, tum austeræ, acerba, styptica, nimis constringendo. Augent laxitatem linctus interno vsu iusto largius adhibiti; exterius pinguia unguenta, poros nimis dilatando, vnde illabitur magis humor. Irritant acria, rancida & præter iam dicta acida quoque, inprimis vitriolata. Tenerior est substantia pulmonum, quam vt hæc ferre possit, hisce casibus.

6. *Dulcia pectoralia ventriculo facile nocent.* Hinc in quantitate illorum tum continua, tum discreta non excedendum. Continua nimia obtunditur ventriculi menstruum, laxantur eiusdem



dem parietes & villi, appetitus debilitatur. Discreta si vna vice assumantur, pulmonem parum iuuant, ventriculum vero insigniter lædunt. Hinc linctus, & pulueres pectorales dulces profunt quidem omnino, vt & ipse succus glycyrrhizæ inspissatus, sed paulatina deglutitione, quatenus hoc modo succum lymphaticum in glandulis aereis alterant, membranas ob viciniam demulcent & hærentem ibidem pituitam abstergunt.

7. *Frigida, acida, salina, nitrosa, vtriolica pectori inimica.* Frigida coagulando serum, & in motu detinendo; reliqua partim irritando, partim fundendo. Intelligenda tamen singula hæc de pectore vel debili, vel eroso & essentialiter affecto. Hinc acida in genere conueniunt aliquibus in casibus, sed ordinarie pulmonibus nulla erosione contaminatis. Conueniunt acida salina & nitrosa, vt spiritus salis, clyffus gii in pleuritide pro tusfi iuuanda & conseruanda, (in expectoratione enim, quam acida hæc promouent, vnica pleuriticorum est salus,) in asthma quoque incidendi sine, mixta & refracta cum dulcibus. Conueniunt etiam coagulandi & refrigerandi sanguinem sine aliquando, quod passim alias commendant in hæmoptysi, sed non tam in vniuersum, quam sympathica magis, quando M. S. *σπασμὸν* passa illuc exitum affectat & eructatur, quam essentiali pulmonis erosione præsentem, vnde iisdem solis non æque tunc fidentum. Addi huc possunt & *aloëtica*, quæ mirum est a nonnullis in tabidis, consumptis & phthificis & hæmoptycis commendari.

## LIBRI I. SECTIO III. CAPVT V.

De

### *Cardiacis.*

**S**uffecisset sane vt alia, ita & cardiaca medicamenta saltem ab effectu & manifesta sensus incurrente vi nomen adeptæ; Videas tamen qui speciosum hoc nomen vilipendunt & cordi ipsi vires derogant suas, abstractiue loquentes, vt ipsi quoque Harueani.

Verum



Verum ipsa illa ratio, quæ contra dignitatem cordis militat & adduci consuevit, ipsum potius asserit in dignitatem pristinam. Quodcumque enim viscus sanguini circumpellendo est dicatum, sine dubio sanguinem vigorat, vt nouis spiritibus turgat, eosdemque ex chylo format & ad partes singulas amandat adeoque est nobilissimum. Cum enim in motu consistat calor in calore vita, idem quod mouet, & calorem & vitam largitur omnino vniversis partibus.

Musculus est cor, sit ita, non motui voluntario inferuiens ad imperium rationis, non lassandus vilo modo, ad instar reliquorum, motu suo extensorio in diastole, constrictorio in systole, & tonico in perisystole. Sufficiat nobis (1.) sanguinem nihil sine corde, cor nihil sine sanguine posse; (2.) labefactari vero vires vitales toto die, in motu suo cor fatiscere, pulsatione ad sensum si non intercepta, tamen valde turbata; (3.) Vincula principiorum vitalium, sanguinis & feri, sæpe violenter quasi dissolui, fibris ex ordine dimotis, grumescens particulis, adeoque **CORDIALIA** esse, quæ sanguinem & spiritus, seu massam sanguineam & flammam vitalem, calidum & humidum respiciunt, tum instaurantia, reficientia & rarefacientia, & motum sanguinis promouentia; tum deprimentia, refrænantia & rarefactionem moderantia, insimul vero consistentiam feri & sanguinis proportionatam reddunt.

*Instauranda* est lucula vitalis in affectibus iis, vbi depressa est, nec satis emicat, in lipothymiis, syncope, cachexia, lassitudine, initio febrium malignorum, expellendis exanthematibus & impediendo eorum recursum; Instauranda quoque ad particulas mercuriales, volatiles, spirituosas, sulphureas balsamicas. Hinc rarefactio, quam intendimus, est duplex: naturalis & præternaturalis.

*Naturalis*, qua continuo in motum cietur nouum, elastica virtute spirituum & partium aerearum expansa in corde; quod perficitur prima classe cordialium, de qua iam agimus; *præternaturalis*, quando vltra moderationis terminos, plus quam par erat, intentæ sunt particule calidæ, sulphureæ volatiles, vt non



blande amplius, sed tumultuose impellantur, quæ temperanda coercendaque est per ea, quæ secunda classe dicemus. Cumque & sanguinis & feri motus ad utramque requiratur, utraque iterum sunt duplicia. (1.) quæ magis sanguinis oleositatem intendunt, & spirituosas adaugent deficientes particulas, ut spirituosas, sulphureas balsamicas; (2.) quæ fero fluxilitatem maiorem conciliant, ut salina.

Hinc duplex instaurantium cordialium confurgit materia, sulphureorum, & salinorum, volatiliū & fixorum. Instaurant *ἐκλαμψι* sanguinis & rarefactionem spiritusque sopitos excitant proximius magis *volatilia sulphurea*, & quidem vel *oleosa & balsamica*, ut odorifera, aromatica, v. g. ex herbis melissa, rosmarinus, ocimum, spica celtica & Indica, salvia & alia cephalica. Flor. cirr. aurant. lil. convall. spic. lauend. anthos, tunic. crocus, camphora, lign. aloes, caryoph. arom. cinam. cort. citr. ambr. moschus, oliban. styrax, succ. spec. cord. temper. diamb. diamosch. diamarg. cal. diaxyloal. ros. nou. de gemm. cal. pro epith. cord. confect. alk. de hyac. extr. roc. bals. vit. olea & balsama ex dictis, inprimis apoplect. quæ potentissime reficiunt; item conferuæ herb. dictarum.

Vel *spirituosa*, ut vinum. inprimis generosum, vnde videmus & statim refici inde labantes vires, & si excedatur vsu, inebriari hominem, ob partes spirituosas nimis adauctas in gradu, vnde & calor oritur & somnus; ▽ cinam. cum vino, bugloss. cydon. ▽ ros. apopl. spir. lil. conuall. ros. meliss. ess. lign. al. ambr. &c. Et in recessu talia, dulcia, mel, saccharum, sirupi, vt bugloss. iul. ros.

Notabilis hoc loco (1.) est modus agendi cordialium, curiosus, hæc ipsa, inprimis metallica, aurum, margaritas, corallia, cinnabarina, irradiatione quadam & illuminatione ferrenare spiritus, licet in se sint temperata & fixiora paulo; quod non solum ad *Helmontii* mentem commode statuere licet, verum etiam eadem iam dudum veterum fuit sententia. Nominatim *Ebnusina lib. de Med. cordis Tr. 1. c. 9. p. 1045.* modum agendi medicinarum lætificantium, seu cor confortantium descripturus,



rus, lactificare scribit, vel quia nutriendo restaurant spiritus, vt vinum; aut præbent ei splendorem & lumen, sicut perlæ & ferricum; aut congregando eos, aut prohibendo celerem dissolutionem eorum, vt succinum & chebuli, corallia &c. vel temperando complexionem in calidam & frigidam; vel confortando substantiam ipsorum, vt odorata, & dulcia aut arcendo quod noxium est cordi virus, tetros vapores melancholicos, vt lap. lazuli, buglossa &c. Id sane si cum grano salis intelligatur, non est de nihilo, si concipiamus sulphur, esse lucis matricem, & quanto purius est sulphur, tanto generosiores quoque fouere secum lucem, quam lux vitalis sibi attribuere & appropriare potest. Pertinent huc temperata, gr. Kermes, tinctura coralliorum aurum potabile confectio alkermes & alia.

Notabile (2.) est fetida quoq; sæpe esse cordialia, etiam præ sua euolentibus in fœminis, quod putrilagini magis resistent, quod disiciant & dissipent, quod neruina sint egregia, sale volatili foeta, humoribus acetosis domandis apta; vt asa fetida, castoreum, spiritus salis ammoniaci, potentissima rarefactoria,

Instaurant *volatilia salina*, spiritus vrinosi quicumque, salis ammoniaci, fuliginis, summe decantatus hinc ab *Hartm.* rutæ; lil. conuall. aliorumque similibus. Instaurant ex his *mixta*, vt salia volatilia oleosa, quæ omnibus reliquis hinc palmam præripiunt, vt  $\Omega \Theta$  \*ci vinosus, oleo cinam. caryophyllor. macis, imprægnatus.

*Refræanda* & deprimenda vero est lucula vitalis p. n. exardens & efferata, vt alienis quasi vratur, vel vrat potius flammis, quæ conueniunt in febribus quibuscunque, in anxietatibus, pulsû frequenti, virium debilitate, lipothymia a resolutione & rarefactione nimia, hæctica &c. Refrænant, quæ rarefactionem præternaturalem & exuperantes partes salinas volatiles & sulphureas exacerbatas deprimunt.

Refrænant v. g. *agua* diluentia, quatenus & feri stabiliunt quantitatem, substantifice augendo, vt sufficiat, & vna temperant sal acre volatile rarefactivum peregrinum, vnde vnde enatum. Sic præstant id flores cordiales; bugl. borag. viol. ros.



temperatata aquea & terrea sua qualitate, it. ▽ bugloss. borag. acetosa, acetosell. ros. scorzon. emulsio sem. 4. frig. maj. decoct. hord. c. C. C. potus largior, quæ ipsa quoque resolutionem impediunt.

Refranant *acida*, sulphur efferatum domantia & obtundentia, vnaque infringentia salia volatilia efferantia, tum interne, vt acetosa quæuis, tum externe, acetum simpl. acetum rutac. fl. lauend. lil. conuall. &c.

Refranant *nitrosa*, sulphuri efferato domando & salium volatiliu efferuescentiæ obtundendæ aptissima.

Refranant demulcentia & inviscantia *mucilaginosa*, rad. scorzon. C. C. philos. gelat, C. C. gr. Kermes &c. item præcipitantia, terrea.

Refranant denique quæ resolutionem impediunt & fatiscentem *conservant*, tum *adstringentia* simplicia & bezoardica cum primis, vnde huc & puluis stypticus, bolus armena, corallia, vnicornu verum & fossile &c. pertinent, magni vsus in fluxibus colliquatiuis febrium quibuscunque, diarrhœis, hæmorrhagiis; tum *opiata*, efferationem nimiam spirituum & massæ sanguineæ concentrantia, licet quædam horum sint, quæ, exemplo ipsorum opiatorum, pluribus indicationibus simul satisfaciant, & pro diuersa dispositione humorum & resoluant, & resolutionem impediunt. Tacemus hinc ex iam dictis, quæ vt polychrestâ, itidem vincula feri & sanguinis roborant, vt aquea, mucilaginea, quæ quasi communia sunt, pluribus scopis debita.

Cum vero, si quæ alia confortantia, latissime pateant cordialia, & non solum intemperies calida vel frigida, sed & consistentia massæ sanguineæ, & peregrina illata attendenda sint, notandum est in vtraque classe dari seorsim, quæ mediate & remotius vnicuique velificentur.

Sic *mediate* & *remote instaurant* calidum vitale, quæcunque impedimenta rarefactionis, tanquam vincula remouent & auferunt, qualia sunt absorbentia & resoluentia volatilia & fixa, cum primis, quæ grumescentiam simplicem subjugabile tollunt, & coagulationem impediunt, specialiter in lipothymia, syncope,

pal-



palpitatione cordis; & malignam, seu cum febris talem domant, vt bezoardica volatilia & fixa, de quibus seorsim, vtraque in virium debilitate expetita.

Ad vtrumque casum, cum & extra febrim, pertinent tum volatilia, Ræ bezoardica, tum media, vt mistura simplex, tum fixa, vt corallia, lap. bez. vterque, ebur f. igne ppt. lap. 69. os C. C. vnicornu vtrumque, perla & mater perl. lap. 5. pret. lap. lazuli, magisterium corall. & perlar. & ex compositis instar omnium puluis absorbens noster, cum quo tantum non mira effecimus. Laborabat quidam iuuenis pistora a pluribus mensibus lithothymia, ita vt sæpius vnoquoque mense eadem inter medios labores corripere, sine sensu & motu iacens, donec paroxysmus excuteretur. Frustra curatus vltra annum a Medicis, tandem a duobus solis conualuit perfecte remediis; 1. puluere absorbente, & 2. mistura simplici antiscorb. nullo recidivæ vllius vestigio remanente, vel in hunc usque diem se exerente, summa DEI O. M. gratia. Egimus quoque de hoc Ann. II. *Ephem. Cur. obs. p. 196. 298. & Dec. II. Ann. I. obs. 8. p. 21.*

Sic medice & remote refranant & in ordinem redigunt exæstantem massam sanguinem itidem volatilia, quatenus peregrinum malignum fermentum discutunt, ne favere amplius & nuptum vitali purpuræ vel destructionem principiis vitalibus inducere queat. Vnde camphora v. g. tinct. bez. mist. simpl. spir. theriacal. &c. licet in se calida & instauratiua, tamen curant febrim, quatenus exhalationem promouent, vnde tanto latius patent, & æstimanda magis sunt. Hinc distinguendi affectus, tempora & remedia omnino fuerint.

Ex quibus etiam patet, quare plurrima dentur cordialia, etiam fixa, quæ primo intuitu non videntur quicquam <sup>ad huc</sup> præstare, imprimis quod non possint ad cor ire; sufficit vltimate & chylum, & sanguinem & serum huc tendere, & in actum hinc facile deduci characterem, quem secum recepere. Patet tam necessaria esse confortantia refranantia, quam instaurantia, cum vtroque extremo facilis error & mors ipsa eueniat, vnde debito tempore & loco nitrosa æque sunt cordialia quam pretiosis.



tiosissima vel calida alia. Neque enim consistere ultra modulum debitum natura potest.

Notandum vero *i. ne vel nimis rarefaciamus unquam, non tolerante id sanguinis & spirituum consistentia, vel rarefactioni nimis obicem ponamus*; vnde moderanda sunt cordialia pro ipsius sanguinis diuerso statu, prout vel fixior fuerit, ad acetosum inclinans, vel volatilior, salinis alcalinis, lixiuiosis particulis exuperantibus, id quod sane saepe latet prima fronte & cautum requirit medicum. Sic obseruatum est cinamomum, cordiale, laudatissimum, & in palpitatione cordis irosicuum, in aliquibus frequentiori vsu eandem induxisse. Sic, quod inferius notauimus, scorbutici saepe non ferunt volatilia, vt spiritum cochleariæ, imo inde manifeste læduntur. Ex quo clarum est, plus ultra respiciendum esse in cordialibus, non in simplici alteratione in quamcunque partem acquiescendum esse. Hinc & in anxietatibus & lipothymiis calida, vt aquæ apoplectica, saepe nocent, vel non opem ferunt, acida vero vel odoratu prodesse magis visuntur. Breuiter, nec intendendus calor nimis quocunque modo, nec refrænandus, habito semper respectu ad sphæram naturæ, ad calidum & humidum, elementa vitalia. Sic etiam in febribus ardentibus, vbi gradu superaddito calor augetur, quando solis refrigerantibus sustinent ægri vel medici eundem obtundere, (qui iam dum per se illo Vesuuiano peregrino igne depauperatur satis superque,) potu largiori aliisque, vt plurimum hinc tumorem pedum, si non hydropem ipsum reportant.

2. *Virium debilitas nec solis medicamentis, nec solis cordialibus corrigitur.* Indicatio hæc: vires sunt debiles, est generica & vniuersalis, aliis specificis substans. Cum enim in omni tali statu spiritus sint vel grauati, nimis agitati & rarefacti, vel exhausti & deficientes, merito ad hanc causam vnice respiciendum. Imo saepe dixta, liberior aer, aliaque succendicula reficiendis iisdem faciunt. Indicatio vitalis, si vrgeat, omnibus quidem est præferenda; sin minus, non nisi secundo respicienda, & indicatio præseruatoria, quæ causis debetur, cordi habent-



habenda. Valet id tum de aliis in genere, tum de dulcibus quoque, quæ dum propinantur largiter, causam morbificam & fermentationem sæpe magis adaugent.

3. *Numquam spiritus nimis intendendi.* Arcus nimis tensus rumpitur, spiritus nimis intensi eccentricitatem patiuntur, Freno egent & stimulo; Ita ergo semper stimulandi, vt refranari queant, & contra. Laxari & intendi volunt. Inde vero quies ipsis interdicitur, quatenus in perpetuum motum citantur. Valet id quoque de lucubrationibus, de bezoardicis aliisque.

4. *Et in rarefacientibus & in resoluentibus cordialibus tonica interpolanda.* Quod in aliorum viscerum specificis vrgetur, quod debeant esse *tonica*, roborantia, quæ villos & fibras nerveas tueantur & calorem conferuent; id quoque in cordialibus quam maxime valet. Hinc & volatiliū & fixiorum id exemplo explicuimus. Verum est, bezoardica volatilia, vel cordialia quoque talia, in statu respectiue febrili & extra febrim optima, sunt generosissima & potentissima, sæpe tamen cedunt fixioribus refrigerantibus cum virtute adstrictoria. Vtrique peccant, & qui mera bezoardica & cordialia volatilia, vrinosa, v. g. aromatica &c. propinant, & qui meris fixis pulueribus bezoardicis, pulveribus cordialibus vtuntur & confidunt. Verum est, cinnabarina esse neruina & laudatissima medicamenta, habent tamen id vitii, vt in efferationibus sanguinis minus istis fidi possit, siquidem sudores colliquatiuos adaugent, imo acersunt sæpe nimia fusione. Tonica modice aditringentia congregant quasi substantiam cordis, vt loquitur *Ebnfina l. c.* spiritusque, nec dissolui patiuntur. Vnita vis est fortior dispersa.

5. *Cordialia commendat vel iuuat saltem subtilitas & penetrantia.* Debent enim citam opem ferre, debent partes spirituosas corporis afficere, atque roborare; Ergo omnino debent quoque esse penetrantia, quæ interius cito euoluantur, & ad cor eant, & exterius in poros admittantur promptius. Hinc epithemata ad pulsus & cor non sunt de nihilo, sed fixiora penitus, vt perlæ, os de corde certui, aliaque frustra simul recipiuntur. Hinc & cum iisdem commode præscribuntur li-



quida spirituoſa & acidula, vt a calore actiuata intro vibrent virtutem.

6. *Cordialia non omnia poſſunt omnia.* Non ſunt confundenda, quæ ſero debentur reſtaurando, cum iis, quæ particulas oleoſas baſſamicas confortant; non fixa cum volatilibus, non confortantia generalia cum ſpecialibus, alimenta cum medicamentis. Ex quo etiam apparet, quid ſentiendum ſit de medicina vniuerſali, ſi ea promiſcue vti velimus, ſiue ſanguis ſit efferatus, ſiue nimis depreſſus; ſiue ſpiritus deficiant, ſeu turbati ſint &c. Saltem generalia & vniuerſalia illa egent ſpecialibus, vt indicationibus accurate ſatiſſiat.

7. *Fixa ſæpe aromaticis & volatilibus præſtantiora, moſchata ſæpe magis noxia.* Siue enim humores acidi abſorbendi fuerint, vniſe proderunt ipſa præcipitantia, qualis eſt puluis abſorbens, diuinum medicamentum; ſiue fermentatio & *δρμας* bilioſus ſedandus; ſiue moti fluxus & rarefactio nimia tollenda, ſiue alia indicatio ſimilis, fixa ferunt auxilium, ſi non nomine, ſaltem re, & effectu. Vnde vt mirandum non eſt, ſæpe ex præcordiis lipothymias & palpitationes cordis ſcaturire; ita nec præcipitantia eſſe cordialia, licet vel in ventriculo ſtatim characterem illum vitioſum extinguant, ſiue ſuum illum cum maſſa ſanguinea communicent, vt hinc effectus ad cor redundet. Moſchata vero in ſpecie nimis rarefaciunt & in motum cient ſæpe ſpiritus, vnde inquietos reddunt. Par ratio eſt hinc confectionis alkermes completæ, quæ ſalus & vita mortuorum vocatur. Eſt reuera egregium & laudatiſſimum medicamentum, ſed eo non abutendum, vt ſæpe ſit, ſiue in febribus, ſeu palpitatione cordis & hæmorrhaginibus, ſeu denique aliis caſibus, vbi motus componere fluctus præſtat. Quæ vero contra eam afferri ſolent, quod lapis Lazuli ingrediatur, a *Dodoneo obſ. c. 54.* quod ſericum inferuiat, ab *Helmontio l. de febb. c. 8.* & *Zwölffero*, tanquam non ſunt vt diſſimulare medicamentum queant, modo præter præparationem legitimam uſus diſtinguantur. Poſteſt etiam cum C.C philoſ. ppt. in puluerem analepticum pro ubi u præparari.



## LIBRI I. SECTIO III. CAPVT VI.

De

*Stomachicis.*

**V**T ventriculi actio mediante calore natio, & vitali fermento subacidulo, volatili & vitali, & his inferuiente villorum robore in primis perficitur; ita STOMACHICA sunt in genere, quæ his velificantur. Seu principaliter illa sunt & dicuntur stomachica, quæ euaporationem chyli promouent, & impedimenta quæcunque eiusdem tollunt. Res enim omnis eo redit, vt actio ventriculi adiuuetur, in hoc solo consistens principaliter, vt *διάρρησις* & *σύγκρησις*, euaporatio chyli probe fiat.

Cum ergo in officina hæc microcosmica opus sit (1.) calore, qui euocet & propellat, (2.) menstruo, quod si non soluat, solutionem tamen adiuuet; (3.) robore villorum & fibrarum, neruearum; hinc iuxta hæc quasi capita etiam stomachicorum classes diuersæ sunt, licet symbolicæ.

Visque horum eximie probatur exinde, quod immediate huc ferantur medicamenta, atque hoc loco iuuantia & nocentia primam explicent occasionem, vnde & animam in ventriculo locat *Helmontius* sensitiuam.

Stomachica ergo dum dicimus calorem restaurare, omnia ea complectimur, quæ effecta caloris predicari possunt; nempe (1.) *tam necessariam ἀναθυμίασιν promouent*, vt partēs alibiles vitales a recrementitiis colcotharinis separentur, adeoque

(2.) *Motum chyli & chymi promouent*, ne in ventriculo plus iusto moretur, & grauitate sua ac distensione molestias creet, & *μύλονσιν* patiat, instar massæ panis non fermentantis, ac aerascentis.

(3.) *Cruditates expediunt & tollunt*, tum acidum, tum pituitosam cum primis, ac nidorosam, tanquam effectus vitiatæ coctionis.



(4.) *Placant irritatos verueos villos, siue retinere nequeat* ventriculus præ debilitate cibos ingestos, siue vi extrudat tum ipsos, tum alia etiam vtilia; tum dolentem partem ipsam in cardialgia.

(5.) *Euaporationem vitiosam auerunt & prohibent*, ne vel aquosa sola, vel aliis characteribus notata in flatus & fluxiones citentur, ut in ructibus, singulibus, saluatione præternaturali, &c.

Denique (6.) *omnia impedimenta remouent*, quæcunque turbare coctionem, ex his fundamentis, queunt, vnde affectus confurgunt varii.

Vtque sulphur est matrix caloris, ita *ventriculi calorem vni-*ce & principaliter principio hoc cæta, balsamica, sulphurea, *promouent* & conseruant; quatenus particulis suis volatilibus ignem vitalem adiuuant, vt focus splendidior coruscet, sanguine arterioso & spiritibus roboratis.

Talia igitur cum late pateant, sunt (1.) *Aromatica*. Aromata omnia sunt stomachica, seu ipsa καὶ ἕξοχα talia, seu ad horum classẽ referenda vegetabilia varia, & exin præparata, vt cinnamomum, caryophylli, nux moschata, macis, lignum aloes, radices acori veri, galangæ, pimpinellæ, zedoariæ, caryophyllatæ, mentha omnis, cortices aurant. citri, puluis stomach. Quercetani, species aromat. rosat. caryophyllat. ros. novell. diagalangæ, diaxyloal. trageæ stomach. aqua menth. cinam. cum vino & cydoniata, essentia lign. aloes, elixir. propr. Helmont. extr. acori veri.

(2.) *Oleosa balsamica suauia, & resinosa blanda*, vt ex natiuis mastiche, ambra, balsamum de Peru ladanum, vnde ceratum de ladano Craton. & tacamahaca externe profunt, & destillata, oleum macis, caryophyllorum, menthæ, cinamomi, nucis moschatae expressum & destillatum.

(3.) *Spirituosa*, quæ sunt laudatissima stomachica & cruditatatum correctoria; hæc quippe evaporabilia sunt quam maxime, vnde in momento sæpe grauitatem & anxietatem ventriculi tollunt. Hinc vinum, inter potus genera optimum, ventri-



calo admodum gratum est, & vix alia ratione melius lac senum audit, quam quod debilem eorundem ventriculum roborat, & calidum innatum confortat. Hinc pro brutorum genere aquam, pro humano vinum magis ordinavit diuinum numen, licet & ipsa sit nutritibilis. Hinc regionibus septentrionalibus, vtpote frigidioribus, non solum cereuisiæ vsus, quasi vini secundarii, verum & spiritus vini frumentaceus & mulsium inuentum, est, ad solandum & iuuandum calorem.

Pertinent huc vinorum varia genera, & spirituum ex hac radice vel frumentis quoque tractorum, v. g. spiritus cochleariæ, menthæ, corticum citri, essentia menthæ. Hinc quod de spiritu vini in genere prædicatur, quod nullum medicamentum nobile dici mereatur, nisi quod cum spiritu vini optimo arctiori nexu sit nuptum, vt ad penitiores vasorum recessus penetret; id imprimis valet de stomachicis.

Notabile vero est, quod restauret & i quidem, vt & vinum ipsum, optime calorem ventriculi & corporis totius, sed moderate & proportionate. Vnde tutior eius vsus frigida temperie præditis, iisque, qui flatibus & cruditatibus laborant, morbisque frigidis tentantur. In his cruda colluies obiicit pabulum, in quo acerrima ac viens vis se frangit atque hebetat, abs quasi esset, deprædaret vitale humidum, viscera accenderet, & nimia consuetudine exequias iret suæ virtutis admiratori ante mortem, verba sunt *Rolsinci Chim. p. 186.* longe verissima. Pertinet huc elixir stomachi. *Rolsinc. Mynsicht. Michael.* & aliorum, elixir vitrioli.

(4.) *Carminatiua*, vt, præter dicta, semen coriandri, semina 4. carminat. Hac enim omnia reuera talia sunt, quæ euaporationem vitiosam tollunt, vnde flatu sunt, & natiuam promouent. Inprimis vero ipsorum olea, vt oleum anisi, carui, anethi, corticum aurantium, carminatiu. in cardialgia, singultu, ructu optima.

(5.) *Nerulina & cephalica* etiam sunt stomachica, vt rosmarinus, saluia, maiorana, betonica, melissa, &c. inprimis vero castoreum, quod in cardialgia diuinum est remedium, item in



singultu ac ructibus. In viro laborante febris singultuosa cinnabarina, castorina, & opiata vnice proderant. Pertinent huc etiam externa balsamica, suauiter archeum demulcentia & roborantia.

Vt vero flatus sunt a calore debili, seu per se tali, seu respectu obiectorum; ita etiam carminatiua & aromatica & spirituosae aliaque roborant eundem duplici hoc respectu, seu debilis fuerit in se, in frigidioribus senibus, seu per accidens, mediate, in cruditatibus, vel respectu ciborum duriorum, piscium, pinguium.

(6.) Speciatim etiam ventriculi calorem tuentur leniter *adstringentia*, quatenus villos constringendo vniunt etiam magis spiritus & sanguinem, vnde quaecunque ex laudatis simul sunt styptica seu adstrictoriis particulis cum aliis iunctis gaudent, *καὶ ἐξοχίω* sunt stomachica, vt inter externa emplastrum de crusta panis, de baccis lauri, diaphanic.

Secundario vero & adaequat calore restaurant, & suscitant salina, cum altera sequenti classi communia v. g. (7.) *acria*, volatili sale foeta, incidentia & detergentia pituitam, vnaque rarefacientia, vt radix ari, pimpinellae, piper, sinapi, zingiber. tum per se, tum refracte in zingibere in India condit.

(8.) *Amar*a, vt summitates cent. min. abs. elixir propr. Paracels. unde tinctura proprietatis Mynsichti nata est essentia abs. simpl. & composita, qualis haec esse potest, polychresta in ventriculi affectibus, cruditate acida, pituitosa & biliosa, febribus Item intermittentibus, flatibus & affectu hypochondriaco: ℞, rad. galang. zedoar. summit. absinth. (per immersioem leuem in aquam calidam correctarum,) a. ʒj. acor. ver. ʒvj. fl. centaur. min. ʒ℥. cass. caryophyllar. ign. colubrin. amar. chin de chin. a. ʒiij. cort. aurant. citr. rhab. Alex. a. ʒij. macis, n. m. caryoph. a. ʒi℥. costi ver. schoenanth. a. ʒj. M. Extrah. cum ℥. rectif. vel appropriato, acidulato u. ℞; facile cum liquore ℞ in Ram ♂ absinthiacam redigenda, variatho sic colore, virtute & sapore, danda ad gtt. xx. xxx.

*Calorem vero excessuum* ventriculi, seu humores acres, falsos,



fos biliosos *deprimunt* communia magis tum *aqua*, diluentia, emulSIONES, tum *precipitantia* & absorbentia terrea, acida, austeriuscula, & ex parte nitrosa, acido-salsa, non omisfis roborantibus, quæ ipsa vero partim communia sunt cum alterantibus vniuersalibus, siquidem ventriculus per consensum calidiorem intemperiem præternaturaliter habeat, vt in febribus, partim etiam fermentum corrigentibus specialius, de quo mox.

Profunt vero potissimum in siti, sôda seu ardore ventriculi, & cardialgia cum aromatibus mixta.

Ita nempe semper sitis sedanda est, ne laxemus tonum ventriculi: ita precipitandum, ne biliosum rosivum sal negligamus. Hinc vidimus in cardialgia dysenterica sæpius nil profuisse, quam puluerem conch. præparat. cum oleo caryophyll. remixtum, quo ipso aliquos restituimus ex voto.

Non minus vero & *fermenti*, seu *menstrui* potius ventriculi ratio habenda est, seu *iners* fuerit, & acuendum, seu *acrius* & obtundendum.

*Acuum* menstruum iners deficiens *principaliter salina*, quæ viscidam pituitam incidunt & humores superfluos attenuant, vt (1.) *acria volatilia*, vt rad. ari, eiusque fecula, pimpinella, raphan. rusticanus, sinapi, cochleari & plantæ antiscorbuticæ aliæ, item zingiber, flores salis ammoniaci.

(2.) *Amara & aromatica*, mentha, absinthiaca, & reliqua, iam dicta. (3.) *Acida* liquida & solida, vt acetum, conferu. ros. Plata, acetosæ, ~ Elis, Oli, Jis, Jis, hepaticum rubr. cremor & crytalli tartari, ~us Oli coagulatus, ~us Elis vel Oli dulcis, elixir vitrioli.

Exterius & interius prodest fermentum panificum. Sane & panis ipse, acidula & analeptica sua qualitate nutritibile est eximium, & ita roborando fermentum, cum interne, tum externe officium facit, inprimis cum aromaticis, ac acedo ipso mixtus.

Fermenti huius intuitu sine dubio factum est, quod pellicula seu tunica ventriculi quorundam volatilium etiam magni fiant a quamplurimis. Si tamen consideremus, minus esse euapo-



euaporabiles illas ipsas, sed crassioris & frigidioris texturæ, tantam vim ipsis adscribere non addecet, ad chylicationem laxam. Quicquid faciunt, magis præstant in demulcenda acrimonia, præcipitando, absorbendo & roborando, vnde nouimus, a quibusdam pro specifico dysenterico, idque non sine causa, haberi easdem, præcipue ob concurrentem viscedinem, obrundentem lancinantes acres, acidos, biliosos, & his similes corrosivos humores; vna vero tueri parietes membraneos apta nata sunt, vnde & in vomitu sunt egregium remedium.

Vt vero perpetua est inter calorem & menstruum ventriculi symbolisatio; ita optimum est maritare hæc duo, vt indicationibus vndique fiat satis. Et singulari prouidentia naturæ videtur factum, quod ab vtrisque coniunctim ei satisfiat, quod ab alterutro expectari non poterat. Cum enim sulphurea calesciant quidem, vna vero appetitum obtundant; salia vero licet appetitum cieant, tamen calorem non respiciant, sed disgregent potius, optimum est coniungere vtraque, vel interpollare saltem, id quod apprime faciunt absinthiaca &c.

Cum vero hinc inde etiam legatur scriptum ab autoribus,  $\ominus$  absinth. v. g. aliaque id commatis facere quoque ad appetitum excitandum, seu stomachica esse, vnde & lap.  $\mathfrak{S}$ . &  $\ominus$  absinth. ac iunip. ingrediuntur puluerem stomach. Quercet. notandum est, id fieri mediate magis & per accidens, quatenus alcalina hæc præcipitantia, quæ alias immodice vsurpata destruunt appetitum, fixitatem acidam excedentem fermenti tollunt, vnaque superfluitatem humorum corrigunt, quando fermentum aquosis humoribus magis est dilutum. Hinc conchæ præparatæ & cinnabarina quoque egregia stomachica sunt, & in humorum abundantia & acore corrupto appetitum aliquando cient.

Neque enim abundante in ventriculo acido vel appetitus æque stimulat, vel coctio probe perficitur, siquidem tunc obtunditur calor, & euolutio, euaporatio impeditur, quando nempe ex fixius debito, vnde grauitas potius ventriculi & cruditates fiunt.



Vt itaque dicamus de obtundentibus fermentum acrius, biliosum vel salinum, vt in soda, fiti, erosione, fame canina, & vbi humores acidi magis peccant, tenendum est in genere, principaliter omnia illa id præstare, quæcunque salino-acidulis sunt contraria; adæquate, quæ calori, vel tono debilitando apta deprehenduntur.

*Obtundunt* pinguia, mucilaginea & oleosa; notum enim est ex chemicis, nullum assè ius acidis in pinguia adeoque cum hæc minus subigantur ab iisdem, cum minus sint euaporabilia, cum multum nutriant & saturent, commendantur ab autoribus non immerito in bulimo & appetentia canina, vt butyrum, ol. oliv. lini &c.

*Diluant* aquea communia, serum lactis caprini, potus largior, inprimis aquarum nitrosarum, potiones, emulsiones, in fiti vnice expectata.

*Inuertunt* lixiva, alcalia & alcalina, vt lap.  $\mathfrak{S}$ . crèta, corallica; in cholera humida & sicca optima. Cum vero præter hæc & alia id præstent, cautione tamen egeant, seorsim sub peruertentium & figentium titulo ea fuere tradita.

Nimirum tum per se in horum vsu cautione opus est, tum quando adhibentur pro fermenti correctione, vt duæ exurgant hinc regulæ: 1. *Quæcunque medicamenta, alias etiam bona vel optima, adhibeantur, videndum est, quomodo se habeant erga ventriculum,* ne continuato vsu actioni eius naturalissimæ noceant villo modo. Alias enim officiosè nocet medicus, hæc non attendens, vel penitius non noscens quid in recessu gerant. Sic dulcia, optime nutriunt, & ventriculo sunt amicissima; Si tamen excedas eorum vsu, v. g. ne de alimentis dicamus, potionibus dulcibus, sirupis, electuariis, looh, certo certius emoriatur vel insigniter lædetur appetitus.

Sic salina media, vt  $\mathfrak{F}$   $\Theta$ us, arcan.  $\mathfrak{F}$ ri,  $\mathfrak{A}$   $\Theta$ l, coag. remedia sunt polychresta, aperitiua, diuretica; nephritica; frequentiori tamen vsu ventriculo facessunt negotium vel insensibiliter, vt ne id credas quidem, vel ipsi ægri primo intuitu.

Sic speciatim nitrosa, lap. prunell.  $\Theta$   $\mathfrak{F}$ iat. arc. dupl. &c. ad



ad fitimextinguendam, ad febres sunt generosissimum remedium, sunt etiam acido sale facta, nihilominus cum tono non amica sint, nec particulis adstrictoriis polleant, fecile ventriculorum exoluunt, ut & appetitus abeat & laxetur alius, debilitato utrobique stomacho.

Sic Saturnina vel in ipsa hectica commendantur quam maxime, inde tamen ventriculus noxam sentit, seu quod nimis adstringant, ut sacch. hni, (nam & nimis adstringentibus læditur, læsa euaporatione,) seu quod præcipitent nimis fermentum, seu quod ob metallicam suam naturam superent eius virtutem, ut subigi nequeant. Imo & materialia, imprimis grossiora, ut croc. ♂. c. ♀ per fusionem paratus, eundem censum nunquam subeunt, ructus nidorulentos vna excitando plurimos, ut Iouialium, lunarium non mentionem faciamus, licet singula optima sint medicamenta. Id vero obseruare magis in iis licet, qui alias sunt quoad ventriculum & reliquum corpus sani, excepta una aliqua parte, v. g. in pollutione nocturna vel gonorrhœa simplici, vel virulenta.

Sic spiritus salis ammoniaci ipse laudatissimum est medicamentum, est, quod de aliis vrinosis volatilibus itidem valet, & superius iam tactum est, continua vsurpatione appetitum deiciunt, & lassitudine torpida membra maectant magis, cum acidulum in recessu mensurum stomachicum absorbeant, & invertant, id quod & a fixioribus ipsis, lap. cancrorum & pulueribus nephriticis continuatis, non raro obtingit, vti l. 2. de sale vol. plant. pag. 88. seq. diximus.

Adeo & hinc concludere licet, iuxta Galenum, nullum esse, tam generosum medicamentum, quod tam magnifice profit, quin aliqua ex parte noceat, & semper attendendum esse ventriculum seorsim in morbis, & optimum sæpe esse medicamentum, iuxta Hippocratem, medicamento non uti.

Altera regula est: *ita semper corrigendum esse fermentum seu menstruum, ne calorem vel ionum negligamus, ipsive noxam inferamus; quod dictorum exemplo clarum fit, & de acidis & nitrosis inferius sub antaphrodisiacis dicetur latius.* Et vice versa,



ita semper calor alterandus & roborandus, ne ligemus fermentum, Vtriusque exemplum præbent tum spirituosa & sulphure vaporoso pollentia quæuis, tum inprimis opiata. In genere enim arguere licet: *quæcumque sulphure magis facta sunt, obtundunt appetitum*, quatenus ligant fermentum, ligant calorem, & vaporositate sua defectum suppleant.

Sic a croci vsu appetitus minuitur, ob *adæquatum* sulphuream vaporosam, vnde vel ex hoc capite solenni conclusione publicandum esset, quod nos facimus, ne anatica proportione in elixir propriet. Parac. recipiatur, quod ipsum tamen tantopere, etiam a vulgo ad appetitum ciendum laudatur, neque id de nihilo, cum pituitam optime extergat & domet, facile & le reddendum cum liquore & is, & roborandum guttula vna vel altera olei caryophyllorum.

Sic fumus tabaci obtundit appetitum; Sic spiritus vini ipsius id facit, vnde non videas facile tabacibibulum multum comedere, vel qui mane & vesperi spiritum vini frumentaceum, iuniperinum &c. ordinarie haurit, appetitu solidorum ciborum decenti gaudere. Imo par ratio est absinthiacorum, quæ ipsa quoque incauto vsu sopiunt appetitum, vnde & ad apoplexiam inducendam aptum esse eorum abusum nonnulli recte statuunt. In specie vero id competit opiatis, vnde natura ipsa id innuit, quando his sollicitatur, vomitum excitans nonnunquam.

*Laxitatem* denique & tonum debilem villorum corrigunt cum *neruina*, roborantia v. gr. in singultu; tum *adstringentia* terrea, firmantia & orificium & parietes, seu fibras, vnde in vomitu, cholera, diarrhœis proficua; imo & *acida*, modo citra excretionem vrgentem talem flacciditas corrigenda sit, egregie enim ventriculum corrugant.

Licet ergo seorsim horum non fiat recensio passim; reuera tamen, saltim in reliquis iam recensitis coniunctim, attendenda sunt, quin etiam seorsim in praxi, vbi laxitas præcipue corrigenda fuerit. Sic ex dictis id præstant præcipue tum *amara*, vt mentha, tum *aromatica*, vt cinam. nux moschata,



tum *terrea*, vt corallia, vnde præcipue merentur laudem.

Valet id quoque de externo topico vſu, vnde de his diximus, quænam huc quadrent magis, nempe acida, & aromatica, vtraque ob penetrandi, roborandi & conſtringendi virtutem; Quæcunque vero topica, vnguenta, emplaſtra, cataplaſmata, ſacculi ex talibus non conſtant, minus ſunt æſtimanda.

Hinc quoad rectum adhibendi modum 1. *in omnibus ad ventriculi robur attendendum eſt*, quatenus ſemper adſtriſtio villosorum tutanda eſt, nec ea admittenda ſolum, quæ vſlo titulo roborant, parietes vero ventriculi & villos laxant; vt & hoc fundamento, quænam ſint potiora ſtomachica, vnice ſic decidendum.

2. *Stomachicis calidis, minus ex toto reſolubilibus, minus ſidendum eſt*; Quia nempe inæqualis fit & damnosa euaporatio, exemplo raphani ruſticani, ſinapios. Inde enim vel remanent groſſiores particule & ventriculum grauant, vel irritant ventriculum ad vomitum; ex quo ipſo etiam euaporationis chyloſa dogma magis ſtabiliri poteſt.

3. *Refrigerantia ventriculo & per ſe & reſpectiue nocent*. Per ſe, niſi indicentur, ac nimia quantitate; reſpectiue, relata ad calida; vnde ſi præſumitur in ventriculo intemperies calida, caute refrigerandum eſt, & quidem ita, vt tonus eiſdem non exoluatur.

4. *Ventriculus humectari deſiderat, non laxari*. Humectant aquea in fitis ac humidi deficientis indicationibus quibuscunque; Laxant vero tepida, nauſeam & vomitum cientia. Laxant pingua & oleoſa omnia, merito hinc moderanda. Hinc & cum oleo oliuarum præparata acetaria longius ventriculo immorantur, tardius euaporant.

5. *In ſiccitate maiori, cum acrimonia coniuncta, non niſi demulcentia, vel ſalim amara & temperata conueniunt*. Quin & in reliquis ſpiritibus mineralibus fortioribus caute mercandum, eſt. Obſeruatum ſiquidem, eosdem & grauitate & corroſiuitate nocuiſſe. Par ratio eſt ſucci citri, ſi quis diſpoſitus in eo

exce-







## LIBRI I. SECTIO III. CAPVT VII.

De

*Hepaticis.*

**V**Tut hepatis hodie dignitas tanta non fit amplius, vt ipsi sanguificationis, iuxta *Galenum*, contra *Hippocratem*, *Platonem* & *Aristotelem*, demandetur prouincia; eximium tamen & nobilissimum viscus est, cuius actiones lasas consequuntur morbi satis molesti & graues.

Notandum vero, in his ipsis cumprimis, vt & aliis, occurrere medicamenta, quæ cum reliquis sunt communia, v. g. aperientibus, splenicis; iis tamen recensendis opera merito impenditur, vt pateat, quid speciatim præsent in huius visceris morbis, quæ circa ea obseruanda, & vt eo certius memoria infigantur.

Solemus ergo hæc ipsa HEPATICA, itidem in calida & frigida communiter, more aliorum, diuisa, partiri secundum ipsas partes ad fermentum seu archeum hepatis constituendum concurrentes, vt sic pathologiam complectamur simul, quatenus respiciunt vel *vasa*, quibus confertissimum est hepar, venosa, arteriosa, lymphatica, choledocha, qui ductus & pori totius parenchymatis hisce debiti facillime obstruuntur; vel *humores*, sanguinem, lympham & inprimis bilem; vel *villos*, tonumque fibrarum & robur acinorum glandosorum.

*Vasis* obstruendis debentur aperientia, quæ eadem extricant, bilisque amurcam & viscedinem mucilaginosam expediunt, qualia sub aperientibus & diureticis fuere iam exposita; Tum *proprie dicta* tenuitate partium conspicua, & præcipue ad vrinarias vias vna ducentia; tum *mediate talia*, quæ licet fixiora sint, absorbendo tamen humorem acorem, austeritatem & *sciam* corrigunt, quorum tamen pleraque sunt polychresta, tantoque maiori iure hepatica audiunt, quo magis non vni soli sed pluribus indicationibus dictis satisfaciunt.

Sic



Sic aperientia hepatica sunt *amara & quasicalia*, rad. cithor. sylv. & hortens. seu endivia, rad. 5. aper. maior. (καλ' ἐξοχῆν ita dicta & in *pharmacopœis quibusdam*, omissis minoribus, solæ recensita; ) apii, asparagi, fœniculi, petroselinii, rusci; minores vero ab aliis quoque adduntur: eryngii, capparum, graminis, onon. rub. tinctorum; Item rad. duæ aperientes, (fœnic. & petrosel.) gentian. tarax. rhab. cuius folius vsu aliquoties icterum curauimus, acor. ver. helen.

Ex herbis absinthium f. & pont, agerat. fumar. chamædr. chamæp. adianthum, marrubium, summ. cent. min. fumar. cich. cort. citr. aur. Ex compositis elix. propr. f. ʒle & cum rhabarb. ess. abs. f. & comp. fir. de cich. cum rhab. diaser. Andernaci, extr. acori veri, fumar. rhab. MP. ♀ear. Querc. conferu. fumar. elect. diacor. troch. de eupat. anim. rhab. MP. ♀ear.

Aperientia hepatica sunt *aromatica*, & partium tenuitate, lenique vel maiori acrimonia, licet particulis aliis immersa, prædita, vt rad. pimpin. ari; herb. capill. ♀. cochl. cuscut. epith. hyssop. beton. veron. fl. acac. schoenanth. cort. tamar. cappar. cass. caryoph. (quam canellam adulteratam nonnulli, sed minus recte statuunt, cost. arab. aromata varia, pulu. stom. Quercet. ol. aromat. spir. cochlear. fir. de adianth. rob. ebul.

Aperientia hepatica sunt *acida*, rad. & fol. acetos berberes crem. & cryst. ♀i, hepat. rubr. Dresd. ♂ aper. Penot. ♂is, ♂li ♂, clyff. ♂ vterque, Ra aperit. M. S. vario modo miscenda.

Aperiunt denique hepar *absorbentia* salina, alcalina, martialia, lap. ♂. mater perlar. croc, ♂. aper. ♂l facchar. ♀at. ♂ ʒle cachect. bez. ʒle, viale. ♀ ♂l. spir. ♂l. coagul. arcan. ♀, pulu. cach. Querc. Ra ♀i, sil. Glaub. ♂tis varia, ʒii, simpl. & rhabarbarina elegantissima, quæ ita fit; ♂. rhab. Alex. pul. verif. ʒij. ♂ ♀ri p, dr. ʒiʒ. aquæ f. q. f. v. g. ʒiʒ. vel ij, coquantur in olla, igne carbonum, hinc filtretur Ra instar sanguinis rubicunda, genuina anima rhabarbari; miscenda subduplo vel subtriplo est. ʒii ♀iʒ, vt & aliis casibus cum, ♂ \*ci, vsu-



vsu polychresto, mundificante, aperitiuo, in scabie, ictero, febribus intermittentibus, affectu hypochondriaco, gutta rosacea, varis.

Vfus horum generalis paulo est, in ictero, cachexia, dolore hypoch. dextri, hydrope &c.

*Bilem inertem*, particulis salinis & sulphureis volatilibus non instructam, aquosam & viscidam acuunt & restaurant: 1. *incidentia*, tum sulphurea oleosa aromatica, spirituosam balsamica, vt aromata omnia, caryophylli, cardamom. Vinum, & i, tum inprimis sale volat. pollentia, acria, quæ calorem quoque restaurant vtraque, vt cochlear. piper, sinapi.

2. *Absorbentia* & absorbentia humores austeros, acidos, fixos sal volatile & obtundentes sulphur volatile eiusdem, & consequenter aperientia & resoluentia, ductus & poros obstructos referantia, alcalia, sal. cichor. absinth, & ialia. Vt enim illa per se id præstant, addendo stimulum & exacuendo; ita hæc tollendo impedimenta, partes aquosas, acidas, terreas, fluxilitatem simul largiendo.

3. Ex vtrisque constantia, *mixta*, quibus etiam suo modo *dulcia* accensenda. Cum enim hæc polleant particulis sulphureis & spirituosis, blandis aqueis immersis, merito etiam in bilis inertia corrigenda habent locum, modo ne quid nimis. Plurimum enim nutriunt & abstergunt simul, speciatim in siccitate hepatis & bilis, temperata illa, vnde & passulæ minores & maiores consulto tunc dantur, quatenus simul humectant, & glandulas intestinales suauiter demulcent abstergunt. Locus *Riverii l. 4. Inst. c. 15. p. 130. fol.* ita habet; Nos, aut, aliquot puerulos ab hydrope liberatos vidimus vsu electuarii simplicis parati. Coquebantur passulæ in vino albo ad consumptionem vini, & per fetaceum traiciebantur, atque iterum recoquebantur, ad cydoniati consistentiam, eaque utebantur in omni pastu, interiectis aliquot purgationibus specificis.

Occasione hac vero notabimus obiter, quæ in praxi obseruauimus sapius, nempe solenne esse pueris, i. scrotum subtumidum & quasi aqua repletum habere, id quod sponte, succedente.



dente ætate cedit, 2. eosdem tumidum sæpe gerere ventrem, extremis arefientibus, ad instar adulatorum aliorum hydropticorum, idque 3. potissimum ob glandulas intestinales obstructas, unde 4. præter purgata blanda, quæ optime ferunt, duobus potissimum curati sunt præfidiis, tinct. ♂ aperit. cydoniata, & arcano duplicato.

Laborabat infans 2. annorum, post potum nimium in variolis haustum, tumore ventris maximo cum vesicula crySTALLINA, membri virilis, seu illa intumescencia, vt cuticula, elevata, & subtus repleta omnia aqua viderentur ac extensa, solo vsu arc. dupl. laudati curatus.

Vfus vero horum est in cachexia, hydrope, anasarca, scirrhis, tumoribus pituitosis. aluo torpida, & similibus. Omnibus enim illis causam præbet bilis torpor & inertia.

*Bilem vero copiosam & acriorem, mobilem nimis temperant, refrænant & densant, coarctantque* 1. *mediate* quidem & per accidens *aperientia*, quatenus & abstergunt, & abstergendo ad exitum disponunt eandem, unde hæc ipsa inter refrigerentia, contra intemperiem calidam facientia, referuntur, etiamsi calida sint, vtpote amaricantia. 2. *purgantia*, inprimis cholagoga. Omnia siquidem purgantia eo potissimum gaudent agendi modo, quod acrimoniam suam cum partibus membranosis communicent, tum maxime cum bile, quæ inde liberius effusa stimulat intestina eorumque glandulas in tunica villosa, seu mucosa potius confertissime reperiundas, unde tantum purgantia operantur reuera, quantum bilem extimulant; unde nisi fluxilitas simul adsit, vel a natura in corpore ipso, vel a medicamento, & vehiculo, non plane operantur. Hinc & nimio purgantium vsu bilem damnofo cum effectu educi posse, egregio exemplo confirmat *Möbius Fundam. Med. Phys. cap. 15. de bile, p. 368.*

*Per se vero & proprie magis id præstant* 1. *diluentia* sal acre, corrosiuum, sulphureum, aquea, vt aquæ destillatæ cich. hep. nob. antiscorbut. polychr. Rolf. fragor. hepat. Dorncrell positiones, infusa, decocta, præsertim simul abstergentia, & vehiculum aperientibus præbentia. Exempli loco adduximus tercia-

Y

nas,



nas, in quibus etiam fera epidemicis & magis rebellibus obseruauimus formam liquidam infusorum maxime profuisse, præter alia. Cum enim bilis acriori & viscosior sit, fermentum febrile largiens & fouens, reliqua aperientia quidem officium faciunt, referendis ductibus, incidendo & attenuando; optima vero sunt infusa talismodi ex rad. acetos. plantag. gentian. ex fol. card. bened. tertianar. sum. cent. min. fumar. cort. chin. de chin. cass. caryophyllat. &c. quæ penitus insidens glandulis intestinalibus viscus extergunt promptissime, & fluxilitatem largiendo simul vnice profunt, si vel reliquorum vehicula constituentur; quæ ratio medendi febribus est expertissima, adeoque merito commendanda.

Merito vero huc pertinere etiam diximus, in statu febrili ipso, acidulas, extra eum thermas quoque. Videri hanc in rem possunt, qui de medicatorum torrentium venis, vt vocat *Seneca traçt. de benef. p. m. 81.* scripsere. Consultum vero est non tam empirice ad hoc velut vltimum asyllum ægros amandare, quam imius nosse quid præstent, quid minus. Observatum sæpius fuit, hypochondriacos hisce solis curatos frustra adhibitis aliis. Acidulæ cum primis conducunt, vbi, saluis pulmonibus & visceribus, diluendi & temperandi sunt humores, ad laxitatem corrigenda villorum, magis, vbi biliosi humores calidi, sulphurei volatiles, alcalini peccant, habitu corporis magis sicciori & squalido, vires suas debentes particulis vitriolicis largiter expansis in aquam. Thermæ vero, vbi humores acidi magis exuperant, & corpus laxiori habitu gaudet, de quo egimus *Ann. I. Dec. II. Ephemer. German. p. 20.* vbi & de earundem origine mentem exposuimus. Conferri etiam possunt, quæ de causa caloris thermarum earumque viribus commentatus est *Meera Histor. rar. p. 146. seq. & Baccius libr. de thermis.*

Referuntur huc etiam a practicis 2. *amara*, per iam dicta, quippe hæc derergunt bilem & eius excursionem ad intestinum promouent, vnde in febribus intermittentibus sunt optima. Sic specificum in ictero est curcuma, vt vel nomen inde apud

Ger-



Germanos fortita sit, quod nempe vnice partibus amaricantibus acribus detergentibus polleat, quam soliti hinc fumus cum sale absinth. ana in ictero cum successu propinare.

De aloe vero seorsim quaedam dicenda sunt & tangendum *Scaligeri fulmen ex. 160. t. 3. p. 535.* qui negant, *inquit*, aloe iecur offendi, experientia scutica digni sunt. Hoc per annos amplius quadraginta compertum habuimus. Verum est, de aloe moderatius esse sentiendum, illiusque abusum, tunc temporis iam incipientem, esse noxium, quatenus putant vulgo: qui vult viuere annos Noe, sumat pilulas de aloe, & notum est alterum illud: bitter im Munde/ stücket im Herhengrunde. Aloe balsamica est, & fel quoddam naturæ, bili, corporis balsamo tam similis fere, si concretionem excipias, ac ouum ouo. Hinc quibuscunque bilis deficit, iners, debilis est, cachecticis, pituitosis, seu phlegmaticis, torpidis quoad aluum & mores, obesis, torosis, vnice prodest, supplens quod deficiebat, & corrigens. Quibus itidem excedit, & obstructa est, præsentem simul humoris ferosi coagulo, iis quoque, licet quasi per accidens, vt iam diximus, confert, quatenus attenuat coagulum bilemque ad excretionem deficientem stimulat.

Qui vero biliosi sunt magis, bilem habent feruidam, acrem, fero magis priuam, siccioresque sunt, illis, continuato præsertim vsu, aloetica nocent; & quidem tum siccando magis, tum, quod in aliis quoque commune est eius vitium, quatenus tenesimum hæmorrhoidalem excidat, vel hæmorrhoides ipsas ciet, quo nomine solo *Scaliger* illam loco citato admittit & laudare cogitur, si id necessarium fuerit, posita obstructione earundem. Observatumque est nobis, bilem copiosius affluentem hæmorrhoides immodicas citasse in viro primario, quod alibi laudauimus; & certum est, eos potissimum hæmorrhoides, imo solos quasi pati, qui sunt atrabilarii magis, i. e. quorum bilis acribus acidis humoribus est confermentata, vt magis hinc stimulet.

Pertinet huc etiam crocus ipse ex parte, qui in ictero egregie prodest, ad inertem & viscidam bilem expediendam.

3. Bilem refrænant *acida*, iam satis adducta, inprimis hepatic.



patic. rubrum Dresd. dictum, quod ruborans simul est, ob fan-  
dali accessionem, aperiens & digerens egregium.

4. *Terrea & absorbentia* quoque motui bilis efferato fre-  
num ponunt, quatenus a terreis, inprimis simul mulcilaginosi  
particulis, spumescencia & feruor contemperatur, maxime vero  
si humores acetosi simul lateant. Hinc crySTALLUS mineralis a  
*Lang. l. 3. ep. 4. p. 899. & Valeriola l. 4. enarr. 3. p. 536.* bilis porraceæ &  
æruiginosa propria antidotus vocatur, seu in febribus luxuriet &  
exuperet, seu in cholera & dysenteria effrenis sit. Sic lap.  $\text{S}$ .  
mater perl. & alia huc faciunt, inprimis vero in affectibus hepa-  
tis laudatissima est cinnabaris nativa, particulis sulphureis acri-  
moniam salinam temperans & absorbens, mercurialibus coa-  
gulum &  $\text{S}$   $\text{A}$   $\text{O}$   $\text{I}$   $\text{V}$  resoluens, vtrisque eximie temperans excessum  
omnem. Fœmina primaria dolore dextri hypochondrii cum  
serpiginibus pruriginosis & admodum molestis conflictata, fru-  
stra adhibitis aliis, solis curabatur perfecte cinnabarinis.

Præstat in eiusmodi casibus intimius morbi & medicamen-  
torum vires inquirere, quam in vno acidi & alcali abstractiuo  
conceptu acquiescere, dantur enim casus, vbi & alcalina & acida  
vtraque profunt, licet sibi contraria, sed diuerso respectu, vt in  
podagra, calculo, affectu hypochondriaco ipso, testante id ab-  
unde experientia. Et hæc laudata conducunt in ictero, gutta  
rosacea, lepra, scabie, phthisi, tertiana &c.

*Tonum* vero roborant & villos, quæcunque acinos glando-  
sos firmant, humores vero superfluos lymphaticos aquosos a-  
mouent, v.g. 1. *leniter styptica*, quæ cum partium tenuitate etiam  
terrea sunt in recessu & adstringunt aperiendo, & aperiunt ad-  
stringendo, vnde hæc ipsa sunt  $\text{A}$   $\text{S}$   $\text{I}$   $\text{V}$  hepatica, vt cinam.  
cichor. rhabarb. hinc anima hepatis dictum, sandala omnia,  
schœnanth. ebur f.  $\Delta$  ppt. corall. spec. diatr. sand. diarh. abb.  
quas diarhodon hepatis vocandas censet *Heer in obs.* Inprimis  
vero hanc vicem sustinent amaricantia, in quibus natura vices  
atque operas insigniter partita est.

2. *Absorbentia vitriolata*, vt martialia, maxime hepatica,  
icteri, chloroseos, hydropis, scorbuti, affectus & melancholia  
hypo-



hypochondriacæ vnicum & summum remedium, quæ quidem iam satis nominauimus. Hinc martialia magis in laxis & præhumidis malis conueniunt, abundante, vel exundante & vapescente lympha, quam sicca intemperie, vbi eadem deficit, præterquam humida forma.

3. Lympham vel *discutientia*, vel superfluum spissescentem *resoluentia*. Quo loco obiter notandum est, impuritates sanguinis ad exteriora redundantes imprimis characterem suum & fontem nascisci in hepate, vt lues vetera, scabies, lepra, quatenus & bilis erodens, & lympha spissescens ibi potissimum residet & dominantur. Et ex hac ratione *mercurialia* sunt hepatica, quippe quæ summam habent vim & præcipuam resoluendi ferum & lympham, vt fluore recepto æqualiter decurrat, nec grauet partes. Par ratio est *antimoniorum*, bez. ꝑial. & diaph. ꝑ ꝑial. cachect. essent ꝑii, item *diaphoreticorum*, vt ess. lignorum, decocto eorundem & similia.

Conueniunt hæc tum seorsim & speciatim in fluxu hepatico dicto, exceptis mercurialibus, tum in reliquis quoque attendenda veniunt.

Merentur vero & circa horum singulorum vsum attendi quædam cautelæ ac monita practica. Quorum vniuersale esse hoc potest: 1. *in hepaticis non solum bilis, sed & lympha vitia attendenda, ne vel excedat vel deficiat.* In hoc vero maxime peccatur communiter, dum aperire sustinent citra diluentia. Omnis obstructio vasorum notat motum impeditum humorum, tum ab intrinseco ipsorum cumprimis vitio, tum ab extraneo quocunque.

Ad motum vero requiritur non solum status blandus, vt non acidus, austerus, tartareus viscosus sit humor, verum ipsum principaliter humidum, absque humido enim nulla fluxilitas, nullus in corpore motus fit.

Hinc obseruauimus sæpe hypochondriacos, imprimis virum literatissimum, qui dolore hypochondrii dextri per aliquot annos laborauerat, a chemicis fortioribus & exsiccantibus omnibus lafos eximie, malo potius exasperato, quibus sola infusa ex



aperientibus, & humectantibus, non omisis acidulis, opem tulerunt. Hinc in opprobrium sæpe medicorum dictæ iam acidulæ asylum sunt & extremum morborum remedium, quatenus aperientes, quas possident, virtutes vitriolicas & martiales plurimo diluente humore habent immerfas. Hinc decocta lignorum non tam sola vi diaphoretica iuuant, quam diluente & fluxilem reddente lympham, neque enim essentia, spiritus vel olea eorundem æque iuuant & id præstant. Hinc obseruauit sæpe *Heer. obs. 22. p. 264.* melancholicos, quibus hepar æstuabat, nimio guaiaci vsu elephanticos factos, alios, qui calidiori essent hepate, nisi dilutissimum potum sumerent, eumque ex ligno longe a cortice remoto concinnatum, icterum aliaque mala seuerissima sibi peperisse, vbi etiam egregium exemplum refert dignum lectu. Hinc continuo aperientium non simul diluentium vsu læditur hepar; imo ipsa materialia, ipsum rhabarbarum noxium euadere potest.

2. *Ita adstringentibus vitendum tonicis in affectibus hepaticis, ne obstruamus*, præcipue quando obstructions curandæ adsunt. Neque quod de adstringentibus cum certa conditione talibus dictum est, intelligendum de iisdem absolute & simpliciter. Sicant enim adstringentia, & ficcando hinc lymphæ motum impediunt. Valet id ipsum quoque de croco martis adstringente, quo ipso sæpe partes læduntur, nimio usu.

3. *Aperientia moderentur adstringentia, adstringentia aperientia*; seu optima sunt, vt iam innuimus, hepatica, quæ aperiant & humorum motum promouent, vna vero laxitatem eiusdem prohibent, quoad acinos glandulosos.

4. *Dulcia non humectantia facile bilescendo hepar lædunt*. Vt enim passulæ sunt hepaticæ, quod blande humectent simul & bilem inertem suo quoque modo corrigant; ita mel, saccharum, sirupi facile non solum bilescunt, sed & cœnosum reddunt sanguinem ac lutulentum.

Tacemus exterius quoque hepatica illa locum inuenire, quæ mediantibus poris virtutes interius vibrant, digerentia, aperientia, demulcentia, & alia id generis, quamuis refracte agant, imprimis in dolore vel ardore dextri hypochondrii.



## LIBRI I. SECTIO III. CAPVT IIX.

De

*Spleneticis.*

**P**rius, quam progrediamur vltcrius, dicendum est aliquid de magneticis remediis inprimis hepaticis & splenicis. In mentem venit, quod ad ardorem ventriculi seu sodam curandam in aulis quibusdam solenne est vti carlina scandente, post florem perfectum in semen fatiscente, quæ solo obtutu eandem curat.

Nouimus nobilem eruditissimum, qui malo isto mirum quantum vexatus vna hac vtitur antidoto, cum insigni successu, nulla forsan alia de causa, quam quod aspectu illo archeus moueatur tortius ad resistendum efferuescentiæ illæ humorum acidiorum & biliosorum constringentium, vnde & nobis audit die Good. Distel.

Sic etiam tinca & hepatis & spleni medendo communes laudes obtinet; in ictero quidem ista sine dubio agendi ratione, quod (1.) actuali frigiditate ardorem visceris temperet, a consistentibus humoribus ibidem pronatum; (2.) domito frigore & calore corporis iam excitato, poris magis laxatis ab humido coniuncto, facilius inuitari humores subcutaneos biliosos, vt in aliud quoque hoc corpus migrent; idque hinc cum successu non inualido, qualia exempla vidimus ipsi. Pertinent huc de splene memorata a Cl. Deodato pant. hygiast. l. 1. c. 11. p. 109. qui scribit Patauii se obseruasse, tincam piscem lienis tumori viuum alligatum, tumorem abstulisse, & ea quidem vehementia, vt citra ægrotantis periculum ob nimiam, (ita loquitur porro) attractionem diutius detineri non potuerit. Sic & Matthiol. pref. comm. in Diosc. scribit: hemionitidis contactu spleneticos sanatos scimus.

Vt symbolica viscera sunt quoad depurationem sanguinis hepar & lien; ita & symbolica & affinia remedia sunt hepatica &



& splenetica, non solum his visceribus, sed & pancreati, mesenterio aliisque *κατὰ τὸν χοληδον* contentis medentia. Cum vero splen maxime dispenset in corpore serum & eius qualitates, hinc medicamenta splenetica dicta respiciunt impedimenta illa ipsa, quæ hic loci se offerunt, seu salia syluestria, impura, & tartarea sanguinis.

SPLENETICA ergo I. sunt, *quæcunque motum sanguinis & seri, in colatorio hoc suo retardatum tollunt*; quatenus vincula extranea laxant & annihilant, seu humores acidos, ponticos, austeros excessiuos, & sanguinis partes volatiles figentes corrigunt

Faciunt id v. g. (1.) *aquea* diluentia & temperantia, aqua fumar. acac. aperit. polychr. Rolf. decoct. aperit. Mes. fl. & fr. Ex simp. becabunga, fl. bugl. borag item serum lactis caprini, succi herbarum antiscorbuticarum, modo iis non abutamur, fir. de pomis, thermæ, acidulæ, vnicum sæpe splenetorum remedium; hæc quidem, si interius adhuc mali consistat feuities, & æger sit ficcioris temperamenti, illæ quando ad exteriora, articulos, pedes, cutem magis impuritas vergit, & æger est serosior paulo & habitior, modo cætera consentiant.

Diluentia vero hæc ipsa, singulis quasi communia maxime locum habent quando simul humores serosi deficiunt, vnde in deliriis & vigiliis melancholicorum eximie profunt.

(2.) *Lenia aromatica & amara*, vt, præter dicta sub hepaticis, rad. aspar. filic. ebulus, fumaria, cicutaria, fol. buxi, sem. fraxin. fl. genist. summit. & essent. pin. elix. propr. simpl. & antisc. *le. M. Fear.* extr. splen. bou. pulu. stom. Quercet. absinthiaca, pulu. latificans, ex aromatibus maximam partem & temperatis constans, tum alias utilis hypochondriacis, tum in palpitatione cordis eorundem.

(3.) *Alealia*, fixa & volatilia; hæc quippe cum acido morbofo configunt, idque domant & extinguunt, fluxilitatem humoribus deficientem restituentia; vt plantæ antiscorbuticæ omnes, ipsum quoque asarum, & ex bis parata, aqua hepat. nob. nostro more parata, anima rhabarbari vera, spir. cochleariæ



riæ cum  $\Psi$ , & vrinofus,  $\Theta$ is  $\text{F}$ ri volat. spir.  $\Theta$ \*ci  $\text{f}$ , vinofus & oleofus varius, hic in cruditatibus & flatibus coniunctis, ille in deliriis fumme proficuus, vel ipfi potui largiter inditus, vt nefcii quafi eundem hauriant, imo & exterius odoratus fpiritus fixatos vnice reficit. Adolefcens melancholicus, fummo capitis dolore & anxietate laborans, ita, vt ad incantamentum, malum referretur, leuamen fubinde fenfit a fale ammoniaco lixiuio indito, excepto naribus odore. Sic & ipfe in palpitatione cordis, inprimis caryophyllatus, & fyncope hypochondriaca, præcipue vero in quartana, in liene vt plurimum radicata, fumme prodeft. Sic Ra  $\text{F}$ ri eximia quoque eft, & falia abfinth. cent. min. iunip. non folum in febribus, fed & aliis cafibus conueniunt.

4. *Alcalina*, terrea & refoluentia, ex fimplicibus lap.  $\text{S}$ . corall. conch. præp. lap. lazuli; e plantis asplen. fpicantha, fcolopendr. Lapides  $\text{S}$  cum vino bullitos tum alibi, tum in *pleur. fur.* *Helmontius* dilaudat, vbi dolori lienis ftatim fe obueniſſe, ſcribit potu vini bulliti cum lap.  $\text{S}$ . vnde intra paucos dies omnis dolor & ponderis moles euauerint, p. 323. Lap. lazuli naturæ ſolaris, fruſtra vulgo inculatus ſummæ acrimoniæ & venenoſitatis, cum pulueribus purgantibus mixtus & per ſe in magiſterio melancholicis egregie ſubuenit. Vnde inſtar regulæ eſſe poteſt, *hypochondriacos & ſcorbuticos a præcipitantibus ſummum accipere remedium.* Faciunt huc cinnabarina, pulu. cachecticus maior & minor, pulu. abſorbens noſter ſimplex & cum vitriolo martis, quocum ſpleneticis ſæpius ſubuenimus. Imo ſi dicere volumus, quod res eſt, tam decantata materia perlata nihil aliud eſſe vel agere videtur, quam eiſmodi puluis præcipitans ex lap.  $\text{S}$ . matre perl.  $\text{S}$ io diaph. factus. Sic & Ra. corall. cum ſucc. citr. ſpir. lignor. mannat. ad confortandos hypochondriacos prodeſt,

(4.) *Martialia* merito hypochondriacorum & ſcorbuticorum panacea ſunt & dicuntur, (de quorum agendi modo iam diximus ſatis ſub aperientibus,) inprimis ſolida forma gaudentia, vt croc.  $\text{F}$   $\text{A}$ tus, ſaccharinus, cum ſalibus &c. pulu. cah.

Z

Querc.



Querc. simpl. & cinnabarinus, item Glum ꝑtis & tinct. ꝑtis  
 Oris vulgo dicta, quæ nihil aliud est, quam essentia vitrioli ex  
 misy in aere calcinato, & per se in puluerem fatifcente, cum a-  
 qua ror. mai. extracta, siue sibi relictæ, seu cum arc. ꝑri in mo-  
 mento tincta. Laudari hic potest quoque essentia ꝑ vitriola-  
 ta antiscorbutica, ex Gl. ꝑ. fl. Elis \*ci ꝑlium a. p. j. v. g. ꝑꝑ.  
 & Nus cochlear. ꝑvj. vel viii, extrahenda l. a.

Hæc vero vna etiam serum exuperans corrigunt, vnde pro-  
 sunt in obstructionibus viscerum, hypochondriorum, hydro-  
 pisis initio, cachexia, palpitatione cordis, scorbuto, melancholia  
 hypochondriaca, doloribus & tumoribus hypochondriorum,  
 imo cum hypochondria sint fomes quasi omnium morborum,  
 hæc ipsa quoque ad affectus capitis, neruorum aliosque exter-  
 nos ambitu suo latius patent & spectant, in paralyfi scorbutica  
 v. g. & aliis.

II. *Splenetica feris statum volatiliorem seu acrimoniam & lixi-  
 viositatem respiciunt & tollunt*, vnde φλόγωσις, ebullitio & rare-  
 factio sanguinis maior, dolores arthritici scorbutici vagi, sudo-  
 res colliquatiui scorbutici, nocturni, vigilæ, inquietudines, pa-  
 vores, aliaque oriuntur. Singulis his frenum iniiciunt tum  
 communia, diluentia aquea, tum (1.) *acidula*, vt cremor & cry-  
 stalli tartari, hep. rubr. spir. aper. Penot. rad, & herb. acetos.  
 Rr aperitiu. item mala citria. Vti enim qui diutius in navi ve-  
 huntur in Indiam, ob maris effluuia vliginosa plerumque scor-  
 butici fiunt; ita testatur experientia, illos ipsos nautas, si acci-  
 piant mala citria, iterum conualescere, quatenus resistunt pu-  
 tredini, & salia morbosa terrestria M.S. præcipitant.

Tum (2.) *austeriuscula styptica*, quæ fluorum sunt reme-  
 dia. Vt enim in priori statu strictura adest humorum, fixitas  
 spirituum, torpida omnia; ita hic laxitas, fluxilitas, mobilitas.  
 Ille stimulo, hic freno indiget; felix, qui moderari singula, vt  
 decet potest. Hinc & opiata optime profunt splenicis, modo  
 cum humectantibus, præcipitantibus, temperantibus dentur.  
 Exemplo esse præter alia possunt menses immodici, frequenter  
 in scorbuticis occurrentes, nonnunquam quidem simul, quod  
 de



de aliis quoque hæmorrhagiis valet, ab obstructione viscerum, quatenus coangustatus sanguis denegato sufficienti spacio, exitum quarit necessarium; sapius vero ob salium rodentium lixiviosorum, vel cum acido mixtorum copiam, item ob tonum viscerum, & hoc loco vteri, læsum, vbi, præter V. S. temperantia *ὁπρὸς τὸν σπλῆνα* hæc ipsa profunt vnice.

Facit huc & spiritus  $\mathcal{F}$ is, siue ex  $\textcircled{\text{O}}$ lo  $\mathcal{F}$ is destillatus, quod pretiosum est & minus vtile, seu confectus solum per mixtionem & solutionem  $\textcircled{\text{O}}$ li  $\mathcal{F}$  in spiritu  $\textcircled{\text{O}}$ li. Sic etiam huc pertinet tinctura corall. cum tinct.  $\mathcal{F}$  adstr. Zwölff. mixta, roborans egregium. Taceo vomitum cruentum, scorbuticis & splenicis familiarem.

(3.) *Terrea* quoque iam dicta huc conferunt, & inter hæc galeopsis quoque. Saturnina planta, vrtica ista, *inquit Solenander consil. med. l. 1. cons. 13.* quæ in foliis maculam habet albicantem, a Plinio lamium vocata, a Bononiensibus milzadella dicitur; cuius virtus in obstructionibus & affectibus splenis probata est. Meminimus ludimoderatorem hypochondriacum puluere florum horum feliciter vsu.

III. *Splenetica respiciunt & tollunt recrementa pituitosa tartarea, limosa, sero immersa, & facile in sabulum conuoluta, arenulas ac calculum ipsum fatiscientia*; quod ipsum præstant aperiencia generosiora, & (1.) quidem *acida*, potentissima tartari concreti & coagulabilis remedia. Inprimis vero laudatissimus est hoc nomine *salis*, & ex eo parata tinctura aperitiua *Mabii*, quæ nihil aliud est, quam spiritus salis refractus & tinctus. Refractus sale tartari, spiritu salis  $\mathcal{F}$ ri vol. vitri puluere, vel quocunque alio alcalino; tinctus torna solis, vel fl. viol. horumque tinctura. Hæc famosissima erat & viuentis B. *Mabio*, & post fata illius, vt lucrum & famam autori conciliauerit.

Operæ pretium est, eius encomia ex literis eiusdem in concione funebri expressis, huc excerpta dare: tinctura aperitiua est panacæ hypochondriaca, confortat fermentum stomachale, excitat appetitum, discutit flatum, aperit venas mesenterii & lacteas, pellit tartarum hypochondriorum, aperit lienem & ob-



structiones hepatis, sistit sitim & calorem internum præternaturalem, pellit vrinam, calculum, præservat a putredine, fouet calorem naturalem. (corrigeno cruditates;) cum fructu adhibetur contra hydropem, cachexiam, pallorem, icterum, colicam, febres &c. Quæ, si prudenter applicentur, longe sunt verissima.

(2.) *Alcalina & enixa*, seu falia varia, inprimis etiam sal ammoniacum eiusque flores, & cum eodem paratus liquor martialis e floribus martialibus nigrioribus vitriolicis, in fundo cucurbitæ post perfectam sublimationem reperiundis per deliquium solutis, commodissime cum ess. absinth. ess. lign. aloes in Ram  $\mathcal{J}$ is absinthiacam & balsamicam, cum elix. propr. addito ol. caryophyllorum, cum M. S. antiscorbutica ex spiritu cochleariæ  $\mathcal{F}$ ri &  $\Theta$ is striato, additis essentiæ anodynæ aliquot guttulis, aliisque miscendus.

Speçtat huc etiam arcanum  $\mathcal{F}$ ri rite elaboratum, & ex his parata, vt Ra  $\mathcal{J}$ is, cum eodem liquore martiali extemplo in id prouide instillato confurgens, imo aquæ quoque martiales. Hinc pro more sæculi *Lang. l. 1. ep. 48.* Præsentissimum indurati splenis remedium dicit aquam, in qua ferrum candens extinctum.

(3.) *Aromatica*; vt enim splenetici sunt sputatores & flatulenti, ita stomachica aromatica iis egregie subueniunt, v. gr. spir. menthæ, elix.  $\Theta$ li Mynf. ess. carmin. & alia.

(4.) *Abstergentia, diuretica & nephritica*, non solum calculo futuro contrauentia & arthritidi, ischiadi, aliisque doloribus scorbuticis; verum etiam copiosos serosos humores & restagnantes auertentia, vt in hydrope, cachexia.

Resoluentia hæc & externe eximie conueniunt, v. g. ol. carmin. Mynf.  $\mathcal{F}$ ri fet. cappar. laterin. empl. de cicut. cerat. de ammoniaco Foresti, empl. ad quartanam ex odoriferis Helmont. empl. magneticum &c.

Et hæc ipsa non solum causam vnã affectus hypochondriaci, nempe ἀέρωσις chyli impeditam respiciunt, p̄uuitam ventriculi abundantem nimis expediunt, μολυσσις, seu inertem chyli

mas-



massam corrigunt; Verum etiam alteram, depurationem sanguinis læsam restituunt, & ab vtrisque deductos affectus tollunt, nominatim palpitationem cordis, syncopen, quartanam &c. Hinc & in arthriticis & nephriticis curandis hypochondria semper respicienda; optimaque sunt eo casu medicamenta salina, vtrique conuenientia, vt spir. ☉. tinct. ☿. ri. arc. ☿. ri.

Egent vero & hæc suis cautelis, facile ex dictis fluentibus.

1. *In genere variant splenetica pro vario & diuerso splenetorum statu.* Non vno eodemque se habent splenetici modo, ita enim generali & latiori vocis vsu hypochondriaci, & scorbutici audiunt. Pertinet huc communis & simplicissima scorbuti diuisio, quod vel calidus sit vel frigidus; diuersis vterque stipatus symptomatibus. Multum ergo interest, qui quibus vtantur, & quæ medicamenta magis polychresta sunt, & singulis magis conuenientia, præ reliquis quoque esse splenetica constat.

2. *volatilia tum salina, tum spirituosa & aromatica scorbuto frigido profunt, calido nocent.* Nocent, quibus humores serosi sunt efferati, mobiles & exacerbati, vnde vigilæ, inquietudines, φλοζώσις, anxietates, motus spirituum turbatus, omnia sursum deorsum mouentur, turbantia & lacescentia archeum. Plurimum interest, non irritare quiescentem hostem, nec crabrones irritare.

3. *Acida splenetorum remedia.* Non negamus acidum morbosum sæpe in his peccare, negamus vero in morbis ab acido oriundis acida non esse remedia. Conueniunt incisoria, virtute in fixitate humorum, cum aromaticis inprimis. Profunt figente, temperante & præcipitante natura, in rarefactione nimia, & inprimis in solenni scorbuticorum hæmorrhagia quod de egimus *Ann. III. Ephem. Germ. obs. 106.* Profunt in coagulo humorum tartareo corrigendo & resoluendo; idque omne præstant cum insigni efficacia.

4. *Diluentia vt aperientium, ita & splenetorum inprimis aëuationi vniuersæ velificantur.* Eo nempe statu, vbi serum non abundat, vel restagnat, nam alioqui noxia potius fuerint, ha-



bita tamen ratione ventriculi, ne facile noxam & labem contrahat. Frigida quin imo saepe præ calidis sunt conuenientiora, hinc maxime temperamenta sunt distinguenda & coniunctæ intemperies.

5. *Vt fixitate magis lien præ hepate peccare solet, sic & maiori volatilitate & acriuitate medicamentorum gaudet.* Communia enim quidem & symbolica sunt utrorumque remedia, respectiue tamen lieni maior gradus aperiendi debetur, quam hepatis, quod bilis respectiue minus fixior sit natura sua.

6. *Dulcia spleni minus amica;* neque enim quæ reliqua præstant, ipsa cum aliis habent communia; non fixitatem humorum corrigunt, non volatilitatem & lixiuositatem, non limositatem & coagulum; quin omnibus potius cooperantur & producendis inseruiunt, quam auerendis. Hinc quæcunque dulcia sunt splenetica, vel splenetice gratiam conciliare debent, speciatim sunt notanda. Notabilis est radix polypodii, splenetica omnium concessione, dulcis, sed temperata, præcipitans, terrea simul, unde mobilibus reddendis & extergendis fixis terreis humoribus inseruit.

Alia vero saccharata & mellita minus hoc priuilegio gaudent, vnde tot sirupi aperitiui merito castrandi sunt & immutandi. Hinc egregio strategemate sirupi acetosi inter splenetica recensentur; vt abstergendi promptius exequantur minus, acida vero mitigentur.

Hinc sir. de pomis, & sir. sceletyrbicus Foresti habent quidem eximie locum, magis tamen secundaria medendi prouincia, quam primaria. Constat vero hic ex cochlearia & becabunga, illo quoque commodo, si secundum intentionem autoris iudicemus, vt volatile fixo temperetur. Hinc confectio alkermes licet splenetica vel maxime iudicetur, ob lapidem lazuli, aliaque, non tamen promiscue inter latificantia memoranda. Nocent vero præ reliquis, & *desiv*, quod fermentatiua vi non componant, sed potius exsuscitent feruidos, salios, acres humores, adueta simul bile, quæ in omnibus melancholicis simul peccat; vnde hysterica, epileptica, & similia symptomata facile



cile si non excitant, tamen exasperant, ipsaque dicta confectio alkermes non tam confortat eo casu, quam lædit.

7. *Martialia feces tingunt, vultus cient, motum corporis requirunt.* Grauant ventriculum eadem, nisi laxitas, humiditas & aciditas adsint, & contra ea quando operantur bene, feces tingunt, non alia ratione ac vitriolica dulc-austera cum sulphureis resinosis resolutis mixta; resolutis, inquam, cum liquore aqueo coniuncto; quatenus acidiores humores iisdem saturantur in ventriculo, hinc progressionem facta, accedente refina bilis liquida nigredinem ob præuiam vitriolescentiam expandunt & ad oculum sistunt. Hoc nisi fiat, vt non operantur, ita culpam inprimis in denegata resolutione hæreere certum est. Ructus vero cient, nisi minori quantitate & correcta dentur, non aliter ac affuso liquore acido bullæ excitantur plures, dominium caloris non æque agnoscentes. Motum vero corporis requirunt, vt actuato calore ipsa quoque magis resoluantur & prouoluantur, pigriora in se & resistentia.

## LIBRI I. SECTIO III. CAPVT IX.

De

### *Nephrificis & νεφριτικῶς.*

**C**Um non solum toto die experiamur, ex arthritide fieri nephritin, & vice versa, prout loco variat materia morbifica, & hypochondriacos quoque idem fatum experiri, ratione consentiente merito statuitur, conuenire tres hosce, morbos: calculum, arthritidem ejusque species, & affectum hypochondriacum, quoad causam materialem; Generalem vero tanquam matrem esse affectum hypochondriacum, ex quo ceu fonte proxime scaturiunt. Neque differunt nisi coagulo, seu quod illud ipsum materiale tartareum, minori in reliquis, maiori in calculo quantitate adest; in illis fluidum, in his concretum; in illis potentia, in calculo actu magis cohaerens.

Tres



Tres vero classes NEPRITICORVM constituiimus, neque enim plures indicationes circa hæc loca præcipuæ dantur, neque materia amplius patet. Resoluunt coagulum, seu materiale calculi; mitigant dolorem coniunctum & acrimoniam; pellunt, seu exclusioni calculi vacant, laxando vias & pellendo serum.

Optima & præcipua ac vniuersalia quasi sunt resolutentia. I. Resoluunt, quæcunque materiam tartaream disiciunt, & coagulum fieri non permittunt, exturbando sabulum & salinum vinculum, quæ ipsa sunt genuina lithonriptica.

Coagulum ergo hoc respiciunt resolutentia, seu in fieri constitutum, & materiale antecedens, qualia sunt amurcam venarum & sanguinis tartaream hypochondriacam defecantia, aperientia, anthypochondriaca & abstergentia, de quibus hæcenus abunde diximus; seu concretionem & separationem in renibus subiens, salis & terræ, interdum & pituitæ, symbolificatione.

Præstant illud principaliter *salina*, prout diffusa vel modificata aliter sunt, magis vel minus actiua. Adeoque etiam resoluunt improprie paulo aquosa, diluendo & abstergendo; quæ quo magis vel minus caractere salino sigillata sunt; ita quoque magis vel minus resoluunt, latitante sæpe sale, attamen satis efficaci. Talia sunt aqua alkek. cerefol. perosel. fragor. portulac. onon. vrtic. noli me tangere, nephriticæ aquosæ compos. vt lithontr. & antinephrit. *Mysf.* succus betulæ & exinde parata cereuisia, quod quidam fieri curarunt, it. iuscula, decocta, infusa varia.

Resoluunt *rad' ἐξοχύη*, vt diximus, *salina* omnis generis, siue sal illud magis sit latens, seu patens & productum; Latens in simplicibus, patens in præparatis magis. Sic lithonriptica sunt rad. 5. aper. mai. & min. onon. quæ in hernia quoque carnosæ est experta, rad. allii, pro arcano habita, si singulis vel nouiluniis saltim vel quadris particula sumatur, externe item; rad. pimpinell. saxifragæ hinc dictæ, rad. raphan. rustic. & saxifrag. albæ granulata, quam semen in officinis vocant, it. filipendu-



pendula. Ex herbis resoluunt petrosel. cerefol. saxifragia omnis, quò & saxifrag. aurea *Dodonai* spectat, heder. terrestr. virga aurea, herba thee.

De virgâ aurea non dubitamus insignisimum ac elegantissimum locum ex *Barclaji Satyrice p. 1. p. 51. seq.* totum laudare, transcriptum. Spondet enim calculoso triduanam curationem. Cui cum adnuisset æger, in proximo monte, vota faciens *Æsculapio*, virgam auream offendit, herbam sc. quæ calculo bellum indixit multò felicius, quàm aut veratrum amentia, aut vulneribus ascyron. Hæc laciniatis foliis piloque ita brevi, ut penè curiosos oculos fallat, crenis denique tenuibus & sæpè in obtusam speciem oras secantibus, mediocriter assurgit. Radix caulisque lignea subtiliorem succum in herbam transferunt. Planta ad ingenium terræ nunc cubitalis, plerumque eminentior, insignis fastigium floribus ad examen turgentibus cingit, & virgæ aureæ est nomen, siue quoniam aureæ ac penè diuinæ virtutis est, siue quod præstantis metalli colorem exigui floris venustas amulatur. Cæterum contusum in renibus calculum in innoxium puluerem solvit. Non in latere, non in vesicâ dolor; adeò ut tam facili remedio pudeat calculum timuisse. Etenim in hyemem siccatur æstiuis umbris planta, & vbi grauitas lateris coeuntem morbum præfagit, aureus puluis ad drachmam mero delibutus sumitur, siue ovo leuissimè cocto permixtus. Recenset verò obseruationem, quod vbi recentem plantam adhibere coactus fuisset autor, primo die nil visum sit ad morbum fecisse medicamentum: sed biduo deinde repetitum supra fidem est, quàm egregiè refellerit acerbissimum morbum: sordibus pulvis abundè vesicam exoneravit, cœnosumque saccharum penè sanguinis imagine pinxit.

Pulveris ejusdem virgæ aureæ mirabilem successum, à se primò diulgatum felici successu nobilem matronam comprobasse in innumeris nephriticis scribit *Car. Pisol. de seros. colluv. p. 388.* item probatum dicit *Solenander consil. p. 66.* de cocto verò herbæ thee vtentes Sinenfes calculum nesciunt quod absterfiva subamaricante vi egregiè exitum facili et generato ex necessitate materiæ calculo.

A a

Porro



Porro omnia ossæ & lapidosa, è vegetabili & minerali re-  
gno, sunt lithontriptica. Sic baccæ alkek. acac. arilli cynosba-  
ti, ossa dactylorum, nuclei ceraforum, mespilorum, perlicorum,  
lap. ꝑ. percarum, carpionum, ludus humanus, lap. iudaicus  
lyncis, nephriticus, pisolidus huc faciunt. Item lignum ne-  
phriticum, aquas inficiens, millepedes preparati, ob sal ni-  
trosum volatile, quo pollent, ex compositis troch. de alkek pulv.  
lithontripticus A. ex acidis crem. & cryst. ꝑ. ri. us Ælis simpl.  
& coagul. clyst. ꝑ. i vterque, Ra aperit. ex Ælis Ælat. *Mysf.*  
arcan. duplic. eiusdem, ex alcalinis sal succini vol. liquor. &  
magist. ocul. ꝑ. Ra ꝑ. ri simpl. & compos. it. liqu. nephrit. ani-  
mal. & mineral. *Mich.*

Resoluunt ergo *salina* omnia, seu *acida*, seu *alcalia*, seu *media*,  
singula diuerso respectu & suo agendi modulo; salia verò volati-  
tia, si sal succini sulphureum & unctuosum simul exceperis, in  
hoc censu fixis minus sunt efficacia facilius quippe dissipabilia,  
nec operationem suam illuc differentia.

Resoluunt etiam *salina - sulphurea*, tum temperantia, præ-  
pollente sulphure magis roscido & aquoso, vt rad. glycyrrh. se-  
men dauci *Helmontio* celebratum, lithospermi, seu milii folis, vio-  
larum, cuius in ischuriâ vsus expertissimum deprehendimus,  
laxatâ simul aluo, (quod in nephriticis pro beneficio est;) it. se-  
men lycopod. seu anthera musc. terestr. clauat. Ex animalibus  
seu marinis celebre est sperma ceti, cuius vsus resoluens &  
in asthma, casu ab alto, tussi & aliis casibus notissimus, &  
in calculo quoque eximius, cum ocul. ꝑ. v. g. & sale vol. suc-  
cin. mixti. Tum magis actiua, sulphure volatili resinoso & sale  
magis fœta, vt terebinthina, succinum, baccæ iunip. rob. &  
malu. iuniper. ol. iunip. spir. & ol. tereb. spir. nephriticus com-  
pos. Violaceo odore vrinam tingunt hæc ipsa oleosa, inprimis  
terebinthinata, quatenus intimè in sero resolutam resinositatem  
suam sulphuream balsamicam in sero, & consequenter vrinâ  
expandunt & explicant.

Resoluunt *mixta*, quæ vtroque principio fœta & mixta,  
inter se sunt ex diuersis particulis, duplici sine satisfactia.

Sic



Sic puluis commodus resoluens est ex *pro* *Clato*, lap. *ᾠ*. cryst. *ᾠ*ri & sem. lycopodii, alique similes. Singula hæc salis tartarei eminentiam, seu salis & terra symbolisationem eneruant, arenulas & sabulum cum urinâ educunt, archeum renum confortant, coagulum & fermentum calculi disiciunt eunque atterunt, pituitosum verò mucum attenuant & liquant.

II. *Mingant* dolorem & acrimoniam, vellicationem & tensionem spasmodicam plexûs neruosi & membranosi attendentia. Hæc ipsa vt maximè sunt necessaria, ita id præstant in genere, quæcunque spicula acuta, triangularia, salina edomant, & ad frugem reducunt, seu pondere & mole coniuncta sint renibus onerosa & molesta, seu solâ rosione,

Mitigant (1.) *aquea-pulposa* & gummosa, quæ inuiscent quasi & obtundunt salium vim illam, vt rad. alth. pulpa cassia &c.

Mitigant (2.) *aquea-oleosa*, vt emulsionem, lac & semina in emulsionem liquata; quæ & stranguriam respiciunt, & cantharidum sunt antidotus. Exemplum tale annotauit *Langius l. 1. ep. 47.* & nos confirmile quoque obseruauimus, refrigerando hæc & temperando simul stimulum seminalem *δρασμῶν* temperant.

Mitigant (3.) *traumatica, neruina, balsamica*, & pro re nata leniter adstringentia. Inter traumatica plantago, eiusque essentia, extractum, sirupus, laxitatem renum, inprimis diabeticam, egregiè corrigunt; essentia item traumatica, puluis stypticus. Sic & cinnabarina in paroxysmo cum oc. *ᾠ*, seu resoluentibus & anodynis sunt laudatissima.

Mitigant (4.) acrimoniam simplicem, seu cum feruore & *δρασμῶν* altum, non item cum rosione coniunctam, *αισδα*, quorum instar omnium, præter dicta alia, est hepaticum rubrum.

Mitigant (5.) *anodyna*, vnicum naturæ laborantis & afflictæ solatium. Hæc quippe non remoram iniiciunt viis, vel obstruunt, sed vrgentes dolores sopiunt, vnaque roborant naturam, vt non tentatur membranofum genus nimis, & induciis



concessis fortius infurgat, quin ita iuuetur, vt tolerare possit, vt vincere. Ut enim pellentibus summa noxa infertur nephriticis; ita à sedantibus summa virtus expectanda.

Profunt illa tum aliis in casibus, tum in calculo paroxysmante, & mictione cruenta potissimum; Opiata verò magis in renibus primariò affectis & lancinatis, non item in feminis æquè vitiis.

III. *Laxant* vias & educunt partim *aquosa*, vt, præter alia laudata, thermæ, acidulæ, & potus ipse; nisi enim hic suppetat, non æquè & commodè educationi aptatur calculus, nec viæ, per quas, renum tubuli, ureteres, & ductus vrinarii è vesicâ, æquè expediuntur, quæ in actu præseruationis & curationis officium faciunt.

Inter hæc laxando mitigantia & mitigando laxantia sunt optima, breuiter, oleosa liquida vel quasi talia, internè & externè optima, v. g. ol. amygd. dulc. tum solum, tum cum vino maluatico haustum. Hæc ipsa sanè in ischuriâ & præclusionè exitus à sabulo vel calculo maiori insigniter profunt. Adeoque & in paroxysmo nephritico cum reliquis, imprimis resolventibus, quæ anima quasi sunt lithontripticorum, maritata, plurimam opem præstant; præcipuè illa, quæ vtrumque, præstant, & emolliunt scilicet & resoluunt, vt sperma ceti, aliaque, & dolores ipsos leniunt.

Exterius huc faciunt *clysteres* ex emollientibus & nephriticis; *balnea* ex iisdem, *linimenta* ex ol. scorpion. f. & Matth. iunip. succin. chamæm. anif. &c. Parata; item *unguenta* ex unguent. dialth. c. oleis destillatis remixto, & *Cataplasmata*, quibus omnibus curatio calculi absoluitur reuerà, vnà cum symptomatibus ipsum comitantibus.

Circa hæc verò, non minus ac in aliis, cautelæ quædam habent locum: 1. *Quæcunque renibus, eadem & vesicæ convenient.* Officium enim habent mutuum & sororians, mireque sibi consentiunt & connectuntur. Uude non alia sunt medicamenta, pro vesicæ calculo, quàm pro renali; non differunt nisi loco, qui solus tamen attendendus probè est, cum & ischuria alia vesicâ

ple-



plenâ, alia vacuâ fiat. Neque obstat, in vesicâ quoque calculum augmentum capere & concrefcere posse, vti ad aliquot uncias sæpè excisus fuit, qui à renibus nunquam potuiffet saluâ vitâ detrudi; à renibus tamen materiale calculi suppeditatur, quod ab archeo vesicæ læso, quatenus ibi fit segregatio major, quàm fieri non debebat, in coagulum ibi fatiscit, non quod spiritus lapidificus sit in renibus, sit in vesicâ, sed in ipsâ materiâ coagulabili, salino-tartareâ. Conueniunt vtraque generali illo magmatis tartarei obice, differunt specialibus vt morbis, ita & remediis, habito tamen semper ad se invicem respectu, id quod etiam de mictu cruento diabete, & aliis valet.

2. *Qualibet remedia nephritica debentur suo indicanti speciali.* Felix, qui hæc tum in his, tum aliis quoque nouerit. Nouerit enim reverà specifica morborum omnium remedia. Hinc ipsa dicta nephritica inter se non sunt confundenda. Singula nempe sunt nephritica, sed non omnibus æquè nephriticis proficua; non sunt ergò temerè confundenda inter se, ne doloribus pellentia, pellentibus anodyna substituamus. Distinguenda sunt tempora, distinguendi sunt affectus, distinguenda etiam remedia. Cumque imprimis pellentia noxia esse possint & soleant, pellentia vrinam, pellentia cum vrinâ calculum, de iis seorsim dicemus. Duplicia hæc sunt diuretica, calida & frigida, quæ vtraque nocere possunt, partim, licet per accidens, quatenus compactionem calculosæ materiæ iuuant, factâ indecenti separatione eorundem vsû. Adeoque calculum in fieri compingunt magis, ablatâ v.g. portione aqueâ, relicta tartareâ; partim, quatenus præsentem calculum, eumque quietum, intempestivè ad pelvim è loculis & tubulis suis præcipitant, vnde ischuria promptè consequitur. Inter calida sunt olea destillata nephritica, succin. iunip. tereb. & cum his præparata, bals. *Ætis* v.g. largiori etiam quantitate hausta. Vidimus inde non rarò ischuriam, vel dolores saltim auctos, quandoque & mictum cruentum exortum. Inter frigida succus betulæ, & acidulæ imprimis hæc vice memoranda; à quorum primo diabetem vidimus factam, ab altero ischuriam lethalem in B. Wigando, cum in paroxysmo ne-



phritico, medico inconsulto, bibisset acidulas, unde ab ipso illo momento vrina substitit, ad mortem vsque per XI. dies.

3. *Videndum in singulis, quid magis urgeat, quid contraindicet.* Hinc licet resoluentia *ναλ' ελεχνη* sint nephritica, expediant obstructiones & coagulum tartareum ac pituitosum, vt vrinæ secretioni & collectioni liber detur transitus, adeoque calculosis, infarctui renum & vreterum, eductioni arenularum, ischuriæ vnicè conueniant, archeumque renum debilem sollicitent; attamen dantur casus, vbi stant post principia & nocua potius quàm proficua sunt. Quando nempe vel erosio adest, vbi non nisi temperatiora ex his simul profunt, ut oc. 25. vbi asperitas viarum lenienda est in scabie, calculo, exulcerationibus, ardore à cantharidibus doloribusque inde productis, quod & de *ουρηνόις* valet omninò, sed & mitigantia neruina, roborantia, paregorica, anodyna profunt, roborando, consolidando & mitigando debita; Vel, excretoria actio nimis citatur, vt freno egeat, in dictis partim, partim verò & præcipuè in diabete, mictu cruento, viarum laxitate, & suo modo quoque in pollutionibus & gonorrhœâ, incontinentiâ vrinæ. Proficua tunc potius sunt temperantia, mucilaginosâ, terrea, glutinantia, traumatica, leniter adstringentia, remorantia refrigerantia intus & extus adhibenda, quæ sopiendi & demulcendi vsu naturæ succurrunt.

4. *Nephritica, si que alia, vehiculo egent humido.* Et eo quidem tum alimentario, tum medicamentofo. Cum enim perpetuum ibi fiat stillicidium, illud nullo modo interrumpendum sed iuuandum potius potu & humectantibus. Hinc calculosi, cum non possit nisi mediante vrinâ prouolui fabulum & calculus, à potu manifestè iuuantur. Neque verò onerandi etiam renes nimis sunt, quod in ebriosis fit, unde & vesica plus iusto extenditur sæpè, & renes debilitantur in excretionem.

5. *Topica internorum vim iuuant, illi loco applicanda, vbi penetrare, vel iuuare magis per accessum possunt.* Iuuant vim internorum seu laxandum, seu mitigandum, seu resoluendum fuerit, quæ tria præcipua diximus circa lithonriptica. Quin in genere



genere topicorum magna vis est in toto corpore, quod vis eorum à calore actuetur, per poros communicetur, & morbo ejusque causis sit contraria. Sic, præter balnea & clysteres emollientes paregorica vi conspicua, vnguenta lumbis applicata laxant & mitigant, non obstante vallo ossium, accendente calore facculorum externorum cumprimis. Variant verò & pro diversitate locorum.

6. *Renibus pro re natâ & calefacientia & refrigerantia topica conveniunt, horum verò selectus notandus.* Calefacientia ex oleo tereb. destillat. & aliis etiam in ipso mictu cruento vi balsamicâ suâ profunt; item in calculo, ischuriâ, abundè jam exposita. Refrigerantia verò imprimis in diabete, de quo legi meretur *Cardanus lib. de Curat. admir. cur. 27.* ubi scribit, ex urinx profluvio felicissimè & sæpè unâ die se sanâsse, abstinendo à purgantibus medicamentis, abstinendo à pinguibus, dando vias passas, lentes, calidis vtens; renibus verò adstringentiâ imponendo. Meminit etiam se invenisse remedium ad diabetem specificum, quod inter secreta retulerit. Addimus verò, vnguentis ad gonorrhœam & pollutionem nocturnam fidendum minus esse, quod vi vnguinosâ laxent, terreâ non penetrent.

## LIBRI I. SECTIO III. CAPVT X.

De

### *Uterinis.*

**U**TERINA, si vlla alia medicamenta specifica, ex latitudine & ambitu suo sunt metienda, tum respectu diuersarum actionum, vel effectuum, quæ hic concurrunt, tum respectu consequenter indicantium, istis oppositorum.

Commodè verò possunt triplicia statui, velut tres distinctæ species sub uno genere contentæ, ita tamen, vt contrariorum contraria sit ratio in quibusdam. Sic primi generis vterina sunt



na sunt EMMENAGOGA, seu quæ menses mouent; ea enim præcipua & radicalis vteri est actio, per menses secernere sanguinem, aliàs in nutrimentum corporis, vel nutrimentum fœtus cessurum.

Hæc ipsa, quamuis inferius seorsim & latius quidem tractanda exercitamenti loco, diuidemus in *Communia* & *propria*. Uti enim nihil aliud sunt emmenagoga, quàm referantia occlusas vteri vias, occlusum sanguinem ad exitum destinatum; ita duplicia sunt ipsa: vterum ad secretionem disponentia, & sanguinem ad eandem aptantia; seu vt constant sibi viæ, per quas, liberæ, & humor seu sanguis aptus, ἐπιπροσώδης, exitum affectans.

Si ergò sanguis in culpâ fuerit, eundem aptant & exuscitant, quæcunque, (præsuppositâ sufficienti, imò respectivè abundante quantitate eiusdem,) qualitatem vitiosam pituitosam, acidam, ad motum ineptam corrigunt, vt ἐργασμὸν menstruum & lunarem recipiat, fermentatione & rarefactione consimili torulis suis non contentus exundet, & ἀναστομώσει naturali ampliorrem viam affectans excidat.

*Emmenagoga* ergò sunt hoc nomine quasi specialia tum *salina*, tum *sulphurea*, vtraque volatilia, media, vel fixa. Inter *salina* sunt spiritus  $\ominus$ \*ci, simpl. & compos. oleosus, fuligin.  $\ominus$   $\text{♀}$ ri vol. C. C. cochlear.  $\ominus$  succ. volat. borax veneta, spec. diaborac. Mynf.  $\ominus$  artemis. Ra  $\text{♀}$ ri & similia. Inter *sulphurea*, seu volatilia oleosa: sabina, crocus, angel. camph. bacc. lauri, myrrha, troch. de myrrhâ elix. propr. ol. zedoar. cin. succin. sabin. simpl. & crocat. Mynf. & aromata omnia, caryophyll. anthophyll. cost. Ar. vt & plantæ aromaticæ, amaricantes & acriusculæ, v. g. calamenth. ceref. dipt. Cret. rosm. pulg. nepetha, melissa, marrub. alb. matricar. artemis. rubra, flor. cheir. Ex sem. cicera rubra; rad. rubr. tinct. zedoar. succinum, flores  $\text{♁}$ , aloëtica, elix. vter. Croll. ess. myrrh, succin, & mixta.

Faciunt huc ex generalibus etiam (i.) *Purgantia*, fundendi sanguinem virtute conspicua, inprimis amaricantia, abs quorum



am ope parum proficius sæpè reliquorum visitur usus. Cumque *ἀμαρυγδόν* remedium non detur in naturâ, licet id ex Galenicâ historiâ probare velint nonnulli, vel saltem non salutare, succedaneum huiusmodi & optimum quidem præbent purgantia, remoras auferentia illas, propter quas natura effundere, superuacaneum nequit.

Nec abnuunt. (2.) *diaphoretica*, volatilia & media, ita quidem vt non tam in sudores æquè cogatur corpus, adeoque ferrum exhauriatur nimis coactiuè, sed vt magis fundendi & rarefaciendi sanguinem sine id fiat.

Præcipuè verò communia inter memoranda sunt (3.) *Martialia*, quæ vniuersalia sunt aperitiua, & potissimum ac genuinum mensium obstructorum remedium. Possimus ergo & hæc emmenagoga in *pellentia* & *aperitiua* commodè diuidere. *Pellentia* sunt fortiora iam dicta; aperitiua, tum mitiora eadem, tum martialia & alia superius laudata: croc. ♂ *Æratus*, qui vel solus c. lap. ☿ rad. ari. crem. ♀ri & oleo cin. sufficit, croc. ♂ aperit. quicumque, pulueres cachectici vel maioris vel minoris apparatus, itidem cum oleis maritata, non tam ad correctionem martialium exhalationis nidorosa, quam fortiora aliquando præstant, vel ventriculi iuuamen, vt eò melius ferrum quasi concoquere possit; quàm vt sanguinis rarefactioni & *δύσμοι* velificentur magis. Sic & Ra ♂ aperit. quæcunque generosior inprimis ♀ea, ob fermentandi, & humectandi vim & volatilis, item vina martialia, aliaque ex vtrisque parata infusa.

Profunt hæc in mensium suppressione, & ex his productis symptomatibus curandis, & hisce affinibus mensibus tardis, paucis, inordinatis, decoloribus, dolorificis & qui alii modi illorum sunt, corrigendis, in chlorosi quoque, inprimis posteriora communia; item in mouendis lochiis & purgamentis post partum, vbi *pellentia* mitiora ex melissâ, flor. rosmar. rad. zedoar. galang. croc. anthophyllis, cass. lign. rhabarb. conueniunt, ad concretionem, *σύν* & grumescentiam illic tollendam, vnaque ad dolores post partum, & symptomata hysterica præcauenda, & curanda.



Emmenagoga verò sunt danda tum quibus iam fluxerunt menses, subsistunt verò iam; tum, quibus nunquam adhuc fluxerunt puellis, fluere tamen debebant, adeoque id symptomatibus variis, pallore, lassitudine, macie, lypothymiis demonstrant.

Speciatim verò quædam ex his cum conueniant in partu facilitando, de iis quoque in transitu dicenda quædam veniunt.

Diuidi verò, vt distinctio sine gaudent, optimè queunt PARTUM FACILITANTIA I. in *emollientia*, quæ & antecedente gestationis ultimo tempore laudem merentur, vt *balnea*, ex maluâ, alth. sem. fœn. græc. aliisque emollientibus & vterinis mitioribus aperientibus; *Vnguenta*, ex vnguent. dialth. *olea*, vt momord. quæ in ipso actu pariendi impedito formâ fortuum, clysterum, qui eximii eo casu sunt,) & linimentorum vnice profunt; illitis tunc temporis viis exitus ipsius, vt priori casu abdomine solùm. Pertinet huc etiam pinguedo viperarum vmbilico inuncta; it. balsamum puerperarum *Zobelii*.

2. In *confortantia*; cum enim natura expellat, viribusque ad expellendum egeat, doloribus vero sæpè fatigetur; merito confortando accingitur ad fœtum excludendum magis; vnde duplicia constituimus (1.) *balsamica*, sulphurea blanda, sanguinem in motum citando, & partes oleosas augendo, vt vinum, vinum maluât. aqua & oleum cinam. cord. Sax. vit. Mul. carfunc. meliss. c. v. embryon. aliaque spiritibus roborandis proficua. (2.) *Neruina*, tensionem, quæ ex necessitate molis confurgit, membranosi generis solantia, vnde sæpè tunc motus convulsiui lethales oriuntur, vel syncope lethalis consequitur; hisce verò prospicitur huic casui, & inprimis cinnabarinis, quæ simul fluxiliorem sanguinem reddunt. Legi hanc in rem merentur, quæ pluribus commentatus est *Langius miscell. cur. t. 22. p. 97. seq.* vbi specificum cephalicum ex cinnabari antimonii mirè secundare partum latius probat experimentis & rationibus.

3. In *stimulantia* seu *pellentia*, itidem vel *salina*, quorum omnium instar est borax veneta, salis vterini nomine merito



ritò veniens ad Ꝟß. vel ꝑij. pro re natâ data. *Langius l. t.* (vbi plura elegantia alia habet) lucinæ nomine occultit, nil aliud verò quàm boracem intelligit, cum fundendis metallis sal aptum vocet. Vel *sulphurea*, ut crocus, succinum, eiusque oleum album & flauum quoque, quod experimentis suis confirmauit inprimis *Grülingius in obseru.* myrrha, eiusque trochisci &c. Solemus v. g. recipere boracis Ꝟj. croc. Ꝟß. ol. cinam. gutt. j. pro 2. dosibus, dando duabus horis post alteram, si prior non suffecerit. Par ratio est specifici Helmontiani, hepatis anguillæ cum felle exiccata, nam fella, vt notum est, stimulant; it. pulueris ad partum August. spec. diaborac. Myns. Vehiculum verò constituunt, aqua puleg. lil. alb. mediū quasi generis, vti etiam huius classis est essentia ad partum Mich. Ex quibus patet, emmenagoga quoque partui difficili deberi, mutatis paulò circumstantiis, & quæcunque menses promouent, propriè dicta, pellentia, illa etiam fœtus exitum accelerare.

Danda verò sunt emmenagoga & fœtum pellentia, seu partum facilitantia iusto tempore, vt cum naturâ, non inuitâ ipsâ agamus. Tempus nempe mensium mouendorum est illud ipsum, quod vel natura iam solita est actu exprimere in consuetis, archeus quippe vteri cœlorum rhythmum explicat; vel si nondum fluxerint unquam, illud, quod signis certis affectare eandem exitum docet; quodque est præcipuè nouilunium. Hoc enim nisi obseruetur, frustra dantur vtplurimum medicamenta & contra. Tempus verò partum sollicitandi est ex eadem regulâ metiendum, quando fœtus instat & portarum apertio facta est, nisi enim hæc adfuerint, frustra & intempestiuè stimulaueris.

Vtique illis quædam huc facientia addamus, vtrique intentioni velificantur vniuersalia, non omittenda, vt V. S. tum in mensium defectu cum primis, tum etiam in partu difficili ipso, quo de vid. *Binninger. cent. 3. obs. 75. & cent. 4. obs. 9. clysteres, & alia.*

Quemadmodum verò contrariorum eadem est ratio; ita menses sistentia propriè talia itidem duorum sunt generum: I.



que motum sanguinis refrenant, ὀπρασμοὶ concentrant humorum, & rarefactionem, fluxilitatem, tenuitatem coercent & acrimoniam ac impetum tollunt, adeoque figunt & congelant, Talia sunt refrigerantia, astringentia, opiata, aliis quoque fluxibus communia, maximè antiscorbutica, quin & ipsa V. S. quæ nisi in adfuetis & plethoricis instituat pro deplendâ quantitate sanguinis, ipsoque alterando & reuellendo, adstringentia sola nihil profunt, imò non rarò maiorem fluxum cient; Hoc verò factò, omnia felicius cedunt. Vt enim non possunt menses promoueri, nisi quantitate respectiuâ sanguinis præsentis; ita non fisti, nisi absente.

2. *Obstruentia vias*, quæ vasâ nimis patula, laxa, hiantia, erosa constringunt, glutinant & firmant, vterique archeum vnâ roborant, quorsum & topica quædam spectant. Hæc tamen præ prioribus illis ferè stant post principia. Sin ab obstructione vasorum mesaraicorum sanguis magis ferociat, quod non rarò contingit, amplius affectans spatium, & exitum hîc quærat, aperientia, inprimis martialia, propinanda præ adstringentibus ipsis.

Alterum genus vterinorum constituunt *NERVINA*. Cum enim certum sit, maximum esse consensum capitis & vteri, ipsasque passiones vterinas esse spasmodicas, hæc quoque meritò vterina & quidem præcipuè audiunt, quæ irritationem nervosarum & membranosarum vteri partium spasmodicam respiciunt, vnde & vterina cum cephalicis fororiantur & amice conspirant, vtrique parti communia. Solantur nimirum hæc vteri fibras nerueas, quatenus humores acres corruptos, acidos, lancinantes temperant, absorbent, dissipant & figunt.

*Temperant* aquea blanda & balsamica, rad. pæon. dipt. galang. herb. lavend. meliss. pol. mont. puleg. rosinar. serpill. florant. cheir. & ex his paratæ aquæ, castorina omnia & ex eis parata, essentia, spiritus, extractum, pilulæ, succinum, myrrha & horum essentia, pil. de succin. cassia lignea. Instar omnium enim sunt succinata & castorina, vnde & castoreum velut basis quædam habetur omnium hystericorum. *Absorbent* terrea, volatilia.



tilia, spirituosa vrinosa & oleosa, quæ antepileptica aliàs audiunt, vt mater perlar. præpar. & magistr. eiusdem, pulu. absorbens, pulv. epil. March. aqua hyster. vitæ mulier. apopl. mul. bals. embr. spir. ☉\*ci, zedoar. ol. succin. castor. laurin. C. C. fœt. zis, zibethum, bals. de Peru. *Figunt*, in aliis quoque casibus conuenientia, cinnabarina, Glata, aliaque sulphure fixo præcipitante vel resolubili, pollentia, quorum materia abundè ex dictis superius innotuit. Pertinent tamen huc præcipuè specificum cephalicum Hartm. Mich. Crat. cinnab. nat. & zii, mag. vngul. alcis, theriaca triphera magna, laud. hyster, & similia. Instar omnium fit puluis absorbens noster, quem vel centies experti sumus iis in casibus vnicè profuisse.

Hæc vi præ aliis titulum hysteriæ possident & merentur; sic conueniunt in suffocatione hysteriæ, tum aliàs, tum post partum oriunda, in hysteriæ algia, syncope, sterilitate epilepsiâ, furore vterino, imò in partu quoque difficili, imminente abortu, & aliis; in primis etiam in fluore albo, quatenus fibræ nervæ in eodem sunt læsæ & vasa lymphatica, vnde ichorem extravasatum fundunt.

Inter hæc acetum *ῥεσπαρῆς* prædicatur, quod duo secum habeat vtero minus commoda, acrimoniam, neruosis partibus inimicam, & acorem figentem ac coagulantem sanguinem; adeoque duplici hoc casu minus est conueniens,

Et quadruplicem sic quasi classẽm vterinorum specialiorum constituimus, in effectu tamen ad duplicem saltim referendam; ita vt priora duo genera ad emmenagoga, posteriora ad neruina pertineant. Ex illa verò positâ diuisione tertiam iam horum classẽm constituemus, quæ sunt CARMINATIVA & DISSIPATIVA.

Respiciunt nempe hæc flatus, halitus, impuritates & inquinamenta in vtero stabulantia, seu à sanguine, seu à sero corrupto & extravasato oriunda, & hinc irritando & distendendo molesta. Visco enim suo pituitoso parietes & poros infarciunt, & *gases* suâ fermentum peregrinum concipiunt, plurimaque symptomata, obstructions, suffocationes, sterilitatem, hysteriæ algiam, abortum, tormina post partum producant, unde & ventrilo-



quas sæpè fingunt, & crepitus nonnunquam erumpunt; *Helmontius* neget, vterum flatuum esse autorem.

Diuifimus hæc iterum, quod fint (1.) *balsamica*, quæ putrilagini aduerfantur, adeoque peregrinum fermentum inquinans massam sanguineam, & neruofum genus irritans, corrigunt, tum sulphure blando, & maximè activo suo, tum remixto fale volatili nobiliffima; vt afa foetida, internè ac externè galbanum externè potiffimum, tacamahaca, quæ emplastrorum hysteri-corum basin constituunt; cerat. de galban, empl. de tacamah. de bacc. lauri, essentia afa foet. quæ elixiria vterina roborat, & per se quoque commoda est, ipsumque castoreum, anima hystericorum, elixir vterinum Rolfincii, Michaelis, Crollii, & ex essentia succini, myrrhæ, castorei, cum camphoræ momentò paratum, addito  $\text{u}$   $\text{O}$ lis  $\text{*}$ ci, essentia carminatiua, anodynâ:  $\text{R}$ â bezoardicâ,  $\text{O}$  caryophyllorum, aliisque pro re natâ. Vel sequenti modo compositum:  $\text{R}$ . rad. pæon. maris, succini flavi, myrrhæ electæ, castorei a.  $\text{z}$ j. rad. zedoar. galang diptamn. Cre-tici a.  $\text{z}$ ß. baccar. lauri, anthophyll. a.  $\text{z}$ ij. croci, camphor. a,  $\text{z}$ j. Concisâ contusa g. m. extrahantur cum  $\text{V}$  s. vel rosmarini q. s. Par ratio est foetidorum aliorum, plumarum perdicum accensarum, balsami apoplectici mulierum foetidi,  $\text{A}$ is accensi, papyri accensæ, cassotum equi accensorum (sulphur enim est materia & elementum suffituum radicale) aliorumque.

Paterè unâ ex his potest, quare foetidis delectetur vterus v-plurimum & ordinariè magis, & quare suaueolentibus lædantur hysterica. Cum enim vterus, in talibus subiectis saltim, foetidis, garofmis & salsis, vappidis, alioque fermento imbutis scateat humoribus, moschata & suaueolentia alia discutere hos nesciunt, quin potius maiorem rarefactionem iis conciliant, & consequenter quietos turbant, mouent, & symptomata hinc extitant hysterica. Contrâ ea foetida subigunt dispellunt & eneruant, acorem & vim hostilem aliam. Videmus idem in hypochondriacis & scorbuticis, quod à moschatis & volatilibus aliis sæpè lædantur magis, quam confortentur.

Hinc gagatem strangulationes vteri recreare expertum se scribit



scribit *Encelius* l. 3, c. 11. Et lapidis eiusdem gagatis odorem præfentissimum suffocationis vteri esse remedium tum in aliis plurimis, tum in famosâ viragine expertum se scribit *Piso*, quæ pro mortuâ habitâ à Medicis, huius lapidis primò olfactu è lecto restituta, alacris extemplo, præter spem, ad mensam aleamque currit, *f. 2. p. 2. p. 217. de morb. ferof.* De rosâ verò hystericeis exosâ vid. *Lang. Mist. Curios.*

(2.) *Resolventia & præcipitantia*, quæunque scilicet grumos humorum, actu vel potentiâ tales, disiciere, indeque confurgentem grumescentiam sanguinis ipsam; quæ item extergere & mundare vterum nõrunt. Facit huc radix bryoniæ, quam experimento suo celebrat *Matthiolus*, fecula eiusdem, zedoaria, multis nominibus vterina, abrotanum & mercurialis, externè cum primis in balneis, ad sterilitatem, vnde illud: Mas etiam mares, fœmellas fœmina gignit, vt alia emmenagoga simul taceamus. Laudatissima hoc nomine sunt etiam medicamenta Iovialia, vt bez. zle, antih. Poter. spec. diaz. Mynf. ebur. f.  $\Delta$  prepar. lap.  $\Sigma$  &c. Exemplum præbent commune infusa ad lochia post partum promouenda præscripta, quæ & emmenagoga sunt & neruina, & carminatiua.

(3.) *Sudorifera* omnia, quæ & aliis casibus, & post partum sunt efficacissima. Vt enim lochia retenta facillè purpuram, mortis forem excludunt; vt eadem dolores, tormina, suffocationes, febres in genere; ita diaphoretica strenuè huic foco morboso resistunt, fermentum disiciunt & massam sanguineam inculpatam præstant. Item *diuretica* ab ipso *Hippocrat. l. de morb. mal.* commendata. Hinc axioma *Swalbii* egregium est: Vterus albo fœtens fluore diuresi mirificè mundificatur; quo nomine succinum album prepar. essentia succini cum Râ bezoardica & anodynâ omne ferunt punctum.

(4.) *Carminatiua* meritò optima sunt vterina, vbi obseruandum est, symptomata vterina latius patere & diuersa esse, vnde & hysterica meritò iis accommodanda, licet multa sint polychresta & hinc præ reliquis specifica. Quando verò torminibus, seu in abdomine, seu in hypochondriis, seu dorso

cum-



cum primis tentantur, optima præ reliquis sunt carminatiua, adde & in cardialgiis, quæ in fœminis hysteris sollemniter, imò vt præcipuum sæpè vrgens deprehenduntur. Sic doloribus post partum apprime debita sunt rad. galang. & zedoar. etiam grosso modo in puluere assumptæ; longè præsentius verò essentiali carminatiua variè, & maximè cum anodyna & castorei remixta officium facit.

Notandum enim & ipsa opiata plurimis nominibus esse, vtero amica, sicubi dolores urgeant, nerui irritentur dissipandi sint humores & resoluendi, id omne enim eximie præstant, vt citra opiata vix feliciter mederi vterinis symptomatibus concessum sit. Tacemus radicem carlinæ & alia similia. Ræ Pri quoque, quod acido morbofo & miasmatis torminificis sit contraria, probatissima nobis deprehensa fuit, non solum in doloribus dictis; verum etiam in anxietate & respiratione difficili, puellæ virginis menses nondum expertæ, item in aliis, quæ an collo quasi hæere quid referunt, quod notabile est symptoma, constrictioni debitum, facile vterinis, vt elixirio vterino, debellandum.

Inter hæc notandæ quædam cautelæ occurrunt, v. g. 1. *Dulcia hysteris exosa.* Non hæc sunt contraria sibi, dulcibus vterum demulceri, & eadem vtero minus conuenire, modo diuersitas subiectorum consideretur. Quodocunque nempe fermentatiua vis sanguini inducenda, eadem locum habent, saltem secundarium, vt in mensium suppressione corrigendâ. Quodocunq; verò fermentum peregrinum vterum inquinat, vel nervosum genus affectum, vel vaporosa *visuosa* illum diuexant, dulcia, si quæ alia, summè nocent. Priori statu quoque modo vt bellaria quasi quædam locum habent; modo roscidâ suâ & nutritivâ vi confortant, quo sensu verissimum est, dulcibus demulceri vterum grauidum. Posteriori verò nil quicquam hysteris æquè aduersum est, ac dulcium vsus.

2. *Acida non omnia ledunt vterum.* Alia sunt sulphurea, magis, alia minus, vt acetum, quæ minus hinc vtero conueniunt. Videas hystericas, quæ ab aceti vsu etiam leuiori sta-



tim corripuntur suis symptomatibus, fixatis humoribus & irritatis membranis. Profunt acida quoque nonnunquam odoratu in hysteriis lipothymis, vt aqua apoplectica mulierum acida, + fl. lauendulae, ~us ⊕ naribus obiectus.

3. *Grauidis vterina neruina præcipuè conueniunt, emmenagoga pellentia nocent.* Illa, quatenus spem vteri solantur, & humores corrigendo; qui labem afflare fœtui queant, & irritationem, vnde exturbari, vel excidere queat, præcipitantia, vt corallina, perlæ, spirituosâ quoque ipsa & acidula. Pellentia verò cauenda seu ex vniuersalibus petita, ex sudoriferis flores  $\Delta$ is, menses mouentes quoque, theriaca, spiritus volatiles vrinosi, olea & balsama destillata varia, quippe quæ rarefaciendo sanguinem, facillè menses prouocant, & abortum procurant; expurgantibus fortiora quæuis, in primis colocynthiaca vomitoria, V.S. quoque ipsa, & hinc emmenagoga cum primis propriè dicta varia. Sic fabina hoc nomine infamis est, vt crocum aliaque taceamus. Licet enim non æquè etiam ab hisce sequatur abortus, ob indispositionem, & robur naturæ, vnde novimus quæcunque sapè tentata, sed absque ullo successu; Illud tamen Medicus rationalis damno suo & fœtus experiri seu periclitari non debet, etiam in ipso dubio casu. Methodum tunc eandem seruare par est, quam & extra hunc metum tenendam diximus, aperientibus vtendum innoxiiis, præcipuè martialibus. Maximum in hoc momentum consistit falax medicæ. Nouimus, qui epilepticam curaturus radicetenus, (solet verò affectus in consuetis non rarò repetere potissimum circa hoc tempus,) propinauit vomitorium, & ex errore diagnoseos coniunctæ grauiditatis simul abortum procurauit, aliaque mala plura. Spirituosâ verò, modò intra terminos contineantur, itidem pro confortando officium faciunt. Cauendum omnibus modis, ne menses moueamus in grauidis errore illo diagnoseos.

4. *Aperientia cum pellentibus non confundenda.* Non stimulantur sine aperientibus; vtraque sibi debitè interpolanda. Aperientia hinc magis intermedio tempore vel ante tempus ordinariū, stimulantia ipso illo tempore conueniunt. Neutra



verò sine humectantibus danda; hæc quippe fluxilitatem conciliant sanguini, quâ sine citari sanguis in fluxum nequit. Hinc in priori classe, seu aperientium, in statu in primis corporis sicciori & graciliori, tincturæ, infusa, decocta profunt; in posteriori balnea. Soliti sumus ipso illo die novilunii 1. dare pelles ex borace, oleo sabinæ; 2. balneum ordinare ex emmenagogis; 3. post balneum suffimentum ex colocynthide, vapore croci metallorum, quò & alia referri possunt. Hoc pacto felix secutus effectus si non primâ vice, tamen secundâ, vel tertiâ; id quod potissimum succedit & fieri consuevit tempore vernali, quo præ aliis ad *ὀρρασιμὸν* pronus est sanguis.

5. *Adstringentibus sanguinem cum deplentia, cum reuellentia, cum & roborantia martanda.* Methodus curandi mensium immodicum fluxum hæc est præcipua, ut *ὀρρασιμὸν* deplendo vena secetur; deinde ferum acrius purgante educatur, ante & post hæc verò martialia temperantia, & acrimoniam edulcantia, imò deobstruentia pro re nata propinentur, M. S. antiscorbutica *ϕ*lis, *Ra* ♂ adstringens cum corall. *Ra* ♂ Zwelf. ♂ *ϕ*ial. cachect. In paroxysmo item styptica cum anodynis dentur, quandoque & traumatica, pulvis absorbens & alia. Adeoque è contrario adstringentia cum temperantibus ipsisve aliquando aperientibus non sunt confundenda. Et hæc quidem extra graviditatis statum, quo dato & simul mensium fluxu ferius ocyus eueniente, deplentia & roborantia magis proficua sunt. Deplentia quidem præservandi & curandi intentione, ut sanguis è venâ sectâ mittatur in brachio. Serenissima periona sexto mense gravida cum choreis ducta longius incaluisse, hinc sentit menses extraordinariè profuere; adhibentur roborantia, styptica, frustra omnia, donec tandem ad V. S. tanquam sacram anchoram fieret refugium. Præter V. S. verò si in gravidis fluxus hic contingat, roborantibus fœtum magis ferè fidendum, quàm solis adstringentibus, seu ipsa quoque spirituosa, saltim externè, non omittenda, & quicquid ad fœtus confortationem facit. Instar regulæ enim tenendum, eo casu fœtum aut debilem esse, aut futurum; si sit, roborandus, si futurus, non minus id agen-



agendum. Verus enim est aphorismus *Hippocratis* s. a. 60. si prægnanti menses prodeant, impossibile est fœtum benè valere. Addimus & hoc, in singulis cauendum, ne stypticis illis alius obstructa maius hinc facessat negotium; nec omittantur siccantia.

6. *Adstringentibus ichorem vteri abstergentia & roborantia maritanda.* Dato fluore albo conueniunt adstringentia quidem, sed non citra aliorum respectum & copulam, sine quibus ichor restingui & fisti vix potest. Profunt nempe tum balsamica, quæ lymphæ coagulum impediunt & frigiditatem corrigunt, tum præcipitantia, quæ in motum eandem cient, & acorem feculentum absorbent, vt oc.  $\text{☿}$ . ebur s.  $\Delta$ , castor. Optima & specifica inter hæc sunt laudata iam succinata, omnium confimilium fluxionum præstantissima remedia, quod & abstergant & robovent; non neglectis seri correctoriis aliis. His demum factis adstringentia ex lap. hæmat. corall. aliisque profunt melius, imò illorum potior habenda ratio omnino, vnde & elixir vterinum commodè cum essent. traumat. propinatur.

7. *Topica vterina cum prudentia medicus ordinet & proponat;* illa præcipuè, quæ vel non admittuntur à pudibundis, vel suspicionem lasciuix inferunt Medico. Balnea omnium admittuntur facillimè; post hæc suffitus, & simplices quidem præ illis, quæ maiori apparatu constant, vti Glauberianum instrumentum p. 2. F. P. c. 88. p. 235. seq. parandum ex ligno vel argento, cui indere iubet sal ammoniacum, & sal fixum (alcali) quodcunque, linteo obuolutum vtero applicandum, vt spiritus penetrans aperiat obstructions, idque bis de die, manè & vesperi ad semihoram. Idem hoc remedium dilaudat *Blumentrost.* in *pharmacop. portatili* p. 150. tanquam vteri deoppilatum egregium & præstantissimum, & sterilitatis aliquando strenuum auerruncum. Sufficit loco illius tritorium. Pessi verò, & nascalia barbaris dicta, vt & clysteres vterini minus admittuntur, neque fermè nisi ab iis, quæ depuduere magis. Vtque de his quoque quædam dicamus, exempli loco esse potest remedium ab *Angelo Salâ* commendatum l. de essent. veget. s. 4.



*c. 3. p. 29.* cuius efficaciam in aliquot grauibus casibus à mēsum retentione se expertum scribit. Nempè eo casu, fœminis cuiusvis ætatis, temperamenti & conditionis, Eij. hellebori nigri, nodulo serico exceptum, per vices renouatum, muliebribus applicatum, quoad necessitas postulauit, gestare præcepit, à cuius vsu mutatio, & quædam quasi contractio per totum corpus oborta eatenus durauit, donec menses pedetentim promanare cœperint, quod admiratione non caret. Clysteres quoque veterinos, ex emmenagogis dictis specialibus concinnandos, negandum non est egregiè elutriare, mundare & abstergere. Singula vi calefaciente & penetrante poros referant, humores liquant ac fundunt, vnde commodissimè menstrua sanguis in motum citatur, modò prudenter ordinentur iis, quæ consentiunt, minus virginibus, non grauidis.

## LIBRI I. SECTIO III. CAPVT XI.

De

### *Artbriticis seu articu- ribus.*

**A**RTICVLARIA medicamenta in scholis medicis dicuntur, quæ motum articulorum saluum præstant, illorum cumprimis, qui in extremitatibus siti sunt, vt in portitoribus machinæ corporeæ pedibus, illiusque habenis manibus.

Cum enim limitaneos quasi terminos constituent totius corporis, in illis sapissimè materia morbifica sedem suam parat, si ad recipiendum inueniat aptos. Vti verò tria sunt, quæ remedium postulant, humor afficiens, membrum affectum, & effectus morbosus, iuxta hanc classẽ etiam & medendi methodus, & materia medica variant.

Humor afficiens serum est, salium rodentium vehiculum, adeoque arthritica *primi generis* sunt *seri correctoria*, seu quæcun-



cunque eius quantitatem, copiam onerosam, qualitatem, acrimoniam acidam & salinam, & affluxum motumque ad articulos, vnà verò & huius fontem, respiciunt.

Corrigunt serum vniuersalia excernicula, v. g. *purgantia*. Obseruauit iamdudum *Galenus* 6. *aph. comm.* 47. si tempore verno vel autumnali, quo vtplurimum faces dolorum accenduntur nouis paroxysmis, purgantia & V. S. instituantur, posse arthritidem præcaueri, id quod experientia totâ die stabilitum videmus. Nec feliciter mederi licet sine his arthriticis, vago vel fixo dolorum genere afflictis.

Obseruatum non minus est, quibus sudor largior contingit, quibus *diaphoretica* & *diuretica* adhibentur, in & extrâ paroxysmum vnice leuari. Vt citra hæc arthriticos curare planè sit frustraneum.

Imò hæc ipsa communia quædam hoc respectu quasi specifica redduntur & obseruantur, v. g. ex diaphoreticis spiritus eboris, C. C. lumbr. volat.  $\Theta$ \*ci,  $\Psi$ ri f. & comp.  $\Theta$  C. C. vol.  $\delta$  diaph. bez.  $\zeta$ le,  $\delta$   $\zeta$ le cachecticum; ex diureticis lap.  $\sigma$  spir.  $\Theta$ is  $\Psi$ ri, aper. Penot. mixt. antipodagr. Knæphel. Ra.  $\Psi$  f. & compof. arc.  $\Psi$ ri, clyff.  $\delta$ ii omnis, cumprimis verò tartareus, f. &  $\zeta$ lis. Ex purgantibus M.  $\Psi$ ear. hermodactyli, ossa humana calcinata, vt elect. caryocostinum, quo *Bayrus* feliciter vsus est, aliaque non laudemus.

Corrigunt seri vitia, quoad causam remotiorem antecedentem, nempè obstructions & *diâseses*; hypochondriacas, aperiencia, hypochondriaca, scorbutica, *antitartarea*, aliaque quæ amurcam venarum abstergunt & generationem salinorum acriumque humorum impediunt, v. g.  $\nabla$  antiscorb. mixt. f. & antiscorb. Ra  $\zeta$  varia,  $\delta$ ii, pulu. cachect. cinnabarinus & alia huc ex superius dictis repetenda.

Corrigunt serum leni terrestreitate vel oleositate salinovolatili ballamicâ demulcentia, rad. chin. caryophyllat. farsaparill. succisâ, maximè in arthritide vagâ scorbuticâ, laudatâ; ex herbis chamædrys, chamæpitys, succinata item & ex his præparata, extr. chamædr. chamæpit. lign. al. sassafras, Ra corall. cum



spir. ling. ess. lign. chamædr. chamæpit. pini, lumbric. Vtraque seu sale volat. pollentia, seu sulphure blando pollentia sunt arthritica.

Corrigunt id ipsum, podagræ patratorem, *diluentia* & *temperantia*, ut ilac, quod hinc apud recentiores ad instar acidularum & thermarum ascendendo & descendendo vsurpatum laudem inuenit; Imò hæc ipsa recensita per se quoq; eximiè communiter profunt, cæteris paribus, item emulsiões & alia temperantia, ex aquis antipodagricis notis.

Corrigunt denique *resoluentia*, quæ extrauasatum vel quasi humorem, seu salinum & pituitosum coagulatum subsistens resolunt, quod quidem & dicta hæcenus remedia expediunt, seorsim verò resoluentia cinnabarina ac *çialia*, & ex his preparata, vt arcanum Knöphelii descriptum quodammodo *in epistola de podagrâ curatâ*, nihil aliud verò est, quàm arcanum corallinum Paracelsi, ab *Helmontio* quoque *lib. de febribus* & alibi maximè laudatum.

Notabile verò est (1.) cinnabarina hoc nomine maxime h. l. prædicari, quod resoluant; gaudent enim duobus elementis hisce, particulis sulphureis metallicis puris, fixis, ac anodynis, & particulis mercurialibus itidem puris. Vnde tantum abest, vt venenum sit cinnabaris, etiam vulgi, ex mercurii viui & sulphuris connubio orta, nativa, & antimonii communis, vel curiosior *Helmontii*, à *Tachenio* descripta, (ex *Æe ðii* & *çrio*) vt potius remedium sit probatissimum; nec adeò immeritò sub initium huius sæculi ab Anwaldo panacææ titulo celebrata, peculiari libro virtutibus expositis. Duo ergò præcipuè præstat, vi elementorum, ex quibus constat, acrimoniã, acidam neruis inimicam absorbet, edulcat, inuertit, præcipitat, annihilat; & subsistens hic illic, h. l. circa articulos, fermentum peregrinum, immutans liquores vitales affluentes in similem morbosum humorem, disiicit. Nam ex principiis chemicis sulphur omne acido contrarium, si æqualibus committantur frontibus. Mercurius seri coagulatum vnice disiicit, fluxilesque reddit humores, quod saluationis exemplo claret. Hæc  
fun-



fundamenta sunt generalia virtutis cinnabarinæ, ex quibus omnia reliqua fluunt, ceu porismata, cinnabarina esse nervinum, vt post latius, cephalicum, antepilepticum, pectorale, nephriticum, vterinum, arthriticum, verbo quasi catholicum remedium.

Notabile (2.) est, mercurialia & interius & exterius esse arthritica, diuerso tamen respectu loci decubitûs materiæ, ipsiusque naturæ. Interius iam dicta eximie profunt, & quæ ex his alia affinia, vt præcipitata mercurialia, indemnita orta sunt; tum & mercurius dulcis inter purgantia, non quod maligna sit materia arthritica, quod *Paruum* secuti quidam contendunt, sed ob dictas rationes; Exterius verò mercurius ipse in substantiâ, vel saltem citra præparationem vllam cum emplastris mixtus, dissociatis eiusdem rotundis mobilibus atomis per viscosa, terebinthinata & emplastica, verbo, emplastra mercurialia. Vt enim inter resolventia conueniunt emplastrum diaphoreticum, empl. oxycroceum distinctione habitâ inter subiecta, in ipsis arthriticis, seu doloribus obsessis articulis; ita si vel exterius magis vergat dolor, si extra articulos, vel profundius maioribus infideat, si maligno charectere venere debeat, emplastra mercurialia apprime faciunt officium. Sic emplastrum de ran. Vig. cum mercurio hoc sine laudatissimo, vel solum, vel mixtum cum iam laudatis, doloribus venereis, & tumoribus quàm maximè conuenit impositum, disiiendo serum viscosum, spissius & concresecendo subsistens. Sic in aliis quoque doloribus discutiendis exoptato cum successu imponitur. Laborabat vir xxx. annorum dolore insigni circa axillam, impositum empl. ex empl. diaphor. & de ran. Vig. c. mercur. breui omnem abegit dolorem; quod ipsum in aliis quoque casibus sapissimè experti fumus, addito quoque interdum empl. magnetico sandalino, aut aliis, non omisis interius vniuersalibus, diaphoreticis & aliis, ipsâ quin etiam V. S. quæ, vt id repetamus, nisi arthriticis adhibeatur, vix feliciter curatio succedit, imprimis in arthritide vagâ scorbuticâ, ad deplendum feri *ὄργανον* & exacerbationem. Venæsectio & purgatio catholica sunt remedia, quibus  
adhi-



adhibitis à reliquis vt plurimum intra 14. dies liberati sunt ægri penitus: omissis verò sæpè 6. 7. & plures hedomas magnis cum doloribus consumsere, non sine metu etiam recidivæ, quæ non facillè contingit, si duo hæc obseruentur. In reliquis quoque arthriticis tempore verno & autumnali, quibus ferum magis despumat, tempestiuè adhibita vniuersalia ista arcent feliciter arthriticos & podagricos insultus, vel saltim mitigant, vt leuius & breuius hinc afficiant, demptâ materiâ morbificâ.

Serum verò in podagricis peccare non opus est probare h. l. latius, duo tamen obiter adducemus ex *Helmontio*, quod podagrici præsentiant tempestatis mutationem, & quod, si mutantur fordes pedum digitorum, iisdem immineat paroxysmus.

Conueniunt hæc in articulorum doloribus arthriticis, podagricis, & his affinis, ischiadicis; quin latius paulò in motu, sensu, nutrimento articulorum in genere vitiatas, vt in paralyti, atrophîâ, eaque cum sequentibus sunt communia, seu reliquæ quoque classes arthriticorum, his ipsi contrariantur.

Potissima hæc fuere primi generis arthritica, siquidem ablatâ causâ tollitur feliciter morbus, neglectâ magis exacerbatur & increfcit.

*Secundi generis Arthritica* seu articularia remedia sunt *neruina*, seu quæ neruos, membranas, tendines, ligamenta & fibras nerveas respiciunt, vtpote ad articulationem requisita necessaria, seu motus organa principalia; imò & ipsum periostium, maximè sensibile, & delicatum: Siue irritentur nerui, cum primis in doloribus, vnde & spasmi & pauores solennes sunt arthriticis; seu debilitentur, spirituum robore exuto, factâ velut mollificatione, factâ contracturâ & exiccatione, aliisque vitiis.

Talia sunt in genere ex sulphuris & salis volatilis classe, petita neruina, v. gr. *i. sale volat. oleoso pollentia*, vt cephalica omnia, herb. chamædr. chamæp. rosmar. salu. flor. anth. hyper. spic. lauend. stœch. arab. prim. ver. extr. chamædr. & alta ex his parata elix. cephal. item castoreum, euphorbium, galbanum, quæ tamen calidiora in primis conueniunt vel vbi profundius latet affe-



affectus, adeoque reuulsione & discussione maiori opus est, vel vbi nerui puncti & vulnerati, vel vbi atrophîa pars laborat, ad motum spirituum & feri promouendum. Pertinet huc illo sensu etiam balsamum de Peru, de Capaiba, oleum tartari foetidum, & balsamica alia; item aqua apoplectica, aqua artic. ad extra, infusa neruina pro vsu interno & externo, vt & fofus in contracturis, ex neruinis cum vino coctis, quibus etiam seorsim vinctuosa, vt pinguedo taxi, vulpis, humana conueniunt. Variant nempè hæc pro diuersitate affectuum vel calidorum, vel frigidorum, quorum ordo non confundendus.

(2.) Neruina etiam sunt *sulphure* non tam volatili, quàm *fixo* constantia, quo utroque nomine cinnabarina sunt laudatissima, quorsum etiam sulphur auratum antimonii purius, sulphur Oli anodynum, ex vegetabilibus lignum aloes, ladanum eorumque extracta spectant,

(3.) Neruina etiam sunt *acido-sulphurea*. Vtut enim, per Hippocratis decretum, acida nernis inimica habeantur rectè, illud tamen magis est intelligendum de acidis circa membranas & neruos subsistentibus, immediatè applicatis, solis, sibi relictis, fixioribus, non tam causæ morbificæ mediatae, v. g. obstructionibus debitis; non item de acido-sulphureis interius vel exterius vsurpatis, vtpote mitigatis, & amicis potius. Quin per dicta non incongruus est vsus acidorum internus in arthriticis, vbi non tam spiritus sunt fixati, quàm irritati, secus ac quidam hodiè arthriticis omne acidum arcent remedium, cum tamen spiritus Oli, simpl. & S. spir. O. l. clyff. gii, tinct. ros. viol. toto die cum insigni alterationis successu adhibeantur, pro tartareo humore crasso & in coagulum prono dissolvendo, pro hypochondriis, pro primâ culinâ in ordinem redigendâ; vnde audiendi non sunt. In mentem venit podagricus senex, LXII. annorum, qui loco degens, vbi nullus morabatur medicus, internè solo spir. Oli quotidie vsus ad aliquot guttas externè verò imposito emplastro Noribergensi plantis pedum, breui curatus est. Sic vinum acido-sulphureum nervis & articulis maximè est amicum, ratione sulphuris leni, ra-



tionem acidi blandi defendit, ratione utriusque discutit & roborat. Sic spiritus vitrioli cephalicus nervinus est tum  $\Theta$ rinus, tum aliis modis paratus, sic aqua magnanimitatis seu spiritus formicarum inter præstantissima arthritica localia merito habetur, constat verò non nisi acido-sulphureo elemento, quod per analysin chemicam ad oculum patet,

(4.) Neruina præcipuè etiam sunt *sala volatilia liquida & sicca*, pro interno & externo vsu variè miscenda. Cumque de illo iam satis dictum sit, imprimis de exteriori dicendum hoc loco erit. Probatisimi hoc nomine sunt spir. C. C. &  $\Theta$ \*ci, ille solus quoque vel mixtus, hic cum aliis, v. g. cum aquâ magnan. cum spir. cochlear. carmin. additâ etiam, si lubet, theriacâ & essentiâ cort. citri. Vsi fumus frequentissimè linim. nervino & spir. formic. v. g.  $\text{ʒj}$ . C. C.  $\text{ʒij}$ . vel  $\text{ijj}$ . ad  $\text{ʒʒ}$ , spir.  $\Theta$ \*ci  $\text{ʒj}$ . vel  $\text{ij}$ . in doloribus ipsis arthriticis, & ischiadicis, in defluxionibus catarrhalibus ad collum, scapulas, & aliis. Speciatim quoque commendandi sunt lumbrici, tum simplices per se contusi, tum præparati. Vir primarius, arthriticis insultibus sæpius affectus, à nullo remedio magis iuuabatur, quam lumbricis recentibus cum vino per linteum traiectis. Sunt qui addunt misturam simplicem quoque. Sutor doloribus ischiadicis in dorso laborabat adhibebantur varia, & inter alia quoque emplastrum euporistum satis commodum ex sulphure & pice, tandem curabatur solo cataplasmate ex lumbricis contusis. Experimentum etiam insigne constituunt eodem modo vsurpati in paronychiâ. Fœminâ quædam laborans arthritide vagâ scorbuticâ præsentaneum sentiebat levamen ab inunctione spiritus lumbricorum volat. vrinosi, quem speciatim etiam solemus in linimentum neruinum recipere.

Profunt hæc ipsa, quando, præter dolorum genera iam enumerata, seorsim nervosum genus, vt in omnibus doloribus grauioribus, afficitur, quando materia intrò vertitur, quando sublimius regimen cerebri ab his minorum gentium diis, articulos intelligo, in consensum vocatur.

Cum verò præcipuum articuloꝝ affectoꝝ symptoma  
fit



fit dolor, non minimus indicationum tyrannus, merito *tertia generis arthritica* sunt, quæ tristem hunc sensum & membranarum vellicationem præuiam seu coniunctam respiciunt. Licet enim mediâtè & simul vtraque priora etiam merito hunc attendant; nihilominus tamen plurimum situm est in huius præferentim medelâ, quam ægrivnicè expetunt, imò extorquent sæpè à medico.

Digessimus hæc ipsa in *paregorica*. Longum foret omnia recensere, quæ hinc inde contra podagram laudantur topica, topica ab empiricis & dogmaticis integris plaustris congesta, ex quibus facilius quid non profit, quam quid proficit, elicias.

Dolorem, inquam, articularum solantur paregorica, optima ideò, quod exhalationi materiæ morbificæ velificentur, vnaque blandè demulceant affectas membranas. Talia sunt discutientia emolliendo, vt lac recens in dolentes articulos emulctum, fofus catellorum incumbentium, epithema seu cataplasma memoratum ex lacte cum similagine & croco. Empiricus puluerem feliciter adhibebat ex sem. auenæ & aliis mixtis, calefaciendo cum cereuisiâ calidâ, ficque imponendo. Alii *alia* celebrant,

*Anodyna* verò & *narcotica* quod attinet, cum falsæ hypothesi innixi olim putauerint, iisdem sensum figi & ligari, hodiè contrarium potius innôtuit ratione & experiëntiâ. Optima sunt inter externa dolorum remedia *neruina*, quæ vnâ roborant, quæ causæ morbificæ contrariantur, nec finistri effectus timorem incutiunt. Hinc merito cautelæ attendendæ.

1. *Sæpè optimum medicamentum topicum arthriticum est, medicamento non vti.* Præstat sanè internis sæpè tollere materiam morbificam, roborare neruosum genus, domare acrimoniam, quàm externis inhærere. Si nullibi topica post præmissa, vniuersalia in vsum vocanda, id sanè valet circa arthritica. Si tamen quid faciendum est, ad benè esse conferunt, vt placemus querulantes, & delicatos ægros.

2. *Caueandum est, ne dum per externa hæc innare intendimus,*

*De 2*

*Artis*



*articulos, tonum eorundem destruiamus.* Destruitur tonus tum variis aliis modis, tum serum nimis exhauriendo, vel exiccando, inde enim ad contracturas & motus ineptitudinem membrum disponitur magis. Loco fundamenti in omnium topicorum applicatione horum esse debet, quod, circulo sanguinis impedito & velut spinâ infixâ, motus ille feri peregrinus & subsistens in ordinem debeat redigi, corrigi & dispelli. Quod si verò sudatoriis Laconicis ficcis, vel vuidis etiam balneis id tentemus, illis turbulentus & inæqualis quidem motus humorum inducitur, non tamen æque cum iuuamento materiæ; quin coactivâ illâ impulsione facile ad interiora, à peripheriâ ad centrum fieri potest retractio. Balnea verò laxant quidem poros, sed facillè feri copiosioris maiorem inducere queunt, quatenus laxatis poris magis illabitur humor, non promptè æquè refluit. Valet id de thermis quoque, quæ ubi robur addendum est articulis, ubi ligamenta & tendines suauiter in motum citanda, ubi exiccandum, habent locum; cauendum tamen & in illis est, ne in extremum alterum membrum deducant, dum motum exiccando nimis minorem fœnerare possunt.

3. *Dextro oculo corpus, sinistro articuli respiciendi.* In contracturis quidem, ubi principaliter malum articulum occupat, contrarium euenit, si ab externâ aliquâ iniuriâ motus & articulatio fuerint vitata; Ast in arthriticis alia res est longè. Sapiens supra vulgus; seu medicus plus quàm vulgus sapere debet. Felicius sæpè degunt & promptius morbo defunguntur, qui in silentio & spe auxilium expectant patientia enim hæc maximum ipsis est præmium, præmium sanitatem inferens certiozem. Corpus respiciendum primariò, & noscendum sæpius à nobis dictum & superius assertum, arthriticos omnes esse, unâ hypochondriacos. Frustrâ est effectum & affectum hunc citra suam causam remouere, ergo semper dictum sibi putet medicus: Hoc age. Nec facillè à viâ regiâ deflectere se patiatur, quo factò facilis est error. Non negligendi tamen articuli quoque penitus, seu remouendo, quæcunque ipsos lædere vel debilitare queunt, quasi venena articularum, seu ap-  
pli-



plicando, quæ non noceant, sed profunt, & effectum salutarem edant. Valet enim & hic illud Hippocraticum; Si prodesse non possis, saltem ne noceas.

4. *Topica dum blandiuntur, sæpè insidiosa sunt.* Adeoque in singulis hisce potior est habenda ratio motûs, quàm sensus, vel ita sensui tristi est medendum, ne motum cum sensu aufe-ramus. Ita in præsentî est curandum, vt in futuro quoque non facti pœniteat. Hinc duo adhuc axiomata notanda, (1.) *non constantem aquè effectum expectari posse à quocunque topico,* emplastro antipodagrîco, spiritu articulari, balsamo arthritico, litu, fotu. Exemplum huius rei præbet Rex Poloniæ Vladislaus, de quo integra historia legi potest *Ann. VII. Ephemerid. Germ.* (2.) *Seligenda imprimis defensiva & roborantia.* In mentem venit elegans locus de topicis podagrîcis *Verulamii, Sylv. Sylv. cent. 1. num. 60. p. 42.* Plurima sunt medicamenta, inquit, quæ per se nullam curam faciunt, & fortassis noxia sunt; sed applicata certo ordine vnum post alterum magnam curam faciunt. Hinc experimento se didicisse remedium *addit,* aduersus podagram, quod rarò fefellit, sed abegit spatio 24. horarum: 1. applicando pultem, ex medullâ panis similag. cocti cum lacte, add. pulv. ros. rubr. croc. & ol. ros. applicando cum linteo. 2. balneum ex fol. salv. rad. bryon. cicut. & flor. ros. rubr. coqu. cum aquâ ferratâ, add. sub finem parum salis, & applicando cum panno coccineo (3.) *emplastrum diachalciteos.* Hoc ipsum communissimum est ad dolores podagrîcos & optimum emplastrum.

5. *Quæcunque magis impingunt & figunt humores, præ cæteris nociva sunt articulis.* Repellentia hinc dum exhalationem & discussionem remorantur, nocent; adde quod spiritus coagulent & fugant, quibus destituta pars cedit in morbi potestatem magis, vt taceam gangranam inde ipsam per extinctionem caloris fieri posse. Exemplum huius rei præbet egregium *Renealmus obs. 39.* vbi de phlegmate vitrioli prædixit, ab externè applicito illo ad horam sedatum iri dolores, ex in solito acerbiores recursuros podagrîco, quod & factum,



6. *Distinguenda sunt articularia medicamenta pro distinctio-  
ne morborum, quibus obsidentur.* Quæ enim in contracturis &  
ariduris, vel spasmodis quoque conueniunt, non æquè locum  
habent in doloribus. Vinctuosa huius rei præbent exemplum.  
Profunt hæc in diætiis morbis etiam non adeo neruina simul,  
seu partibus æthereis sulphureis vigorata, solâ emolliendi vir-  
tute; profunt in ichore vlcærum seroso, si simul fuerint ner-  
uina; profunt in doloribus articularum venereis, si fuerint  
simul resoluentia; Arthriticis verò non item. Solet qui-  
dem eo nomine oleum saponis commendari, sed & illud cau-  
tè applicandum, neque æquè nisi in frigidiori defluxione  
prodest. Notabilis est obseruatio *Sylui*, qui in podagrigo  
dolore valde rodente cum admiratione summâ expertum se  
scribit vim stupendam balsami sulphuris succinati, ad paucas  
guttas dolenti parti illiti, vnde confestim efferuescentia in  
parte affectâ excitata est calens, imo vrens, at mox iterum  
cessans, vnâ cum dolore atrocissimo in momento quasi ablato.  
Modestè tamen dubitat, an idem sit futurus in omnibus suc-  
cessus, quandoquidem omnes oleosa, & imprimis per de-  
stillationem parata ferre non possunt, dixerim potius pau-  
cissimos. Vid. *l. i. prax. c. 30. §. 174. p. 533.* vbi latius de hoc  
agit. Miserum spectaculum præbent podagrigo contracti &  
consummati, reuera captiui, quales duos fratres nouimus  
nobiles per 6. vel 7. annos miserè sic viuentes, vt nec pes nec  
manus faceret officium, & vno loco continuo desidere co-  
actos, exasperatis sapius doloribus, tophis succrescentibus  
& suppurantibus, in manibus & pedibus. In his verò & simi-  
libus aliis obseruauit à priori malum tam radicatum vini  
ferè potui nimio & largissimo ortum debuisse, à poste-  
riori sollicito, ast intempestiuo, topicorum, emplastrorum,  
aliorumque usu.



## LIBRI II. SECTIO I. CAPVT I.

De

*Præparantibus & digerentibus.*

**V**r clarius doctrina hæc pateat, repetendum ex methodo medendi est. 1. cacochymiam duo indicare, non sola alterantia, quæ ad frugem reducant eandem, sed & purgantia, quæ educant. 2. purgationem requiri tria: humores ad purgandum indicantes & aptos, vias liberas & naturam seu archeum excretioni illi præidentem. Inde enim receptâ in scholis medicis sententiâ lenientia viis debentur, digestiua humoribus, purgantia ipsi naturæ stimulandæ ad evacuandum.

Dicuntur PRÆPARANTIA, quæcunque apparant & velut præparant humores, vt excerni possint, prodromi purgantium. Dicuntur DIGESTIVA, quasi *πεπασµόν* præstantia humoribus crudis indispositis; non aliter ac digestionem chemicâ sulphura immatura corriguntur, & secretio utilis ab inutili promouetur; non aliter ac digestiua chirurgis audiunt suppurationem promouentia, Digestiui. e. *eyer machend Sälblein*.

Sunt ergo præparantia seu digestiua, quæ alterando vitiosas humorum qualitates illas apparant & præparant educationi. Indicans primarium est cacochymia, seu humores vitiosi, tum in M. S. contenti, tum in primis viis scatentes, tum denique medio modo se habentes. Adeoque competunt morbis humoralibus, quorum minera & fomes non solum alterari, sed & evacuari desiderat. Laboret v. g. quis feбри intermittente tertianâ, vel quartanâ, in primis intimius hærente *μίσµατι*, vt non solo purgante vel vomitorio expediri, multo minus præcipitantibus subigi possit, opus est præparantibus, quæ aptent peregrinam illam qualitatem humoris. Sic & in arthriticis, hypo-

chon-



chondriacis, ictericis, aliisque id valet. Neque etiam in infimo ventre tantum consistentibus morbis debentur, sed & in supremo & medio, licet paulò remotius & mediatè ibi magis agant, fomitem nihilominus generalem sustinente infimo isto. Quin nec hoc loco consistentes humores æquè obsecundant medicamentis, incidendi & corrigendi, licet facilius tunc succedat effectus, modò non fermentum glandulis mesentericis & intestinalibus altius inhæreat.

Testatur verò experientia id necessarium esse omninò, cum (1.) non promiscuè profint purgantia vel exhibenda sint. Accidit id non solùm empiricis, non solùm vulgò, sed & medicis ipsis, vt generosà quoque emetica & purgantia non tollant morbum, vel saltim non tam benè, imò toto die, vt non purgent omninò. Hinc quæ longo tempore sunt congesta, non tam promptè breui morâ expediri amant, vt τὸ per *ἑνὴν ἡμέραν* purgare non solùm partitas vices notet medicamenti sæpè, verum quoque partitas cum alterantibus, vt v. g. in hydrope consultum est per aliquot dies vti præparantibus seu aperientibus, hinc purgante, hinc iterum illis, vt quod apertum & digestum aptumue ad exeundum redditum, educatur, quod verò educi omne non potuit, ulterius corrigatur & alteretur.

Testatur eadem (2.) non omnes humores æquè facillè purgari, alios esse viscidos, alias fixos, acetosos, immorigeros & rebelles, vnde tanto magis archéo resistunt. Qui ergò stimulo egent, monentur hoc ipso, & tolluntur impedimenta, vt excuti queant; qui freno, alterari & ipsi quandoque gestiunt. Hoc cum mirum videri possit, præparantia quoque esse incrassantia aliquando, tenendum est, innui aptitudinem præstandam & respiciendam naturæ. Fieri enim non rarò potest, vt intempestivo stimulo præbito non, *ὅσα δὲ καὶ ἀσπράξ*, educantur, nec cum *ἐν ὀπίῳ* hinc eveniat purgatio.

Non differunt præparantia ab alterantibus, sed sunt ipsissima illa, solùm modificata, quod alterent non tam absolutè, vt actionem suam absoluant solâ alteratione, quàm respectiuè re-

lata



lata ad purgantia, quibus viam apparant. Hoc si nouerimus, clauem habebimus genuinam veræ doctrinæ & materiæ præparantium. Et patet hinc ex dictis, euacuantia & alterantia mutuas sibi præstare operas, & esse velut relata quædam medica, in morbis, vt non alteremus solùm, nisi purgata fuerit materia morbifica, nec purgemus solùm, citra præparantia & alterantia, euacuandam, seu quæ post purgationem eo adhuc eget, donec edometur.

Fundamentum & ratio agendi eorundem consistit in contrarietate. Vt enim quicumque humor non est aptus ad fluendum, ille neque aptus est ad purgandum; sic vt aptus fiat contrariis perficiendum est, quod exemplo specialium præparantium clarius erit. Neque ipsi chimici præparandi has regulas aspernantur, nisi quod vniuersalia præparantia in medicum adduxerint, quibus tanquam breuiori methodo satisfieri indicationibus possit; cum contrà ea Galenici in excessu ferè peccauerint, & seorsim quasi ab ipsis alterantibus præparantia stabilierint, quod medici superioribus seculis apprimè fecerunt, & hodiernum quoque faciunt nonnulli.

Et illa tamen ratio subministravit occasionem cogitandi nobis, an locum habere possit diuisio inter præparantia vniuersalia & particularia. Posuère, vt diximus, chimici tria *vniuersalia* digestiua, singula, si ortum spectes & basin, Tartarea; Ferum Platatum, cremorem seu cryсталlos Ferri & misturam simplicem. Contrà ea insurgunt alii, assertum negantes, eò quod vt corporum constitutio & materia peccans variet in substantiâ & qualitibus, ita etiam diuersa requirat præparantia, Et in specie Ferum Platatum, adde nec reliqua conuenire siccis intemperiebus, cum ibi potius sit humectandum. Optimum fuerit nec hyperbolicis illis laudibus chemicorum moueri æquè, neque tamen dimittere & negligere naturam rerum. Hinc vniuersalia digestiua asseruimus & concedimus dari latiori paulò sensu, quæ motui humorum promouendo conueniunt, quæ polytresta sunt, & maximè infimi ventris cruditatibus debita, aperientia & in ordinem redigentia humores.



*Particularia* verò seu specifica audiunt, quæ huic illi visceri debentur, vt in affectibus soporosis, melancholiâ, vertigine, cephalica; in mensium obstructione martialia, (quæ ipsa quoque in suo modo vniuersalibus adnumerari possunt,) & vterina, in inappetentiâ, stomachica, in febribus intermittentibus bili detergendâ & alterandâ apta. Imò ex hypothefi concessâ, præparantia esse alterantia, hoc ipsum liquet; siquidem & alterantia alia sunt communia, alia specifica.

Finis præparantium secundarius est vias simul respicere, vt primarius humores, adeoque duplex, vias & humores simul respicere. Optima hinc sunt deterfiua, aperientia, vnde cum purgantibus præmittantur, etiam illud addi potest, esse eadem vel maioris vel minoris apparatus; maioris, quæ morbo auertendo, minoris, quæ purgando saltim debentur, citra morbi intuitum.

Cumque hoc præstent, facilè efficitur illa cum primis esse præparantia, quæ aperiendo humectant, & fluxiles reddunt humores, humida, aquea, diluentia. Ita v. g. præparantia febri-fuga diebus intermediis danda optima sunt infusa & tincturæ liquidæ, eamque solemus obseruare methodum, vt in tempus extra & ante paroxysmum curationem diuidamus, extra paroxysmum optima sunt dicta, repetendo etiam ipsa purgantia hinc, donec bilis satis fuerit domita. Idem & de mensium obstructione & aliis valet; considerari tamen etiam simul morbi & subiecta paret. In humidioribus, cachecticis, hydropicis, etiam ficciora conueniunt, non tamen sine vehiculo sufficienti; in ficcioribus humida.

Licet verò communiter duplicem hanc formam digestiuorum elegerint practici, siruporum & aquarum, de quo verba *Harsurti l. c.* sunt hæc: Exhibentur digestiuæ medicinæ duplici formâ, scilicet siruporum & aquarum, vnde & plura talia, exempla hinc inde occurrunt; illud tamen non tam vniuersale vel perpetuum est, imò nec necessarium sed præstat efficaciora chimica simul miscere.

Vsus itaque præparantium est adiaphorus, seu indifferens,  
modo



modò locum habent absolūtè, modò necessaria sunt secundum quid, modò omitti possunt. Absolutè necessarius est in morbis lentis, chronicis, asthmate, v. g. & febribus intermittētibus, maximè quartanis; non in febribus acutis & malignis. Non quod non alterandū sit in illâ notoriâ intemperie, sed quod non alteranda materia, quæ expurgari debet. Verbo, in intemperie cum materiâ, crudâ, indigestâ, sensu debito, expurgandâ.

Specialia præparantia, pro ratione humorum dividi solita, si attendamus, non alia quidem sunt quoad materiam, quàm hæctenus exposita, nominanda tamen quoad applicationem & vsum specialius. Quoad bilem itaque vtut, quatenus crassitie & tenuitate peccat, sua quoque postulet remedia, modò incrassantia, modò attenuantia; ita tamen potissimum dicuntur bilem, seu cacochymiam biliosam præparare, quæ sulphur alcalinum eiusdem, adeoque acre, mobile, feruidum domant & fermentatiuum, vnde tam in quantitate, cui debentur cholagoga, quàm consistentiâ quoque eadem hinc melius corrigi potest.

Dicuntur illa & sunt ab effectu refrigerantia & temperantia, singula suo modulo agendi, aquea v. g. diluendo & humectando; acidula obtundendo, subamaricantia reserando & abstergendo; vnde potissimum huc spectant hepatica frigida, inprimis simul subadstringendo roborantia.

Conueniunt in quouis bilis dicto excessu, febribus intermittētibus & continuis seorsim, vt &, suo respectu, ictero, siti immodicâ, ardore ventriculi φλογώσες, guttâ rosaceâ, vigiliis, scabie & similibus.

Sin viscedine, glutinositate, tenacitate & concretionē chyli ferumve peccet, huic vitio debentur fluxilitatem ipsis fenestrantia, aperientia falsa, aquea, incidentia acida, amara, acria, aromatica, mixta, & concretionem impediētia; vtrobique respiciendo simul ad prædominium salis adiuncti, acidi vel salis. Profunt in cachexiâ, cruditatibus, febribus quotidianis, epilepsia, catarrhis, asthmate, lue venereâ, fluore albo.



Sin denique acidum fixum, ponticum, acerbum & austerrum, vel cum bile confermentatum corrigendum sit, præstant id acido, quieti & fixitati contraria, v. g. inuertentia volatilia, quæ sale volatili aromatico vel vrinoso pollent, vt antiscorbutica; Deinde & saturantia fixa, inprimis martialia. Tertiò apertientia splenetica & hepatica alia, cumprimis aquea, humores adustos diluentia, salina, aliaque.

Profunt hæc in affectu hypochondriaco, scorbutico, obstructionibus, deliriis, maniâ, melancholiâ simplici & hypochondriacâ, cancro, elephantiasi, scabie siccâ, ferinâ & eius farinæ reliquis.

Communia biliosis *ὀρρασιμὸν* patientibus & acidis melancholicis præsidia sunt opiata, & acrimoniam pro re natâ refrenantia alia.

Quod ferum spectat, verum quidem est, educi purgantibus posse solâ quantitate peccans, id ipsum tamen potissimum, valet de infimo ventre & cæteris paribus; habet verò itidem exceptionem, in specie in affectibus pectoris. Si ferum peccans tussim catarrhosque excitet, non facillè purgans dare solemus, prius, quàm cocta & maturata probè fuerit materia. Par ratio est affectuum oculorum, ophthalmiæ, imminentis suffusionis & similibus.

## LIBRI II. SECTIO II. CAPVT I.

De

### *Lenientibus.*

**L**ENIENTIA dicuntur tum ratione actionis, lenis, blandæ & suaui, tum quoque partis, nempe alui, quæ aluum leniter expediunt, quam in omni morbo apertam esse conuenit; unde cum huic fini optimè prospiciant, & primas vias sine molestiâ, sine turbatione, liberent, insignissimum habent usum.

Et



Et hinc audiunt quoque *laxativa*, barbaris *minoratiua*,  
 ἐκκοπρωτικά p. d. stercoraria, quod scybala promoueat, vt *bene-*  
*dicta*, ob maximam vtilitatem ἰσπαρωγά.

Indicans primarium est alui lenitio, secundarium humo-  
 rum vitiosorum educitio; coindicans vires debiles, adeoque pur-  
 gantium sunt succedanea, succedunt iisdem in minori cacochy-  
 miæ gradu; succedunt, vbi purgantia minus tutò dantur, ma-  
 iorem læsionem post se datura, vt proportio inter agens & pa-  
 tiens, seu potius inter indicans & indicatum, adæquata fiat.

Locum ergò habent in quouis morbo, tum si natura in offi-  
 cio cesset suo, hoc pacto monenda, tum reuellendi, & reliqua ad-  
 iuuandi fine, innoxia singula & indemnita, siue per os adsuman-  
 tur, seu per clysteres κατὰ applicentur, seu per epomphalia in  
 in vsum cedant.

Efficiunt hoc ipsum alia propriè, alia impropiè & per acci-  
 dens. Propriè lenientia iterum alia humores educendos, alia  
 naturæ stimulum & sensum magis respiciunt, quorum illa dixi-  
 mus per accidens magis, hæc per se magis id præstare, hoc re-  
 spectu nempe ἰσιδισμῶ. Vnde diuidemus iterum in lubricantia,  
 detergentia & stimulantia.

*Lubricando* leniunt (1.) *aquea*, & humectantia, quæ diluunt  
 feces, seu scybala exiccata, ob defectum humidi ad fluendum, seu  
 motum saltim, inepta, vt potus largior. Nil magis enim impedit  
 scybalorum retentionem, (si appetitus cæteroqui benè habeat &  
 cibus assumatur, quàm potus parcior, & vita deses, sedentaria,  
 quieta. Vnde maximè errant, qui nescio quâ religiosâ parsimo-  
 niâ seu abstinentiâ à potu corpus defraudant genio, & alui bene-  
 ficium hinc non experiuntur. Perpetua enim intercedit propor-  
 tio inter assumpta, digesta & egesta; vt, quod alibi diximus,  
 qui benè ingerit, digerit & egerit, sanus demum habendus sit.

Hinc falluntur, qui in morbis, quando nihil ægri assumpsère  
 per aliquot dies ciborum, & venter quasi vacuus est, tamen sti-  
 mulant aluum, non attendentes nil habere naturam, quod ex-  
 cernat, vnde necessariò quiescit. Hinc etiam in fame nimiâ sub-  
 fidunt & corrugantur intestina. Hinc vno verbo largius hisce-  
 libendum est.



Tantò magis verò leniunt & laxant aquea, quando vel acti-  
vo caractere sunt imbuta, ut thermæ & acidula, serum lactis  
caprinum &c. vel heterogeneis particulis facta, apta fermenta-  
tioni, vt mustum, cereuisia recens, & omnia feculenta, aluum  
turbantia. Vtroque nomine cereuisia Numburgensis id præstat,  
est enim ex nitrosæ naturæ aquâ cocta & turbulenta, vix clarita-  
tem acquirens ad instar aliarum. Sic & superbibitus potus pru-  
nis, pyrisue coctis, facilius id præstat.

Lubricando leniunt (2.) *emollientia mucilaginosæ*, quæ a-  
queam & sulphuream concretam habent molliem in recessu;  
tum alimentosa interius assumpta, oleracea omnia, nitroso sale  
facta, quod vel gustu spinachiæ ad pulvem decoctæ patet; tum  
medicamentosa, in clysteribus recipienda. Neque enim hæc  
interius æquè adhibentur, quatenus ventriculum flaccidiorem  
reddunt, quod eius tono aduersum est.

Mollificant hæc itidem feces, & motum peristalticum inte-  
stinorum adiuuant, præcipuè quando naturâ suâ sicciora sunt  
hæc ipsa. Quidam colicus, aliis non iuuantibus, taleolis malux  
radicis; quidam desperatâ velut alui adstrictione laborans in  
balneum ductus & sacco è farina lini abdomini toti inposi-  
to conualuit. Non minus verò & hæc magis id præstant, quan-  
do salino stimulo acuuntur.

Lubricando leniunt (3.) *oleosa, unctuosæ, pinguis, laxigantia*,  
laxantia stricturam, tum interius itidem, tum exterius, v. g.  
butyrum paulò largius sumptum, modò non nidorosam qualita-  
tem nimio vsu feneremur, & maximè ante pastum. Quidam  
quæstor, ob fecum siccitatem sæpius colicis afflictus torminibus,  
ab eo tempore nunquam sensit eos repetere, cum prandii & cœ-  
næ tempore primum ferculum statueret panem butyro illitum,  
suafu medici rationali. Sic & plebis experimento butyrum  
cum pinguedine anseris & muscerdâ imponitur umbilico pro  
laxanda aluo; sic etiam butyrum cum aloë remixtum & puta-  
mini nucis inclusum eodem fine facit officium. Sic oleum  
amygd. dulc. in calculo optimè lenit vias alui & vrinarias, aluo  
enim libera & colici & nephritici dolores conticescunt facile.

Sic



Sic & infantum recens natorum primum est alimentum medicamentosum, vnico laxandi fine propinandum, vt meconium, feces biliosæ & viscidæ, torminum & symptomatum spasmodicorum causa, educantur. Oleum lini in dysenteriâ & pleuritide ob lenientem & sanantem vim insigne est. Singula nempe olea tum particulis sulphur - aqueo - mulcilaginosi mollificantibus gaudent; tum salinis in recessu, quod etiam nuces edentibus iuglandes experiri facile est, vnde expeditissime iuuant,

Leniunt *deterfua* & *stimulantia*, quæ ob particulas salinas variè modificatas, acidulas, amaras, nitrosas, cum vel sine sulphureis lenius irritant & detergunt mucum, Omnia nempe salia stimulant, vnâque fluxiles humores reddunt, crassitie & viscedine excusâ. Stimulant *alkalia*, quæ, iuxta *Helmontium*, feminibus (per ignem) orbata solam (quasi & præcipuam) habent absteriuam, saponariam & resolutiuam proprietatem. Hinc in clysteribus stimuli loco adduntur; hinc cum purgantibus sociantur commodè; & speciatim tinctura tartari egregiè se gerit in obstructionibus alui, tam senili, quàm aliâ.

Stimulant *acidula* terrea, vt tartarea omnia, tartarus ipse crudus, quem crySTALLIS præfert *Heer. in obs. p. 30.* Et *Angelus Sala* se à doloribus colicis, assumptis tartari crudi  $\text{zij}$ . liberatum nullis iuuantibus aliis deprædicat, causamque adscribit alleviationis remotioni causæ tartaræ & frigidæ in intestinis collectæ.

Leniunt aluum cremor & crySTALLI  $\text{¶ri}$ , absteriuâ fermentanteque naturâ, quâ bilem incidunt & fluxilem reddunt simul, eandemque contemperant: idque tum per se data ante cibum, repetito vsu, tum cum purgantibus & lenientibus aliis mixta, ut cum aloe &c. Sic etiam in formâ humidâ talismodi leniens est clystus antimonii sulphuratus, qui hinc in potum inditus febricitantium & vrinam mouet, & sudorem promouet & refrigerat, & aluum apertam seruat, vnde cum indicationibus pluribus satisfaciât, aptissimum constituit remedium. Neque obstat, acida figere potius & coagulare humores; distinguenda enim sunt & ipsa pariter & subiecta, prout ob particularum diuer-



diuersitatem fermentationem promouere, & irritare hinc diuersimodè seu stimulare fibras nerueas possunt. Sic oxymel est leniens egregium, extergendæ pituitæ & intestinis inferviens, fixante naturâ acidâ alteratâ.

Talia acida sunt inprimis *nitrosa*, quæ omnia detergendo laxant, vnde in laxitate ventriculi & diarrhœis aliisque humorum serosorum fluoribus minus danda; vnde ab his sæpè sollicitam aluum nouimus, etiam ad instar purgantis. Propinabamus fœminæ ʒj. arcani duplicati, ad moderandas ebullitiones hypochondriacas, pro tribus dosibus, singulo mane per tres dies continuos sumendis. Inde verò quotidie 4. 5. 6. purgata cum leuamine referebat hinc se à purgante dato hoc pulvere, vt putabat, egregiè adiutam, ☉ ʒiatum aptissimus est clysterum stimulus.

Leniunt *salia media* seu falsa, (quæ diuerso respectu possunt ad acida & media referri,) vt sal commune, hinc ciborum condimentum, quod simul excretionem scybalorum promouet. Lenit abstergendo & stimulando ☿ ʒtus, quibusdam hinc salis balsamici titulo veniens, si ad ʒij. propinetur, quæ tamen dosis pro hoc fine impetrando nimia est, & teneriores facile lædit. Propinata hæc dosis à medico Serenissimo cuidam Principi, robustæ & militari vitâ induratæ naturæ, leniuit aluum 5. 6. sedibus. Eadem verò Serenissimæ coniugi data, tenerioris texturæ & serosiori, debilitatem induxit, vt lipothymia ipsa surreperet. Sic & tartarus resolutus, (cum sale tartari) leniendi hisce viribus est conspicuus.

Præcipuè verò & stimulando leniunt *purgantia*, tum ipsa leniora, aloe, lenientium apex manna, tamarindi, tum reliqua & alia, minori dosi data; adeoque purgantia accisâ dosi data, vel fortiora cum lenitiuis refractâ dosi mixta euadunt lenientia. Faciunt huc anima rhabarbari, pipulæ aloeticæ, Francfurtenses, Glassianæ, & his affines ex aloe rosatâ, vel violatâ factæ, sine vel cum scammonio acuata, præcipuè si recludatur intimè & resolubilis per fermentationem reddatur aloe, accessione martis, ac cr. ☿ri, aliorumque sic simul cicurandorum, vbi viscedinem



nem resinofam irrefolubilem omnem deponit, egregio cum strategemate.

Tacemus alia lenientia huius commatis, quæ vel ex materiâ clysterum, vel purgantium classe huc referri possunt. In mentem venit, quod vulgus hîc loci in vsu frequenti habet leniens, alio refereandæ dicatum quasi probatissimum, plumas nempe anserum teneriores, *Ψλαυμ-Βεδερν* tenuiter concisas; quæ quicquid præstant, videntur facere ob heterogeneitatem auersam naturæ, vnde archeus ad excernendum confurgit.

Impropriè verò & ex accidente lenientia huc faciunt adstringentia *καταχρησινὰς* quasi talia, & effectû æquiuioco. Notandum enim, quod adstringentia in iis, qui laxiorem habent ventriculum & debiliorem, aluum non tantum leniant, sed & quandoque purgent, inprimis ex alimentosis cydonia, si sumantur post pastum, vt ante cibum sumpta adstringunt, cuius rei ratio est ex fibrarum naturâ petenda. Adstrictæ enim ante cibum ægrè dimittunt *κατὰ*, adstrictæ post cibum propulsionem accelerant. Par ratio est opiatorum, de quo egimus in Opiologiâ, & puluerum stypticorum. Vir hypochondriacus cum ad vomitum curandum assumeret puluerem stypticum, toties diarrhœam reportabat, idque non semel, ob flacciditatem villorum ventriculi, vt de resoluentibus, de quibus inferius plura occurrunt, nil addamus.

Profunt hæc, vt diximus, 1. in quouis morbo, vbi aluum apertam bonum est esse, tum illo sensu, quod statui naturali id sit conueniens; tum altero, vbi natura id indicat, nec alibi impedita est, vt in variolis & morbilis, vbi nec lenientia sine noxâ dantur, alibi occupatâ naturâ. Sin naturæ beneficio aluus naturaliter soluetur, nec citetur vltra naturales terminos, id ipsum quoque bonum est.

Dantur 2. cum cibis, siquidem obseruatum est, lenientia optimè hoc tempore dari, immediatè ante cibum, vel cum cibo ipso, & potius cum cœnâ, quàm cum prandio. Legi meretur de hoc ipso insignis locus apud *L. Septalium l. 3. animaduers. 5.* vbi inter alia scribit: Et vt millies ego expertus sum, & nostras



tes medici meo exemplo cognouerunt, hoc modo aut uncia semis aut etiam drachmis duabus sæpenumerò maior excrementorum copia educitur, quàm cum vncia, & etiam vncia vna semis per horam, vt moris est, ante prandium exhibetur. Hunc in finem vsitatissimè propinantur pilulæ aloeticæ Francofurtenses aliæque huius generis. Conueniens est hoc tempus naturæ, quatenus à somno capto matutino tempore per aluum secludere scybala gestit.

3. *Lenientia purgantium commoda sunt adiuuantia, in specie tartarea, quæ non solum in decoctis purgantibus optimo cum successu iunguntur; verùm & in pulueribus purgantibus.*

*Neque tamen 4. solis inherendum lenientibus, seu in principio morborum, seu in progressu; quin purgantia in eorundem locum sint surroganda, sicubi à maiori copiâ humorum indicentur, vnde illud apud Hoffmannum, l. de med. offic. Non curamus vllos magnos morbos, quia nunquam nos expeditus à lenientibus.*

5. *Non sunt confundenda lenientia lubricantia & stimulantia. Lubricandum magis in ficcitate intestinorum; stimulandum magis in eorundem repletionem. Illa magis feces, hæc sensum magis respiciunt. Lubricantia in clysteribus, stimulantia in suppositoriis magis prosunt.*

## LIBRI II. SECTIO II. CAPVT III.

De

### *Purgantibus.*

**P**URGANTIA medicamenta, vt pleraque alia, nomen suum ab actione indepta sunt. Cum enim corpus mundificent à saburrâ vitiosâ, purgantia à Latinis, a Græcis καθαρτικά, καθ' ὅτι πῦ καθάρσειν, à purificando dicta sunt. Hippocrates frequenter φάρμακον καὶ ἐξοχὸν vocat purgans, absolute, citra adiectionem; quasi præcipuum medicamentum; contra sordes massam sanguineam inquinantes ordinatum.

Vt vt



Vt vt verò latissimè tribui possit non solum euacuantibus per aluum, sed & omnibus iis, quæ quocunque modo & ratione excrementa educunt, ita vt & particulariter euacuantia, erhina, apophlegmatismata, bechica, diuretica, menses mouentia & alia huius generis purgantia dici queant; Vfus tamen obtinuit, vt specialiter & pro eo solum κατ' ἐξοχήν medicamento accipiat, quod latè per vomitum & aluum, & strictè per aluum solum purgat.

Definitur purgatio à Galen. 2. aph. 1. & 2. aph. comm. 17. quod sit humorum suâ qualitate molestantium euacuatio. Vt verò eò de magis pateat ratio purgandi à medicamentis in corpore, operæ pretium est considerare 1. ipsa medicamenta, quæ id præstant, 2. Phænomena potiora ab assumptione euenientia; adde 3. partium, quas euacuant, rationem & dispositionem.

Quoad illa notabile est, 1. magnam esse purgantium latitudinem, maximam differentiam. Sic (1.) ab effectu, leniori vel molestiori, alia sunt *benigna*, benedicta aliàs vocata, quæ rura sunt, blandè & leniter purgant, nihilque maligni in se continent, vt cassia, manna, tamarindi. de quibus Galenus scribit l. 3. simpl. c. 24. si operatione suâ frustrentur, ea concoqui & in alimentum converti. Ex propriè dictis purgantibus talia sunt senna & rhabarbarum, laudatissima medicamenta. Alia *media* sunt, vt gualapa & scammonium. Alia *fortiora*, maligna, seu potius *δραγμα*, quæ violenter purgant, v. g. colocynthis, helleborus, laureola. Unde eodem Galeno autore l. c. in substantiam veneno finitimam mutantur, si nihil purgent; id quod tamen & rationi & experientia est contrarium. Si enim non præstant minus, stimulum, irritationem, quomodo præstabunt maius?

(2.) Alia à modò actionis, seu gradu, primas duntaxat vias expurgant, *lenientia*, hætenus exposita, alia ultra primam corporis regionem penetrant, & penitiores remotioresque partes euacuant. quæ propriè *purgantia* & *solutiva* nuncupantur.

(3.) Ab humore, quem educunt, audiunt & diuisa communiter sunt in *phlegmagoga*, *cholagoga*, *melanagoga*, *hydragoga*, imò iuxta quosdam etiam *hamagoga*.



(4.) A viâ, per quam purgant, alia *âro* purgant, *emetica* dicta; alia *κάρω*, *purgantia*, deiectoria.

(5.) A partibus, quibus appropriata statuuntur, alia v. g. *ventriculorum*, vt aloe, alia *iecur*, vt rhabarbarum, alia *renes*, vt cassia & terebinthina, alia *neruos & articulos*, vt hermodactyli, alia *thoracem*, vt agaricum, purgant, quod quomodo locum habere possit, suo loco, vbi de specificis diximus, discutimus.

(6.) A sapore, alia sunt *amara*, vt aloe, colocynthis, alia *acria*, vt euphorbium & mezereum, alia *dulcia*, vt polypodium, manna, alia *insipida* ferè, vt mechoacanna, antimoniatâ.

(7.) Ab accidentibus aliis, vt ab *odore*, *colore*, *corpulentia*, *textura*, quibus mirum quantum variant; singula verò resinosis & salinis, paucioribus vel maioribus particulis constare deprehenduntur, variis terreis, aqueis, remixtis.

(8.) A rebus vnde petuntur: alia ex *animalium* genere, vt serum caprinum, hepar picæ, quod in aulis quibusdam tanquam iocosum purgans habetur; alia ex *vegetabilibus*, alia ex fossilibus seu *minerali* regno, vt speciatim, radices, flores, fructus non recenseamus.

(9.) A modo applicationis, alia sunt *interna*, quæ ore assumuntur: alia *externa*, quæ ventri applicantur; vis enim horum subtilis transmittitur, vt purgetur corpus à transumptis particulis, stimulum intus vibrantibus,

Præter hæc verò 2. notabile est phenomenon, purgantia omnia esse sternutatoria, id quod experimur non solum, si hoc sine applicantur, vt helleborus albus inde nomen obtinuit, & vnicè ferè hodiè hoc vsu celebratur; sed & in puluerisatione gialapæ, & aliorum. Hæc verò stimulant membranam tenebram narium, eliquant glandulas, fundunt humores, & omnium optimè, factâ comparatione effectus, purgantium agendi modum explicant.

3. Purgantia pleraque acrimoniam pungentem & fundentem serum sensui manifestare, si vel masticationi subiiciantur, vel aliis modis examinentur; omnis verò acrimonia est à sale.

4. In



4. In iisdem refinofam feu sulphuream vim vifi & deprehendi, quâ ablatâ vis purgandi abit omnis. Refinofa v. g. eft gialapa, vnde & ardet, refinofum scammonium, euphorbium, gummi guttæ, & alia, vnde cum fpiritu vini extrahuntur commode. Inprimis verò duo hæc elementa deprehendi in antimonio, quod hinc pro diuerfâ immutatione purgat, sudorem ciêt, præcipitat, imò antimonium crudum loco pulueris epileptici quidam fecretò propinant. Et legi de hoc potest locus inſignis apud *Gordonium in philonio c. de epil. pag. 99.* vbi ex opopanace, caſtoreo, ſanguine draconis & antimonio crudo puluis deſcribitur, idque ex Varignanæ ſecretis & libro ſecretorum Tübingenſi commentator illuſtrat.

5. Acida obtundere purgantia, quatenus acrimonia ſalina & ſulphurea hoc pacto infringitur.

6. Quoad corpus, obſeruamus aſſumpto purgante medicamento pulſum, ſiquidem operaturum ſit, immutari, laſſari aliquo modo corpus, ſomnolentum reddi & incaleſcere paulò, nauſeam aliquam oboriri, (quod tamen non perpetuum eſt,) *ρροσπορυσμός* excitari, *δραξιμός* paulò, imò & mediis tormina fieri, hinc feces alui excerni aquoſas primò, liquidas ſaltim, hinc muſcoſas, idque aliquot vicibus; poſt verò, quàm operationem ſuam finiêrunt, aluum per aliquot dies obſerari; quæ ſingula fuſionem humorum & agendi rationem explicant ac innuunt.

7. Non minus verò, præter hanc purgationem arte inductam, motu proprio naturæ diarrhœas fieri ſæpius, præſertim verno vel autumnali tempore, ſeu ſalutariter & cum *ευφορία* quod criticè fieri dicitur, ſeu cum virium debilitate, quod ſymptomaticè contingit, idque inprimis, ſi à cauſâ occasionali, in aëre, motu, cibo & potu quidam ſtimulus acceſſerit.

8. Bilem eſſe clyſterem naturalem, ſeu ſtimulare tum in ſtatu naturali, vt alius expediatur, tum præternaturali, ſi acrior reddita inteſtinalaceſcat. Gaudet enim acrimoniâ ſalinâ, abſterſiuâ & ſulphureâ & in cholera, dyſenteriâ & ſimilibus fluxibus manifeſtò peccare deprehenditur, imò & reiici frequenter



ἀρα & κάρτα, non tamen id fieri nisi simul fluxilis sit, vnde natura & ob hanc causam videtur succum pancreaticum fociâsse bili, vt dilueretur & fluxilis aliquo modo reddita promptius fermentaret & stimularer ad exitum scybala.

9. Ventriculum & intestina plurimis præcipuè pollere, fibris nerveis, glandulis miliaribus infinitis; Confluxu item perpetuo humoris pancreatici biliosi & recrementorum ordinariorum. Fibrae nervæ sensus teneritudinem, glandulae & ductus patentes dicti humorem largiuntur & fœnerant, qui euacuantur.

Cum itaque in alui fluxu seu à naturâ, seu ab arte factò, obseruetur humorum quædam liquefactio, motus fermentatiuus & stimulus ad expellendum; cumque totius quasi corporis cloaca sint intestina, facillè patere potest & vniuersale esse præcipuum medicamentum eadem, & quomodo purgatio fiat, tum in genere, tum inprimis à selectioribus purgantibus medicamentis. Id verò vt distinctius eluceat, tres notamus potissimum esse hypotheses autorum, quibus ad explicandam actionem purgantium vtuntur, innixas sympathiæ, antipathiæ, & fermentationi.

Prima hypothesis est: purgantia agere ob magnetismum, similitudinem totius substantiæ, seu, quod idem est, ob occultam aliquam specificamque virtutem, à formâ substantiali, tanquam principio nobiliori, proficiscentem, non aliter ac plantæ conuenientem succum ex terra sugant; vt singulæ corporis partes familiare alimentum ex massâ sanguineâ prolecent; vt magnes ad se ferrum moueat, vt succinum paleas adducat. Eodem modo purgantia humores naturæ suæ congruos trahere. Adeoque agere eadem ἑλξεί, attractione, quam eximiè iuuet calor tractionis comes, non minus ac aliàs quoque dolor hunc censum subit, quod Gal. l. 5. simpl. c. 17. addit.

Per similitudinem substantiæ intelligunt non identitatem, simile enim non est idem, seu simile & idem differunt; vt non ferrum à ferro, sed à magnete trahitur; non similitudinem in accidentibus, vt in colore, crassitie, densitate, tenuitate aut raritate,



ritate, quandoquidem in alijs, vbi eadem accidentia reperiuntur, non æquè vis purgandi visitur inesse, neque talis convenientia in purgantibus compareat; sed similitudinem idealem, specificam, seu, si mauis, incognitam; vnde alii in genere trahendo agere volunt similia, alii specialius exprimunt illam substantiæ similitudinem, quod debeatur quibusdam spiritibus.

Hinc ex hâc hypothesi assumptam pharmacum à calore corporis nostri in actum deducitur, eiusque vapores & spiritus in totum corpus disperguntur, qui, cum purgatrice facultate sint præditi, humores sibi familiares deinde ad se alliciunt, atque à massâ sanguineâ reliquisque humoribus vtilibus separant; quod vbi fit, natura tertio loco insurgit, & quia tum à pharmaco, tum à noxiis humoribus stimulat, expultricis facultatis ope vtrumque stimulum tandem exturbat.

Contra hanc sympathiam seu magnetismum diximus, eum non probari posse, nec dari reuerà: Quæcunque enim inter se nec substantiâ nec qualitatibus conueniunt, illa inter se sympathiâ vel magnetismo non gaudent. Non in substantiâ, humores enim euacuandi summatim vel biliosi sunt vel serosi, & cum his affines alii, quomodo verò similitudo substantiæ concipi potest v. g., vt alia taceamus, in vitro antimonii, in scammonio, in alijs? Et posito hoc, non tamen concessio, verissimum est, contradictoria esse nec simul stare posse: attrahere & propellere. Neque distinctio valet nonnullorum, attrahere per se, propellere per accidens, quatenus naturam unâ irritant. Non in accidentibus, nisi merè per accidens; neque enim rhabarbarum vel aloë bilem expurgat, quod amara sint, vel flaua, cum absinthium, cum crocus & alia id non præstent, quod ipsi afferentes concedunt.

Tolerari aliquo modo & mollius explicari potest hæc hypothesi, si purgantia concipiamus esse velut fel artificiale, quod iunctum bili naturali ad excretionem citet archeum intestinorum.

Altera hypothesi est, purgantia agere ob antipathiam, *διὰ τὴν*,  
*propulsionem*, ab abhorrescentiâ & contrarietate inductam,  
Con-



Contrarietatem hanc duplicem statuunt & explicant, alii respectu naturæ seu archei, quorsum illi spectant, qui venena esse purgantia criminantur, vt natura assumpto purgante velut contra hosticam turbam insurgat, & nolens volens exturbet tali impetu non tam humores, quàm medicamentum, quocum pessundati humores exitum inueniant.

Pares his sunt, qui cum Asclepiade apud *Galenum l. de purg. med. fac. c. 1.* statuunt humores per purgantia eductos non fuisse in corpore tales, quales post euacuationem conspiciuntur, verùm alterius generis, à cathartico autem mutatos & in naturam sibi similem conuersos, i. e. corruptos, bilem v. g. à chologogo excretam non fuisse bilem, sed humorem in bilem mutatum. Hinc tria iuxta Asclepiadem in purgatione humorum, accidentia concurrunt: generatio humoris, stimulatio naturæ, & generati humoris assumptique expulsio. Præter ea verò, quæ *Galenus l. c.* & alibi rectè huic sententiæ opponit, nullitas eiusdem monstrari potest, si tum medicamentum, tum humores educendos consideremus. Medicamenta purgantia diuersa sunt, inter se differentia, vnum tamen præbentia effectum. Hic ergò non vnus idemque à diuersis & distinctis inter se omninò expectari potest. Neque humores eidem ita auscultarent promiscuè.

Alii verò eandem antipathiam agnoscunt in purgantibus versus humorem excernendum, Ita *Laur. Juberius* loco citato catharticum è corporibus nostris minimè attrahere vult, sed potius fugare & expellere, atque antipathiâ veriùs, quàm sympathiâ opus suum perficere, eiusdemque cum alexipharmacis conditionis esse. Vt enim hæc venenis inimica sunt, eaque non *ἔλαττει*, sed *ἄσσει* è corporibus eliminant; ita, *inquit*, purgantia vitiosis humoribus aduersari & naturali quâdam antipathiâ eosdem expellere. Sed alia omninò ratio est alexipharmacorum & purgantium, ac consequentia nulla est; si bezoardica resistunt veneno, ergò & purgantia agunt eodem pacto ob antipathiam. Differunt quàm maximè inter se purgantia & alexipharmaca; quomodo ergò sub eodem genere & conditione locari queunt?

Refere-



Referenda hinc & ipsa hæc antipathia est ad ignorantiaꝝ asyllum, ad occultam qualitatem. Non pellunt purgantia ob antipathiam, vnde rectè asseritur purgantia non esse venena, vel quasi venena, ab effectu hoc ipso suo, multò minus è medicinâ exturbanda. Effectus enim hic salutaris est; cuiuscunque verò effectus est talis, illud pro medicamento, non veneno æstimandum est, à fine enim actio æstimanda. Quo loco obiter repetimus, distinctionem simplicium inter alimenta, medicamenta, & venena non tam strictam esse, sed generalem & latiore, quæ mediam agnoscit subdiuisionem & classẽ in omnibus. Hinc vt dantur alimenta medicamentosa & venenosa, ita & inter medicamenta & venena datur medium, quod de purgantibus fortioribus dici potest.

Tertia hypothesi est, purgantia agere vi fermentativa, adeoque eorum actionem fermentatione absolui. Solent hinc, qui de fermentatione scripsere, in solenne exemplum laudare fermentationem, vnde purgantia vocant, quæ quocunque modo adhibita à calore corporis nostri in actum deducuntur, resoluuntur, occultâ vi humores sibi cognatos turbant, agitant, fermentant; quâ turbatione natura irritata inutiles humores segregat & expellit.

Vt clarius pateat, & quomodo fermentatio concurret, & vim causâ habeat in exerendâ purgatione, liceat ex metaphysicis inter alia distinctionem huc mutuari inter causam, vt communiter dicitur, quæ, & quâ. Fermentatio non est causâ quæ, cui agendi prouincia principalis & sola adscribi queat, illa enim est irritatio, de quâ mox; sed est causâ quâ, requisitum secundarium seu necessaria conditio ex parte causâ, ut tamen genuina causâ, saluâ veritate, censeri non possit.

Vt ut ergo adfit in omni purgatione fermentatio; illa tamen non ita concurrat, vel influat, vt cognitâ hâc & admisâ satiari intellectus & omnia phænomena, omnis agendi modus clarere possint. Seu, vt aliàs dicitur, fermentatio est causâ sine quâ non, vnde hâc non eueniente frustra est irritatio, frustranea medicamento assumptio, quia potentia illa non traducitur in actum.



Adeoque purgantia non sola fermentatione absolutuntur vel explicari possunt, seu per sola adsumatur, seu sub occulta vi comprehensa.

Reliquum est, ut dicamus, quomodo agant, quæ quarta est hypothesis, irritatione. Conveniunt singuli fere in hoc, fieri in purgatione irritationem, illud tamen paulo latius est. Alii inde in irritatione generali acquiescunt, ut *Thom. Erastus l. de purg. med. facult.* docet, cathartica non peculiarem aliquem humorem prolicere, sed naturam saltem stimulare & laceffere, quæ irritata sponte vitiosos humores exturbet. Idem fere sentit *Jacobus Scheckius*, qui similiter non  $\alpha\lambda\zeta\iota\nu$ , sed  $\omega\sigma\iota\nu$  purgationis causam statuit; medicamentum enim & noxios humores expultricem facultatem acrimonia sua stimulare ait, quæ stimulata utrumque postea expellat. Hæc ipsa verò generalis irritatio non satiat animum sciendi avidum, id enim & vulgus novit. Hinc etiam qui electivam agendi vim in purgantibus cognoscunt, irritationem in genere reiiciunt, quod illa sola non possit noxios humores ab inutilibus secernere & extrudere; quodposito irritante promiscue quilibet humor expurgari queat; quod idem expectandum foret ab omnibus calidis & acris, utpote quæ non minus naturam stimulare apta nata sint.

Agunt itaque purgantia irritatione, seu nulla purgatio fit sine stimulo; omnis enim irritatio supponit acrimoniam, quæ a priori sensu, a posteriori effectu satis conspicua est. Hinc dependet illa actio principaliter ab  $\epsilon\pi\epsilon\sigma\iota\sigma\mu\omega$  stimulatione archei intestinorum, quando tunica eorundem membranacea & glandosa acriorem characterem sentit, & magis quam ordinarie contrahitur ac sollicitatur.

Acrimonia hæc ipsa in aliis magis explicata & pansa est, unde, quod diximus, purgantia illa simul sunt sternutatoria, & corrosiva, alia venenosa,  $\xi\alpha\tau\upsilon\varsigma$ ,  $\infty$ , cum immanibus torminibus potentissime sæpe purgant; in aliis magis latens est, ut in antimoniatis, non prius se exerens, quam in ventriculo, cujus hinc delicatior longe æstimandus est sensus. Unde & acida illud sal figunt, & stimulum illum obrundunt.

Acri-



Acrimonia illa principaliter debetur principio salino acti-  
viori, humores ad ὀρρασμὸν, naturam ad excretionem citans.  
quicquid acre est, sali adscribitur non immeritò.

Ista porrò acrimonia salina modificata est principio sul-  
phureo, quod perinde est, an refinam, an sapam vel aliter voce-  
mus, cum matrice acida consociato, unde & facilior fermentatio  
& stimulatio confurgit. Acor ille manifeste visitur in destillati-  
one gialapæ, hellebori aliorumque, cum copioso oleo, seu sul-  
phure, quo de in *dissert. de gialapa* egimus. Neque tamen pur-  
gandi actio acido tribuenda est, quin potius notum est ex ana-  
lysi & consideratione similibus, illa ipsa simplicia, quæ acidum  
cum sulphure condunt, vel ipsius sulphuris communis exemplo,  
alcalinos magis æmulari effectus. Suffecerit nobis cognoscere  
in purgantibus principia hæc diversa, vt sic prudentissime a cre-  
atore mixta, quæ liquationi & fusioni humorum indeque con-  
sequente irritatione effectum purgantem edant, aptissima ad  
fermentationem seu ὀρρασμὸν citandum.

Patet id vterius, si cogitemus, non solam acrimoniam sa-  
linam, adeoque nec irritationem sufficere, qualis in torminibus  
v. g. in colica sine alui fluxu, satis insignis est; sed biliosam  
quasi, seu sulphuream, cujus idea in dysenteria & diarrhœis aliis  
visitur. Neque enim dysenteria est nisi hypercatharsis spon-  
tanea, seu a principio intrinseco facta, vt alias a purgantibus  
fortioribus, colocynthiacis cum primis, dysenteria non raro eve-  
nit & producitur.

Purgantium igitur vis omnis ab acrimonia salino-sulphu-  
rea viderur vnice arcessenda, seu agunt irritatione ob acrimo-  
niam salino-sulphuream, unde sale & sulphure ablato, vel non  
vel debilissime purgant,

Acrimonia denique illa salino-sulphurea magis vel mi-  
nus volatilis est. Fixior & minus volatilis si fuerit, κατὰ pur-  
gatur magis natura inde admonita, vt a senna, rhabarbaro, co-  
locynthide. Sin volatilis magis, ἄνω, quod de vomitoriis va-  
let & dicitur infra latius; in quibus vero medius status mix-  
tura est, ἄνω & κατὰ, vt in gummi guttæ & aliis. Ordinarie



puta, & medicamento sibi relicto, extraordinariè enim, prout ipsa hæc dicta fixitas vel volatilitas in humoribus prædominatur, etiam vomitoria fiunt *κατατρικὰ*, & purgantia *ἀνωτρικὰ*, per accidens & extraordinariè.

Positâ verò acrimonia, eaque irritativa & fermentativa, liquantur & funduntur humores, natura vero stimulat, vt collecti & adducti excernantur. Liquantur, spiculis salinis se infigentibus & serum concretum fundentibus, non aliter, ac suo modo ptarmica & errhina papillas narium eliquant, vnde humor aquosus exit copiosè. Vnde si hoc sensu attractionis vox fumatur, habet omninò locum. Fit in purgatione & *ἐλξίς* & *ῥῆσις*, *tractio* & *pulsio*, modò rite res intelligatur. Liquantur, è glandulis intestinalibus, prolecto humore seroso. Hinc non tantum ab irritatione continuata sequitur quandoque ipse sanguis, sed & spasmus extremorum. Verum id est, elogio *Hippocratis*, non saltem de helleboro, nominatim albo, sed & aliis quibusuis purgantibus. Quid benignius gialapa? Ab illa tamen talismodi spasmus obseruauimus, consignato exemplo *Ann. X. Ephem. Germ. obs. 75. p. 204.*

Ordine hinc se consequuntur *δερματις*, *turgescencia* seu fermentatio; *ἐπεδισμός* *irritatio*, & *ἐκκρίσις* *excretio* humorum irritantium & fermentantium, singula acrimoniæ salino-sulphureæ aptissimè quadrantia. Irritatio vero & antecedens est & consequens, adeoque omne absoluit punctum, quandoquidem purgantia obuios humores exstimulant, scybala, bilem, succum pancreaticum & glandosum intestinale, indeque consecutione quadam totum corpus euacuant, sortita differentiam & à præsentia illorum & copia, ac à diuersa modificatione, texturæ.

Quæ cum ita sint, irritatio hæc non est determinata ad vnum solum, hunc, illum humorem; sed determinata secundum quid, ad partem quam euacuant, intestina, limitata quoad humores ibi contentos & excernenda. Hinc est, quod *Cottus* scribit *f. 4. aph. 2.* purgantium medicamentorum vsu talia è corpore educenda, qualia sponte etiam prodeuntia iuuant, contrario



tratio vero modo exeuntia, sistenda. Sponte enim prodeuntium titulo intelligenda non alia, quàm quæ diximus. Hinc abundantes hi & præfentes tolluntur accuratè à purgantibus, quæ indicant. Sanis verò corporibus, vbi dictæ hæc ordinaria quiescunt non excedunt, non peccant, nocent purgantia, argumento 4. aph. 16. Helleborus periculosus sanas carnes habentibus, conuulsionem enim inducit.

Hæc cum obiectum sint purgantium, omnia æquè purgant omnes humores obuios promiscuè, sed diuerso effectû. Non vno eodemque modulo peccant humores, non vno eodemque modulo agunt purgantia, modificata diuerso modo vtraque. Perpetua enim inter agens & patiens est proportio. Cumque euacuanda potissimum sint biles, serum & scybala, non tamen vnusmodi, meritò ex hoc fundamento distinctio omnis petenda.

Argumentum vniuersale esse potest hoc: Si differunt inter se humores euacuandi, differunt & medicamenta euacuantia, meritò sequitur, non omnia agere vno eodemque modo, sed alia magis hunc, alia illum magis respiciunt, non omnes omnia tam benè, generali nihilominus fermentationis & fusionis, præcipuè verò irritationis regula promiscuè euacuatis quibusuis.

Cumque in his ipsis recensitis minera & nidus morborum variorum resideat vnice, meritò purgantia indicantur tollere causam morbificam, idque potissimum in principio, prius, quàm fermentum morbosum collutulare reliquum sanguinem magis sustineat, prius, quàm vires deiciantur.

Coronidis loco dicendum aliquid adhuc venit de distinctione essentiali & electiua illa purgantium vi. Differunt ergo etiam purgantia specialiter 1. operandi gradu, alia sunt mitia, alia mediocria, alia fortiora. Sunt quæ extraordinariè difficillimè, sunt contra ea quæ facillimè mouentur; difficillimè, in quibus irritatio seu stimulus salinus vim fermentatiuam comitem non consequitur, quæ dicuntur sicciore; quibus item mucus intestinorum viscosior est & spissior; facillimè verò, quibus &



fluxiles acresque humores & membrana intestinorum ac ventriculi nudior est, & tantum non papyracea. Medium tenuere beati, hinc doses ipsorum purgantium hinc inde communiter annotatae ad vniuscuiusque subiecti conditionem sunt limitandae.

2. Differunt secundum texturam specialem partium salinarum & sulphurearum, vt & pro maiori vel minori resolventi potentia. Hinc alia sunt, respectu humorum, magis feriduca, cholagoga & melanagoga, a diversis humoribus peccantibus & diuersa materia. Cum vero similia eadem sit ratio, brevius & concinnius noscemus rem omnem, si dicamus cholagoga & melanagoga minus differre, in melancholia enim omni bilem peccare, vel nomen innuit. Non differunt hi humores, bilis flava & atra, radice, seu substantia, sed differunt qualitatibus. Vnde cum melancholia sit duplex, vna quae sero debetur acido, altera quae bili; de his potissimum dicimus, quod quae bilem euacuent, illa quoque melancholiam, vti priori illi speciei convenit cum hydragogis. Hinc commodum vtrorumque est connubium.

Conveniunt etiam quae pituitam liquant, & hydragoga. Eadem enim horum est ratio, vnde affinitas purgantium & hinc elucet.

Innixa vero singula haec praesidia esse debent suis indicationibus, etiam in quantitate & qualitate, vt selectus instituat inter purgantia, selectus pro praxi Clinica necessarius, ut dosi non excedamus, alias quippe non tam id quod quantitate & qualitate excedit, adeoque morbiferum est, evacuabitur, sed & humores boni, cum manifesto corporis detrimento, licet vulgus aliter cogitet, numero sedes aestimans potius, quam εὐφορία. Hinc ex methodo medendi supponimus & hic, in omni instituenda purgatione respiciendum esse & morbum, qui laedit ac purgationem indicat, & subiectum quod laesum est, & medicamentum quod prodesse debet.



## LIBRI II. SECTIO I. CAPVT IV.

De

*Purgantibus non vsitatis.*

**V**T igitur selectus instituat, operæ pretium est conferre inter se purgantia, & quæ in praxi horum titulum mereantur, quæ minus, dispicere; præstat enim paucis selectis adfuescere ingenium, quam confusis pluribus inerrare. Qui bene distinguit, bene docet, & discit, & medicatur. Qui vero bene cognoscit medicamenta, bene curat.

Sermo vero est inprimis de purgantibus primariis & bases vicem sustinentibus, adeoque omnia & singula non in exilium mittuntur reliqua, satis est, non demandandam hisce primam purgandi provinciam, idque paulo rigorosius, vt tanto magis ad selectum invitentur discentes.

Sic *Terebinthina* non tam Veneta, quam Cypria vera vires quidem habet purgantes, ad  $\text{ʒ}\text{ss}$ . dosi ab autoribus protracta, qui tamen vsus & dosis paulo est rarior, imo inusitata in praxi selecta & purgandi sine. Adhibetur vero, abstergendi & sanandi vsu, vtiliter in affectibus renum & genitalium, vt calculo, gonorrhœa, &c. vel in bolo cum cassia, vel in colostrum cum ovi vitello redacta. Audit *ναρκωτικα*, vnde tenerioribus minus convenit. Consultabamus aliquando tres medici de calculo Serenissimæ personæ, vna ventriculi debilitate conjuncta insigni. Medico vno suadente terebinthinam, illo cum symptomate, dissensimus, præsertim in substantia, & delicati palati ægra. Alias etiam *MP.* de terebinthina commode vsurpantur.

*Polypodium*, ab electione quernum, leniens quidem est melancholico humori dicatum, vnde decocta & infusa aperientia melanagoga ad  $\text{ʒ}\text{ij}$ .  $\text{ʒ}\text{ss}$ . ingreditur, inprimis in affectibus pectoris, tussi, melancholia hypochondriaca & scabie, magis tamen est secundarium & alterans, quam purgans.

*Seme*



*Semen Psyllii* mucilaginum basis, ad linimenta pro linguâ fissâ & aridâ, ad ulcera & dolorem, à lacte esulæ oriundum, constituit antidotum, de quo vid. *Rolsinc. l. de purg.* Interno pro vsu, inprimis purgante, exulat hodiè.

*Viola* quoque relata inter purgantia, procul dubio à primoribus artis inuentoribus ad temperandam purgantium caliditatem & acrimoniam addita, unde & fl. 4. cord. commodè infusâ ingrediuntur purgantia; inde in classem ipsam purgantium irrepit. Preparata exin sirupus vel mel viol. in clysteribus conveniunt, Trochisci diaion, seu è violis solutiui exoleti sunt, vim purgandi mutuantes à turpetho, scammon. & mannâ. Semen in emulsione quidem purgat, attamen magis pro remedio efficacissimo ad ischuriam commendatur.

*Florum acacia & persicorum* eadem ferè est ratio. E *sambucinis* turiones primo vere germinantes acetarium constituunt purgans, sed rusticum, & ut plurimum emeticum simul, quam vim variare quidam volunt pro decerpenti modo, prout *zwa* vel *da-  
to* id fiat, magis tamen adscribendum id omne dispositioni humorum. Reliqua etiam memorata, ut &  $\text{♁}$  sambuci viridescens, quod in philtris commendant pro emetico, consultius omittuntur, & pro vsu alterante, traumatico &c. adhibentur. De vehementiâ succiradicis sambuci vid. *Minder. med. milit. c. 6. p. 225. seq.* De sambuco in genere *Blochviz. Anat. sambuci.*

*Afarum* potens est medicamentum purgans & meticum, quo posteriori fine locum adhuc obtinet. Ante aliquot annos civis huius loci, vir quadratus difficulter mobilis, sumit suafu aniculæ pulverem afari fol. & rad. ad integrum cochlear, inde verò hypercatharsin patiebatur lethalem.

*Myrobalani.* prunorum peregrinorum species, ab Arabibus in scholam medicam introducuntur, quarum quinque genera sunt, *chebula*, omnium maximæ; *citrina*, à colore dictæ; *bellirica* gal-lam vel nucem moschatam æmulantes figurâ & colore; *Emblisa* subnigricantes exossatæ & concisæ; & *Inda*, nigræ, nucleorum corni æmulæ, ossè carentes. Constituunt purgans lenè, ut citrinæ bilem, Indæ melancholiam, non tam ob colorem quàm dulce-



dulcedinem, reliquæ pituitam purgare statuuntur. Hæc tamen vis lenitiua seu purgandi adeo exigua est, vt dubitetur fere, num inter laxantia vel adstringentia potius sint referendæ, præcipue cum, *Fragoso* teste, *med. Ind. Tr. 3. cap. 22. p. 54.* Indi ipsi iis non vtantur ad purgandum, sed ad retinendum fluxum sanguinis & seminis. Temperant & alterant potius humores peccantes, bilem obtundunt, eius modum refrænant & lenitèr educunt, & post se adstrictionem relinquunt.

*Euphorbium*, succus arboris seu plantæ potius ferulacæ, C. & S. quarto gradu, ob vires causticas vesicatoria & rubefacientia ingreditur. Purgat quidem vehementer humores pituitosos & frigidos aquosos, vnde olim in apoplexia & aliis affectibus frigidis, vt & hydropè inprimis, commendabatur. Sed cum acerrimum sit, vt & fætum abigat, & ventriculum erodat, quo nomine, rectè an iniuria, *Helmontium* empirici nomine culpant *Heerius obs. 25. p. 287.* & tormina immania cieat, vnde virginem, a pharmacopœo eodem propinato, ad mortem fere laborasse nouimus, consultius eodem hodie, purgandi quidem sine, abstinemus, licet vel acidis, vt succo citri, vel frigidis aliis, vt succo portulacæ, vel oleosis, vt ol. amygd. d. corrigere id vulgo laboret, & ad gr. vii. vel ℥β. saltim dare iubeatur.

*Opopanax*, *sagapenum*, *bdellium*, *gummi ammoniacum*, quæ singula in pilulis de opopanace reperiuntur, gaudent quidem insigni vi deterfiua & humores fundendi, vnde & a *Syluis* in pilulas præscriptæ commendantur; verum notauimus ab illis ipsis facillime tenesimum hæmorrhoidalem oboriri, quod rodant quasi intestina, inprimis cum colocynthide mixta. Præstat eadem ad emplastra feligere, vel interne alterandi & incidendi sine, vnde & ingrediuntur theriacam; vel si purgantibus ea addere placeat, minori dosi, in obstructionibus tenacibus pituitosis,

*Lapis Armenius*, a patria dictus, licet in Bohemiæ & aliis argenti & auri fodinis reperiatur copiose, tam rarus est in officinis, vt vix decima quæque illum ostendere possit. Vt lapis Lazuli coeruleo, ita hic viridi magis colore, seu ex coeruleo-



viridi constat, vnde cum chryfocolla nativa affinitatem habet, Relatus ob acrimoniam veneream, quam secum gerit, inter purgantia & melanagoga olim fuit, lotus & propinatus; verum a recentiorum nemine amplius hoc nomine in praxi æstimatur.

*Lapis Lazuli* coloris veneti, striis & maculis solaribus interfectus micans, cum lapide armeno iudicatur conuenire & de ære participare, quo de pluribus legi potest *Exc. Pechlinus noster l. de purg. p. 286.* Hinc etiam multos experitur aduersarios, qui ipsum diffamant, & prauas nocentes ac exculcerantes, lotionem non corrigibiles, eiusdem facultates incusant, vnde etiam ex confectione alkermes expungere eundem gestiunt, quam & hoc nomine aliquando purgare asserunt, quod tamen per accidens sæpe fit, quam in rem vid. *Dodon. obs. med. c. 54. p. 90.* Ast reuera innoxius est lapis, & vires, quas habet purgantes, leues possidet, unaque massam sanguineam purificantes egregias. Si enim corrigatur lotionem acrimonia metallica, quam leuem habet, tuto cum purgantibus melanagogis dari potest, vnde ipsum ad ℞j. cum ana gialapæ dedimus sæpius interdum etiam in robustioribus citra effectum purgationis vllum. Sunt etiam, qui huic lapidi plus fidendum rentur, quam helleboro, in affectibus melancholicis, & in desperatissima elephantiasis illum experimentis suis nobilitatum commendat *Scaliger. exerc. 272.* Pilulæ de lapide Lazuli, in pharmacopœis descriptæ, itidem sunt exoletæ.

*Helleborus* duplex est, differentia a radice desumpta, non a floribus, albus & niger. *Albus* inter purgantia exoleuit, ob vehementiam, vnde inter *nox. Sæp.* primum locum tenet, & varia quidem educit, sed potentissime & summa cum violentia. Hic tempore *Hippocratis* potissimum fuit in vsu, vnde vbicumque hellebori mentionem facit idem simpliciter, sine additamento, ibi album intelligit, teste *Galeno 5. aph. comm. 1.* Helleborus albus hic potentior longe nigro, vnde & a *Paracelfo* dicitur iunior, quod iuniores. i. e. valde ferocientes, vires possideat. Et vomitus quoque potenter ciet, minus sedes, de quo experi-



mentum consignauit *Smet. miscell. p. 565.* vbi refert quendam puluerem hellebori albi, in sacculis coriaceis passim etiam hodie venalem, ad pondus 3<sup>ss</sup>. (tantum enim pulueris singuli continent,) idque ex modico aquæ hauisse, a quo vomitus proruperunt, aquosi primum, hinc aliquid flavi continentes, infra deiecit semel. Hodie igitur cum sacculis suis pro sternutatorio solum adhibetur.

Non æque hinc patet, quare helleborus ferulaceus dicatur helleborus Hippocratis siquidem admodum segnis est, vnde ad *Θj.* illum dedit *Rosfincius.* Si dicere volumus quod res est, experimenta fere circa helleborum fieri hodie desiere, prostantibus melioribus.

*Iris nostras* non minus, ac alia exoleta, ob acrimoniam calidiorum minus frequentatur, nouimus tamen cochlearis quantitate cum successu hydropicis propinatum succum; prostant potentiora, & simul mitiora. *Florentina* vero mitissima pro infantibus vulgò vsitata est, seu sola, seu cum aliis miscenda.

*Mezereum* vtut frutex sit, primo vere in syluis florens, & quoad corticem cum primis commendatus, corrigendum cum aceto; minus tamen in vsu selecto est. Medicina enim rustica est, & sæpe febres symptomaticas inducit, vnde tanti non æstimatur, vt aliis præponatur. Sin in vsum vocanda fuerit, magis in extracto vel infuso id fieri potest. Empirica quædam nobilis pro hydrope curando exhibebat in substantia puluerem corticem laureolæ cum melle & farina, panes inde formando, idque aliquando cum successu felici. Par ratio est pil. de mezereo.

Sic & *rob ebuli* ex baccis prolectum laudatissimum quidem est *ῥοβὸν ἐβυλίαν*, vel diureticum & diaphoreticum, cortex vero & semen ventriculo inimica adeoque exauctoranda sunt. Radix decocta cum vino hydropicorum aquas expurgat.

*Bryonia* quidem non immerito in hydrope commendatur ab *Helmontio* in *hydrop. ignot. §. 40.* tum quia aperit, tum quia serum hydropicorum euacuat; conuenit & in aliis feri acris vitiis, sed purgandi scopo ipsa quoque stat post principia,



*Rhamnus solutivus*, seu spina ceruina, vix nomen retinuit, seu vsum spectemus, succo viridi nauseabundus & minus frequentatus, vel fundamentum in re habens.

*Grana tilli & semen ricini* vnus eiusdemque quidem sunt profapix, illa siquidem nihil aliud sunt, quam semina ricini, pro diuersis tamen assignantur, quod grana tilli sint semina ricini ex India allata, & forsitan alius speciei; semen vero ricini apud nos quoque haberi queat. Siue pro vno eodemque, siue pro diuersis habeantur, perinde est, neque enim in vfu sunt seu in praxi adhibentur a medicis, ob vehementiam & acrimoniam, quod vredinem molestissimam habeant, quæ in pelliculâ intumiori medio loco residente inprimis conspicua est. Adhibent ea, adhuc empirici & balneatores, & memini ciuem quendam numero tria adsumsisse, indeque fortiter purgatum. Qui vero vim agendi nosse velit, gustet saltem particulam, inde enim fauces accenduntur quasi summo ardore & intolerabili. Par ratio quoque est *nucis catarcticæ*, quæ cum dictis conuenit effectu, differt magnitudine, est enim maior, de quo præter *Clusium* aliosque legi potest *Sim. Pauli quadrip. botan. p. 548. & 552.* vbi & de granis tilli plura habentur.

*Epithymum cuscute* est species, siquidem quod apud nos in lupulo, vrtica & aliis plantis est cuscuta, id in thymo est epithymum, licet & odorẽ, qui thymum refert, & nodis ac filamentis a cuscuta differat. Creticum & Narbonense eligendum. Fatentur autores omnes corrigendam esse eiusdem tarditatem & siccitatem, vnde reuera si examinentur singula, purgantibus sociatum hinc in classẽ ipsorummet relatum fuit. Præstat corrigentis & alterantis loco in affectibus melancholicis ad ʒij. iij. ʒß. infusis & decoctis addere, siquidem spiritus blande reficit, acorem infringit, serum corrigit, subtilitate sua penetrat & aperit.

*Cortex frangula* in balneis & vnguentis euporistis contra scabiẽ etiam vulgo vsitatus magis. Eadem ratio est *corsambuc. sem. & cort. ebuli*, item *rhabarbari monachorum*, quod debilius longe euacuationem præstat, vnde in dupla dose



prescribendum censent; in clysteribus habere locum potest.

Patet ex dictis, esse & in his minus vsitatis quandam differentiam, nec tam negatam purgandi vim & efficaciam, quam selectum, & quod iis primario purgandi fine non facile utamur.

## LIBRI II. SECTIO I. CAPVT V.

De

*Purgantibus rariis vsitatis.*

**R**ARIVS & DETERMINATE VSITATA VOCAMUS, quæ in praxi quidem locum habent, sed itidem non quotidianum, primarium & catholicum, sed magis in his vel illis casibus & circumstantiis, si quidem selectum attendamus.

*Cassia*, ad differentiam lignæ, *solutina* dicta seu fistularis, a forma, in cannis enim videnda est filiqua, ex Ægypto & India afferri solita, vnde Alexandrina audit. In vsu est non tota, sed quoad pulpam recens extractam, quæ & *flos Cassiæ*, item *extractum* audit, semen vero & cortex, & interstitium membranæ non sunt purgantia seu vsualia, quin adstringunt potius.

Temperata est naturæ, & blanda, subdulci, mucilaginosa vi humorum acredinem mitigat, acredinem sanguinis, feri & feminis, & siccitatem corrigit. Hinc *pectoralis* est, in tussi infantum & aduulorum, pleuritide; *nephriaca*, in calculo & renum ardore, ciens vrinam & vias leniens; in gonorrhœa item simplici & virulenta, vt & pollutione nocturna conueniens. Benigna est, vnde Italis maxime frequentata, & grauidis ipsis concessa, sed lenior, flatulenta & ventriculum laxans; hinc non danda æque in flacciditate ventriculi, fermentatione humorum, flatibus, vt in colica, dysenteria, hypochondriacis.



Pollet verò in recessu insigni stimulo, vnde ea & ob hoc non abutendum est, vel promiscue in calculo vtendum: siquidem obseruarunt autores inde saepe ardorem vrinae eiusdemque copiosum profluuium subsecutum. Videri de hoc præter *Zacut. Lusitanum* meretur *Hildanus l. de Lithotomia vesic. p. 759.* Hinc in mictu cruento & quibus calculus sectus fuit, in diabete & similibus vrinae vitiiis non æque prodest, sed cauenda est. Datur ℥℔. ʒvj. ʒj. & amplius.

*Tamarindorum pulpa* cum *Cassia* conuenit quoad laxandi effectum, differt, quod acidula fit, & non tam laxitatem quam adstrictionem post se relinquit; separata iridem a villis seu filamentis & nucleis. Frequenter cum *Cassia* miscetur, eadem gaudens dosi, vt altera alteram quasi corrigat.

Acidula sua qualitate simul fermentatiua laxat quidem, sed simul acrimoniam biliosam mitigat, vnde in febribus, hæmorrhoidibus fluentibus, gonorrhœa, ictero, hydrope &c. conuenit, sitim sedat, quin & *Ram Jis* extrahit, quod *Myssebtus* in primis commendat, vim aperitiuam & roborantem adaugens.

*Manna*, cum epitheto *Calabrina*, a patria, vel *electa*, id est, candida, duriuscula, dulcis, facile liquefcens masticatione, dicitur, licet etiam inter *foliosam* seu granulata, & *ramosam* seu mannam corporis, & *masticinam* distinguant, respectu partium arboris ex quibus collecta est, & bonitatis. Non tamen est lachryma arboris, v.g. fraxini, quod *Donatus ab Alio mari* & *Chusius* contendunt; sed mel arboreum concretum, ex iisdem principiis ac mel compositum, cum quo maxime conuenit, a coagulatione salina firmiorem consistentiam sortita, participans de rore & arbore. *Magnenus l. de Manna c. 12. p. 66.* eius principia ponit: ceram primigeniam, mel primigenium, halitum roridum, ☉ & ☉\*cum. More dulcium condit sal acidum, hinc fermentatiuum & abstersiuum.

Prodest laxandi virtute in infantibus, ita tamen, ne adfit dispositio epileptica, in aliis quoque per se data ab ℥℔. ad ʒj. ij. Prodest scilicet, vbi dulcibus locus est; nocet, vbi eadem non

pro



profunt. Hinc pituitam liquat, & ad aluum blande diuertit fluidiorem redditam, demulcet acrimoniam, lenit & abstergit in primis pectus & bronchia pulmonum, bechica & arteriaca, vnde in tussi, ratucedine & aliis asperæ arteriæ vitiiis prodest.

Conuenit & in obstructa aluo a ficcitate, vnde & conserua rosarum mannata commendatur, descripta a *Sennerto in Insti.* item in morfulis datur, tabulata seu in morfulas redacta, de quo vid. *Schröderus.*

Minus prodest in febribus acutis & ardentibus, vt & pætipnevmonia & pleuritide; minus etiam ventriculo debili & picrocholis, nec variolis, morbillis, diabete &c.

*Turbish*, seu turpethum, itidem ex Arabum inuento clarum, cortex est albus, lignosus & resinosus seu gummatosus, radicis exotica, iuxta nonnullos Thapsiæ, cum pro vna eademque exhibeatur, plantæ lactescentis sui generis. Esse nucleum interiorem radicis scammonæ, vel saltem ipsi simillimam tradit *Stapel. comm. in Theophr. p. 1045.* qui latius de eo videri meretur.

Communiter in electionis signum album præscribitur, magis tamen gummofitas præualet; calidum est & acre, vnde humores pituitosos valide purgat, neque etiam nisi in humidioribus & fortioribus, vbi humores liquandi fuerint, æque locum habet, præprimis in pulvere, vnde cum zingibere in India condit. In scrophulis commendat *S. ulret. obs. 31. p. 90.* Per se raro vel nunquam datur; species vero diaturbithi cum rhabarb. more aliarum confusæ sunt, & licet stomachicis, zingibere, mastiche, cinamomo, aniso corrigantur, ventriculo tamen inimicum est medicamentum & tormina facile excitans. Alii cum aceto corrigunt & sic in usum vocant, quod commodius, vel etiam extractum parari inde potest. Verbo, vel in infuso, vel in extracto, mitiori & retusa sic reddita acrimonia, tutius vsurpari potest. Ad vermes dilaudat *Heerius obs. p. 293.* qui lumbricis euiciendis aptissimum semper inuenit.

*Cnicus* seu Carthamus crocus syluestris, Cassior ad differentiam croci genuini dictus. Dicitur Carthamus ab Arabico



Pollet vero in recessu insigni stimulo, vnde ea & ob hoc non abutendum est, vel promiscue in calculo vtendum: siquidem obseruarunt autores inde sæpe ardorem vrinæ eiusdemque copiosum profuuium subsecutum. Videri de hoc præter *Zacut. Lusitanum* meretur *Hildanus l. de Lithotomia vesic. p. 759.* Hinc in mictu cruento & quibus calculus sectus fuit, in diabete & similibus vrinæ vitiiis non æque prodest, sed cauenda est. Datur ℥℔. ʒvj. ʒj. & amplius.

*Tamarindorum pulpa* cum *Cassia* conuenit quoad laxandi effectum, differt, quod acidula sit, & non tam laxitatem quam adstrictionem post se relinquat; separata itidem a villis seu filamentis & nucleis. Frequenter cum *Cassia* miscetur, eadem gaudens dosi, vt altera alteram quasi corrigat.

Acidula sua qualitate simul fermentatiua laxat quidem, sed simul acrimoniam biliosam mitigat, vnde in febribus, hæmorrhoidibus fluentibus, gonorrhœa, ictero, hydrope &c. conuenit, sitim sedat, quin & Ram  $\mathcal{J}$  is extrahit, quod *Mynsichtus* in primis commendat, vim aperitiuam & roborantem adaugens.

*Manna*, cum epitheto *Calabrina*, a patria, vel *electa*, id est, candida, duriuscula, dulcis, facile liquefscens masticatione, dicitur, licet etiam inter *foliosam* seu granulatam, & *ramosam* seu mannam corporis, & *masticinam* distinguant, respectu partium arboris ex quibus collecta est, & bonitatis. Non tamen est lachryma arboris, v.g. fraxini, quod *Donatus ab Alio mari* & *Chusius* contendunt; sed mel arboreum concretum, ex iisdem principiis ac mel compositum, cum quo maxime conuenit, a coagulatione salina firmiorem consistentiam sortita, participans de rore & arbore. *Magnenus l. de Manna c. 12. p. 66.* eius principia ponit: ceram primigeniam, mel primigenium, halitum roridum,  $\odot$  &  $\ominus$  \*cum. More dulcium condit sal acidum, hinc fermentatiuum & absterfuum.

Prodest laxandi virtute in infantibus, ita tamen, ne adfit dispositio epileptica, in aliis quoque per se data ab ℥℔. ad ʒj. ij. Prodest scilicet, vbi dulcibus locus est; nocet, vbi eadem non

pro



profunt. Hinc pituitam liquat, & ad aluum blande diuertit fluidiorem redditam, demulcet acrimoniam, lenit & abstergit in primis pectus & bronchia pulmonum, bechica & arteriaca, vnde in tusſi, raucedine & aliis aſperæ arteriæ vitiis prodeſt.

Conuenit & in obſtructa aluo a ſiccitate, vnde & conſerua roſarum mannata commendatur, deſcripta a *Sennerto in Inſtit.* item in morſulis datur, tabulata ſeu in morſulas redacta, de quo vid. *Schröderus.*


Minus prodeſt in febribus acutis & ardentibus, vt & pe-ripnevmonia & pleuritide; minus etiam ventriculo debili & pi-crocholis, nec variolis, morbillis, diabete &c.

*Turbith*, ſeu turpethum, iudem ex Arabum inuento clarum, cortex eſt albus, lignoſus & reſinoſus ſeu gummatofus; radicis exotica, iuxta nonnullos Thapſiæ, cum pro vna eademque exhibeatur, plantæ lacteſcentis ſui generis. Eſſe nucleum interiorem radicis ſcammonæ, vel ſaltem ipſi ſimillimam tradit *Stapel. comm. in Theophr. p. 1045.* qui latius de eo videri meretur.

Communiter in electionis ſignum album præſcribitur, magis tamen gummoſitas præualet; calidum eſt & acre, vnde humores pituitoſos valide purgat, neque etiam niſi in humidioribus & fortioribus, vbi humores liquandi fuerint, æque locum habet, præprimis in pulvere, vnde cum zingibere in India condit. In ſcrophulis commendat *S. ultet. obſ. 31. p. 90.* Per ſe raro vel nunquam datur; ſpecies vero diaturbith cum rhabarb. more aliarum confuſæ ſunt, & licet ſtomachicis, zingibere, maſtiche, tinamomo, aniſo corrigantur, ventriculo tamen inimicum eſt medicamentum & tormina facile excitans. Alii cum aceto corrigunt & ſic in uſum vocant, quod commodius, vel etiam extractum parari inde poteſt. Verbo, vel in infuſo, vel in extracto, mitiori & reſuſa ſic reddita acrimonia; tutius uſurpari poteſt. Ad vermes dilaudat *Heerius obſ. p. 293.* qui lumbricis eiciendis aptiſſimum ſemper inuenit.

*Cnicus* ſeu Carthamus crocus ſylueſtris, Caſſior ad differentiam croci genuini dictus. Dicitur Carthamus ab Arabico



bico <sup>51</sup>  non vero, nisi abusiue, *ὅτι τὸ καθ' ἑαυτὴν, ἔστι πύρ-  
gando.*

Eliguntur purgandi sine sola semina eaque recentia, albi-  
eantia, succulenta, medulla candida & pingui referta. Mite est  
medicamentum, cum leni amaritie in oleosis partibus acrimo-  
niam lenem salinam condens, vnde humoribus serosis coagula-  
tis incidendis & attenuandis aptatur. Speciatim in affectibus pe-  
ctoris, asthma, tussi, hinc & anasarca, colica, quartana con-  
venit.

De *matalista*, minus nota alias radice, latius egimus &  
sententiam nostram tulimus *diff. de Gialapa*, quod nempe sit  
gialapæ species tertia, quam matlaliztic Indi nuncupant, ex quo  
facile Europæus matalistæ vocem formauerit. Primus eius me-  
minit *Job. Bauhinus hist. plant. l. 15. c. 26.* qui Duci Wirtenbergen-  
si nomine radicis purgatiuæ Indicæ matalistæ missam scribit,  
procul dubio a seplasiario, aduecta ex America, successiue in-  
notescente mechoacanna, gialapa & hac ipsa, sed quod giala-  
pa palmam præriperet, minus hinc curata. Nonnulli putant,  
esse hanc eandem cum radice *Quimbaya* Hispanis dicta, descri-  
pta ab iisdem, & nominatim *Fragoso sin. cap. de rhabarb.*

Emulatur radix forma bryoniam aut mechoacannam al-  
bam, qua tamen villosa seu fibrosa & consistentia magis dura  
est, fibris quasi ligneis constans. Gustu quoque conuenien-  
tiam aliquam cum mechoacanna demonstrat, extracta cum *Vi*  
essentiam flavescentem præbet, mediæ virtutis inter gialapam  
& mechoacannam, eadem dosi danda.

*Hermodyli* licet à *Foresto* reiiciantur *l. 1. p. 797.* nec us-  
vtendum putetur nisi in valde robustis corporibus; attamen in-  
ter *Spaginz* a nemine, quod sciam, referuntur, quin mitiores po-  
tius sunt & seigniores. Radix est Colchici non venenati, cordis fi-  
gura fere conspicua, non acris, mordax, sed farinaceum puluerem  
largiens. Determinantur vero communiter ad affectus arthri-  
ticos, item luen Veneream adstrictione inde consequente ob  
partes terreas. Sero debitum est medicamentum, vti radices  
fere



fere bulbosa omnes eidem vel demulcendo vel acuendo faciunt, præterea etiam omnes fere tales radices nauseam cient. Præstat eandem vel in puluere dare cum aliis, cum tarde operetur, & nauseam ventriculo creet, vel infuso pro vino ad ʒij. vel ʒß. Pil. de hermodact. crudiores sunt. Puluis hermodactylorum compositus describitur in *pharmac. Londinens.* p. 177. sociatus pulvere ossium human. calcin. qui ipsi communiter eodem fine commendantur in podagra, alcalina scilicet vi, non alia.

Infamium medicaminum, seu fortiorum & violentorum, potius exemplum præcipuum præbet *colocynthis*, fructus seu pomum excorticatum cucurbitæ syluestris, aloë contra amara, vnde etiam contactu & affricu sapore hunc cum cultris, orbibus, & manibus communicat.

Noxæ, quæ inde producuntur, in primis sunt cum reliquis *digestiois* communes, rasio intestinorum, tormina immania, sanguinis prolectio seu dysenteria ipsa. Quem in finem antiquitas antidota & correctoria opposuit viscida & glutinosa, vnde trochisci alhandal. i. e. de colocynthide enati sunt, quod ipsum quoque non penitus contemnendum est, cum impediatur ac ebundat paulo acrimoniam. Oleosa vero commodum eo casu esse remedium, obseruatione insigni probat *Tulpius l. 4. obs. 26. p. 318.* referens bibisse quendam trium pomorum colocynthidis decoctum, inde tormina & sanguinis profluuium vehemens passum periculum vitæ subisse, euasisse tamen epoto multo oleo eodemque infra copiosius infuso, vnde dictum factum refrænata fuit effera medicamenti erodentis vis.

Neque tamen ob hoc ipsum vel colocynthis vel alia in genere familia violenta penitus sunt reicienda, quin & de iis in vniuersum; valet ubi virus, ibi virtus. Duro nodo durus quærendus saepe cuneus, Non minus rebelles & indomitantur morbi, nec minus & humores viscida, glutinosi, vix mobiles, qui leuioribus non auscultant; morbis igitur talismodi chronicis ac rebellibus, humoribus crassis & immorigeris merito opponuntur & inter alia colocynthiaca. Hinc conuenit in hydrope, colica, a pituita vitrea, asthma, mania, melancholia, lepra,



lepra, scabie, apoplexia & affectibus aliis soporosis. Unde & ipse *Helmontius l. dispens. mod. t. 48.* colocynthidem vocat chronicorum curatricem egregiam, ob vim resolutiuam extrauersam, si sale circulato corrigatur.

Vt itaque inter agens & patiens requiritur proportio, ita tum in his casibus, tum etiam corporibus robustioribus & integris viribus, quin ubi vires quasi accidendæ sunt, vt in mania, habet locum; in debilibus vero hamoptycis, phthificis & rarioris texturæ aliis, item pueris, senibus, puerperis, prægnantibus, inadaquatam fuerit & inconueniens remedium.

Facta etiam correctione & accisa vehementia tuta sunt, *Agria* hæc magis. Correctio fit plenior quidem in extracto, cum acidis quoque ipsis; tutius ergo præcipue est extractum retusior item vis est in infusis, in clysteribus neque enim in substantia dare consultum est. Spectat huc confectio Hamech, de quo videatur *Solenander in consil.* ubi pluribus contra colocynthidem inuehitur, vt & *vita aureus Rul.* facta extractione, troch. cum  $\mathfrak{S}$ i, sed ingratiior. Mitiora quoque singula oportet reddantur, dosi accisa & minori, vt contra ea si trochisci quoque ipsi dentur in forma pulveris, maiori præbio, exinde sapius conuulsiones secutæ fuere. Hinc *Agria* ipsa hæc si non per se, tamen cum aliis & inprimis in extractis panchymagogis locum habent eximium. Imo & ipsa quoque partium diuersitate variat in vi colocynthis; Semina enim ipsa pulpa mitiora sunt. Memini chirurgum quendam egregie purgasse plurimos lue venerea laborantes solo infuso seminum colocynthidis cum cerevisia facto. Bibitum infusum colocynthidis a studioso scabioso multos humores adustos euacuabat.

Fortiora mediæ huius classis stimuli loco commode & magis inferuiunt reliquorum, vt mitiora lenientium, & inprimis in pilulis. Hinc si indicatio sit, præter alia dicta, menses citare, vermes necare, commode purgantibus pilulis addere licet trochiscos & extractum troch. alhandal. Obseruaui aliquando gr. v. trochisc. horum cum gialapæ gr. xv. loco stimuli data nil exfecisse tamen. Inter epomphalia exterius adhibenda *Agria* mitiora.



mitiora quoque sunt, vnde ☉ diacolocynth. inter illa locum habet.

*Helleborus niger* inter purgantia olim communissimus fuit, vnde & in prouerbiū abiit, helleborum capere, ire ad Anticyras; hodie vero itidem ad determinata magis pertinet. In vsu est radix fibrosa, quo ipso ab albo etiam commode distinguitur. Licet vero ex obseruatione *Manardi l. c.* & aliorum non tam vehemens sit sine dubio, & noxæ exinde ortæ communes videantur cum aliis omnibus; cum tamen mitiora in vsum introducta; sensim euiluit, & morbis grauioribus capitis, epilepsia, apoplexiæ, melancholiæ, mania, vertiginis & atrabiliaris aliis, lepræ, scabiei &c. destinatus magis fuit. Legi meretur de eodem *Timæus l. 7. cas. 6. p. 312.* vbi tamen *Andreas Knöphelio* minus fauere videtur, odiose recensens, a præscripta potiuncula cum extracto hellebori nigri mixta intra septem horas mortem fecutam.

Valent de eo quoque plurima iam sub colocynthide dicta, adeoque certum est & vsitatum in praxi, præscribere fibras hellebori nigri in nodulis ad ℥ij. vel ℥℔. quoque innoxie. Extractum quoque commode miscetur pilulis. In libello Germanico empirico recensetur remedium curandæ mania, si extractum hellebori nigri per decoctum cum ∇ simpl. factum & desputatione depuratum quotidie ad g. j. vel alterum detur. Nempe helleborus acuit non solum purgantia reliqua, verum & alterantia. Exempli loco sit oxymel helleboratum, quod plenis buccis dilaudat *Hoffmannus l. de med. offic.* ingreditur vero in id vterque helleborus, fibræ integræ nigr. ad ℥ij. & cort. albi radicis ad ℥℔. vt taceam *dauram Paracelsi*, qui heroem vocat ad quatuor morbos cardinales, & puluerem fol. helleb. nigr. cum sacch. contra vertiginem.

*Esulam* maxime *Rulandus* celebravit vsu suo. In vsu est cyparissias, succo lacteo acri, verrucas delente & exulcerante, acrimoniam suam probans, & quidem magis quoad cortices *ἔξεν περιζομένην*, minus in substantia. Licet enim quidam conseruam ex floribus parent purgantem, alii vero puluerem cor-



ticis commendent, tum solum, tum cum aceto correctum; est tamen id omnino rarius, unde & spec. diaesulæ Myns. minus receptæ sunt in usum, quas in febribus intermittentibus & infirmitate ventriculi commendat. Frequentius præ reliquis est extractum esulæ, seu ex succo paratum, seu ex cortice. Est velut Europæorum scammonium, neque enim dubito, si quis succum lacteum resinofum extrahere & depurare hoc pacto cum. Si velit, habiturum illum remedium scammonio par, & stimuli loco commode inseruiens, præcipue in morbis a serosa colluvie oriundis, vt hydropes &c.

*Elaterium*, alias pro omni vehementi agitatorio seu purgante sumtum, strictius paulo & κατ' ἔξοχην notat succum cucumeris asinini, qui hodierno usu non tam crudior & sponte effluens colligitur, quam coctione cum aqua, unde extracti formam magis æmulatur. Seriducum est excellentissimum, humores tenues serosos etiam extrahatos & subsistentes purgat, præcipue si ab errore externo vel acidulis id ortum traxerit. Datur itidem loco stimuli & in pilulis magis; extractum quidem spissum ad gr. iij. v. liquidum vero ad ʒß.

*Gratiola*, hyssopo affinis magis quam centaurio, quod *Bauhinus* vult, amaricante sua & laxante virtute in morbis itidem chronicis, tertiana, quartana, cachexia, maxime vero in hypoprotevitata est, item in vermibus, magis tamen in infuso, extracto, & cum aliis.

*Soldanella* seu brassica marina, licet nihil præter nomen cum brassica habeat commune, foliis asari, similacis species, seu convoluuli, aperit, abstergit & purgat humores serosos violenter, quod pleraque alia ὀρεγανωγὰ faciunt, etiam soli fere hydropi hodie debetur, præscribenda in infuso vel decocto ad vnam vel alteram drachman.

Elegans vero locus de soldanella alpina extat apud *Ruland. iun. apol. contra Obernd. p. 67.* vbi ad hydropem & ictericos summe laudat, contra Oberndorferum, qui scripto suo contrario late etiam de ea agit, sed illam reiiicit. Grates omnino debentur *Rulando*, qui experimentis nobilitatas vires primus detexit



detexit publice, & merito soldanellæ marinæ substituit. Ipsam vero plantam describit *Camerar. in Epit. Matbioli.*

De *Gummi Gutta* integrum librum scripsit Lotichius, nihil tamen peculiare quoad experimenta chimica disquirat, contentus curiose nota de eodem colligere, item *Rosenberg, rhodolog. part. 2. c. 22. & Reuden. cit. a Iouffono & Höckstettero dec. 3. cas. 1. p. 180. seqq.*

Pluribus gaudet nominibus, singulis tamen fere cum guttæ & gummi additamento. Frequentissimum nomen est gummi guttæ, vel g. g. laxatiuum, quod ad podagram, barbaris gutta dictam, proficit, ex prima commendatione; item gutta Cambodia. Innötuit itidem sub huius seculi initium circiter ex vtraque India, vt communiter statuitur, aduehi solitum, vnde alii ex Sina asportari adfirmant, alii ex Peru, vnde gummi de Peru seu Chryfopus Peruanus audit, id quod constanter sed frustra forsân negat *Höckstetter. l. 1. p. 183.* Cum vero in aqua & si soluatur, merito est gummi-resina, succus seu lac citrinum ex flauo rubens, vel subaureum & vltra sulphureum adscendens, vnde & ad pigmenta adhibetur,

Sed cui vegetabili debeatur, (falso enim de antimoniatibus participare scribitur,) incertum quidem, vix tamen ex ricino Indico, quod *Baubinus* vult, neque enim color vel sapor respondet. Rectius e tithymali specie arcescitur, quod *Bontius* scriptor Indicus egregius asserit, lacteo colore per crocum Indicum vel curcumam verso. Sunt qui e Beidelsar Arabum parari asserunt. Artificiale talismodi esse, etiam figura ostendit.

Notabile est de hoc, (1.) quod, licet colorem saturatum possideat tingentem, inde tamen feces non tam tinctæ, quam serosæ excernantur. (2.) quod *ἀρω* & *κάρω* purget, quod mediam inter fixam & volatilem habeat acrimoniam salino-sulphuream, inprimis crudum, vel non correctum, vitriolatum enim & magisterium præcipue in pilulis minus id facit. Hæc enim, vt & sandalinum, rosatum, supinare ventriculum minus solent. (3.) quod *☉* li quidem habeatur corrigens genuinum, addi-



tus vero eidem virorem ingratum conciliet, vt taceamus, alios quosdam cum vino maluatico vel præparare, vel exhibere; hinc in potionibus minus commode, nisi in sirupis solis, vna præscribitur.

Exhiberi quidem potest g. g. etiam per se, seu dosi primaria, ad gr. vi. viii. x. inprimis in magisterio, tanquam correctiori, neque enim vltius nisi in robustissimis facile ascendimus, id tamen magis determinate, in morbis a serosa colluvie oriundis, nominatim in hydrope, arthritide, ictero, febribus, asthma & primis viis pituita obsessis, item in scabie humida, lepra, pruritu &c. experimentis hanc in rem dudum factis & receptis hæctenus, quod autores primi, *Baubinus, Lotichius, Höchsterus* aliique, vt & *Simon Pauli*, qui ancillam hydropticam hoc pacto curavit, affatim demonstrant. Frequentius vero in & extra illos casus datur secundo fine, stimulandi scilicet, cum gialapa, scammonio, in extracto panchymagogo & aliis.

Quando *mercurius dulcis* inter purgantia memoratur, probe curandum est, vt nomini suo sit conueniens, i. e. acrimonia corrosiua omni exutus vnde genuinus præparandi modus nisi obferuetur, necare potest hominem, vel tristissima excitare symptomata. Triste huius rei exemplum anno 1669. contigit prope Tubingam Sveviæ. Consulitur medicus celebris pro valetudine filioli Pastoris cuiusdam nondum bimuli, qui per aliquot hebdomadas male habuerat, cum calore p. n. & epilepsiâ vno alteroque insultu; inde restituitur, præter phlegma pectori impactum, & vt videbatur, nidum verminosum. Educentis his præscribitur sequens medicamentum: R.  $\frac{1}{2}$  d. sexies sublimati gr. xij. g. g. mag. gialap. ana gr. iij. M. F. pulv. Assumendo hoc cochlear argenteum statim nigro affectum intus & extus, os vero infantis albidum & exulceratum seu pustulosum redditum; inde anxius statim sudor, vomitus pituitosus & hinc cruore mixtus secutus, cum roncho & rauedine, morte eadem die circa vesperam secuta. Post mortem, facta sectione, erosus fere sinistra superiori parte ventriculus, præter alia, repertus fuit. Inquisitione facta Pharmacopœus, doctus & pius habitus, iuxta sequen-



quentem descriptionem medicamentum præparatum edicit: R.  $\zeta$  purif.  $\text{\textcircled{I}}$ . exicc.  $\text{\textcircled{O}}$  torref. ana:  $\text{\textcircled{M}}$ entur. R. huius  $\text{\textcircled{M}}$ ri  $\text{\textcircled{I}}$ B.  $\text{\textcircled{O}}$  torrefact.  $\text{\textcircled{Z}}$ vj.  $\text{\textcircled{I}}$ . ad rub. calcin.  $\text{\textcircled{Z}}$ ij. sublimetur secunda vice. Tertio cum  $\text{\textcircled{O}}$  torref.  $\text{\textcircled{Z}}$ vj. tritum sublimetur. Hinc sublimatum hoc modo per se ter vel quater rectificatur. Consulta super hoc Facultas nostra a Senatu Academico Tubingensi respondit merito,  $\zeta$ ium hunc non fuisse dulcem, (oblato etiam simul specimine,) sed potius  $\zeta$ ium  $\text{\textcircled{M}}$ matum simpliciter, adeoque venenatum. Tanti est nosse sinceram præparationem! Nullus scilicet  $\zeta$  dulcis hunc titulum mereret, nisi qui ex  $\zeta$ nto cum  $\zeta$  viuo ana fuit euectus, inter mortuis hoc pacto particulis acuminatis salinis.

Determinatur  $\zeta$  dulcis, his positis conditionibus, ad  $\text{\textcircled{S}}$ erri quamcunque, eiusque acrimoniam & ichorescentiam, tum in hydrope, quo titulo etiam a *Paracelso* fuit commendatus, & feliciter adhibitus non raro; tum in scabie, huc  $\text{\textcircled{F}}$ ea & aliis, siue saluandi sine perfecto, siue laxandi & dirigendi solum, vnde & in gonorrhœa & vermibus abigendis infumitur. Præstat vero eundem minori paulo dosi exhibere, neque enim vel fortis est adeo, quin segnis & a reliquis extimulandus; vel soli purgationi debitus, siquidem tunc saluandi potius scopo prodesse potest, repetita per aliquot dies dosi, gr. v. vi. vii. cum extract. scorzon. lign. sanct. &c. in pil. redactus. Præstat vero in infantibus tenellis vel abstinere omnino ab eodem, quod tenerius sit ipsorum serum, vel dosi non excedere, nec temere ipsum propinare.

## LIBRI II. SECTIO I. CAPVT VI.

De

*Purgantibus vsitatoribus &  
selectis.*

**D**ecantatissima est inter Lenientia *Aloe*, succus herbæ cognominis, sed non Americana, quæ amara non est, sed India orientalis, quam & Græcam vocant, cuius succus & fla-



& flauescens & amaricans etiam in nostris aliquando hortis  
visitur.

Differentia  $\delta\pi\delta\epsilon$ ,  $\chi\upsilon\lambda\delta\epsilon$  &  $\delta\alpha\upsilon\gamma\upsilon\delta\epsilon$  differentiam etiam præ-  
parationis & consequenter eius velut specierum parefacit. La-  
cryma enim est sponte exsudans & concrefcens gummi, resina,  
vel gummi - resina,  $\chi\upsilon\lambda\delta\epsilon$ , succus, qui incisione exstillans con-  
crefcit;  $\delta\pi\delta\epsilon$ , qui exprimitur, participans de purioribus & im-  
puris paulo particulis. Hinc *socoterina* aloë optima est, magis  
de  $\chi\upsilon\lambda\delta\epsilon$  participans, succus depurator, subtilior & quasi flos  
eiusdem succi, dicta ab insula Indiæ orientalis, Socotera, è Geo-  
graphicis tabulis bene nota, non quasi succocitrina, iuxta *Fuch-  
sium*, vel succocedria, quod vtrumque *Salomon Albertus* opina-  
tur, *orat. de anat*; vi a patria quoque dicitur opium Thebaicum,  
manna Calabrina, myrrha Orontea.

Post hanc altera quoque *hepatica*, a colore & figura, qui-  
bus hepar æmulatur, dicta in vsum vocatur; *Caballina* vero tan-  
quam recrementum vltimum pro caballis merito veterinariis  
relinquitur, neque in officinis extat.

Cum ergo purgans sit eximum, & fel quasi externum  
quod fellis defectum optimè refarcit, iuxta has suas qualitates  
etiam modificatur. Ratione enim partium amarantium ven-  
triculo est amica, vermibus lumbricis & putredini omni inimi-  
ca, tantoque magis putredini resistit, quo magis vna est empla-  
stica & balsamica. Vulpes verò, lupos & canes necare scribi-  
tur, forsàn quod, cum ficciora sint hæc animalia, vis irritativa  
magis cum neruis communicetur & archeum exturbet. Experi-  
mentum cum vulpecula fecit *Scaliger. exerc. 278. §. 12.* qui vidit  
illam aloë cum carnibus devorata extinctam.

Ob partes resinosas emplasticas dictas exterius adstringit  
ficcat, consolidat, in vulnere arteriarum a *Galeno* ipso com-  
mendata.

Ob partes acres resolubiles gummeas ita dispositas stimu-  
lat, aperit, purgat, detergit adeoque feces ad exitum disponit,  
vnaque bilem & pituitosas partes educit. Prodest ergo vbiun-  
que sanguinis particulæ balsamicæ sunt restaurandæ, & volati-  
les



les in motum citanda, in cruditatibus cum primis acidis & pituitosis a crapula & aliunde ortis, cachexia, chlorosi mensium & hæmorrhoidum suppressione, quarum sunt specificum. Hæmorrhoidibus suppressis laborans duobus curabatur remediis, pulvere cachectico, & elixirio propriet. Prodest humidioribus tum quoad totum, tum quoad intestina, siccos vero, nisi teneriori textura villorum & sensu polleant, vix mouet. Prodest in nauſea, ipsarum quoque prægnantium, & vomitu.

Nocet vero siccioribus & senibus, nisi præsentia humorum in primis viis stabulans id vrgeat, ventriculo calido & sicco, hæcticis, tabidis. Nocet, vbi acrimonia sanguinis exitum affectat, in hæmoptysi, mensium & hæmorrhoidum fluxu, & similibus.

Refert *Beza in vita Caluini*, ipsum ex crebro eius vsu in hæmorrhoides vlcerosas & sanguinis excreationem incidisse. Et ab vsu adulto pilularum Francofurtenſium quarta fere pars eorum, qui iis vsi sunt, obseruata fuit hæmorrhoidibus correpta. Experiri id quiuis potest, si continuare vsum eiusdem per aliquot dies sustineat, tenesimum saltem hæmorrhoidalem excitari. Vnde frustra est *Fuchsus l. 1. parad. c. 1.* vbi id negat, confundens externum vsum cum interno. Facit id (1.) ob acrimoniam cum purgantibus aliis communem; (2.) quia pituitam detergit, adeoque nudat magis vasa; (3.) quia bilem una promouet, & ad partes inferiores deriuat, quæ ibi subsistens stimulat. Obseruatumque a nobis est alibi, hæmorrhoidum immodicum fluxum a copia bilis obortum, dato quippe purgante ex gialapa, eadem manifesto excreta id ad oculum patuit, cessante hinc fluxu.

Aloe etiam somnum citat, non solum mediate ex ventriculo educendo quicquid turbare illum crudorum humorum posset; sed etiam alia ratione, quatenus partibus sulphureis resolubilibus gaudet.

In vsum vocatur non tam cruda, nec in puluere, quam præparata & in pilulis; ita enim amarities occultatur, quam *Musa l. de herb. beton. in præfat.* auersatur, vnde aloes & absinthii ait, non est tantum sentire auxilium, quam vt amaritudinem



dinem sentias. Lotam vero, proprie sumpta voce, iam dudum Galenus notauit *l. 3. simpl. c. 15.* aut debiliter aut plane non ventrem subducere. Optime vero menstruis aqueis extracta quorum & succus rosarum vel violarum pertinet, vel melius adhuc cum martialibus aliisque confermentata, vnde dotes eius optime venari & quasi clauē quadam licet eruere.

Minus aloeticis fauent *Scaliger & Hoffmannus*. Ille Ebnfinam & Mesuen secutus, loco supra citato, plurimos se exemisse scribit a pernicie manifesta, in quam coniecti erant aloes vsu a medicis & empiricis. Hic vero *l. 1. de med. offic. c. 3. p. 8.* negat ante cibum vel cum cibo adsumenda aloetica, & vidisse se addit, in iis, qui de nocte capiebant, obortas cacochymias degenerasse in febres malignas, quarum finis mors. Abusus reuera nunquam tollere debet vsū.

Æmulatur aloē bilem sapore, qualitibus & effectis: balsamum est bilis corporis, balsamum naturæ aloē, Vnde æmulari recte iubet *Simon Pauli quadrip. p. 246.* chirurgorum solertiam, qui cauendum suadent, ne nimis extergantur vulnera, alias cambium quasi tollitur; ita aloeticis non extergamus mucum, intestinorum plus quam par est. Tantum abest, vt lædatur hepatis commodo vsu, & lymphæ non destitutum, vt aloetica cum cibis data noxas dietas excitent; vt potius contrarium toto die experiamur. Facit huc, quod olim maiori dosi eandem dabant, a ʒʒ. ad ʒj. quam dosim & *Jonstonus in synagm.* retinet vnde facilius læsio, hodie vero obseruatum est, minori quantitate asumptas pilulas, pro resolutionis facilioris modulo, efficacius operari, quam maiori dosi, minus resoluibili. Est igitur lenientium apex, indemnis & innoxia, ipsis quoque & imprimis vtilis infantibus, in febribus & aliis; vnde hodie pilulæ Francos. Glassianæ & aliæ magni nominis sunt, hypochondriacis ipsis vtilissimæ, modo non viscera arescant & caleant salina acrimonia. Vbi bilis abundat, minus prodest, contra vulgatam hypothefin, citra humorem nempe serosum, vnde heceticis, hæmoptycis &c. minus conuenit.

Est fungis medicis nobilissimum est *agaricum*, a patria pri-

ma,



ma, vt putant, Agaria Sarmatiæ regione, Asiæ confini, dictum, licet a quibusdam radicis nomine veniat. Dicitur agaricum sine additione alia, præterquam albi epitheto, qui electionis character est, vt ad similitudinem huius lac Lunæ audit agaricum, petraeum. Fungus vero est laricis, quæ & Terebinthinam Venetam seu resinam lariceam fundit, quando in cariota arbore sal volatile fatiscit, deuiat ex archei ordinario iugo, & occasione, humoris extranei cum particulis terreis efflorescit, ex Alpibus, & vicinis locis aliis adferri consuetum.

Optimum hinc *album*, quod, communi contradistinctum, hinc electum dicitur, sapore est *λυκιστικρον* a dulcedine subamaricans, (quod vtrumq; acrimoniam salinam resoluibilis signum est,) leue, raro ac friabili corpore; noxium nigrum lignosum.

In substantia quidem non datur, præterquam trochiscatum, partim ob leuitatem, ob quam ventriculo minus gratum est; partim ob segnitiam, vnde & nausea retundi & acui debet, tum purgantibus, tum aromaticis. Reuera enim aromatica, calore excitato, menstruo ventriculi obedientiora reddunt medicamenta purgantia.

Vi texturæ laudatæ serum in coagulum abituriens fluxile reddit, & in motum citatum excretioni aptat, morborum catarrhalium remedium; hinc in coryza, defluxionibus catarrhalibus, asthmate, tussi, febribus quotidianis & lentis, a cruditate fotis prodest; item in hydrope, cachexia, fluore albo, mensium suppressione; vt taceamus communem cum purgantibus aliis vim anthelminticam, & attributam vim alexipharmacam, vnde theriacam ingreditur, quam & *Galenus* ipse confirmat l. 6. *de simpl. c. 6.*

In vsu habemus præscribere agaricum trochiscatum, vel sibi relictum in nodulis ad ℞j. ʒj. ij. in decoctis quoque & clysteribus, in quibus in petia, recepto vsu, ligari solet, tum propter leuitatem, tum, quæ ratio videtur præcipua, vt exprimi hoc modo possit, & vis purgans tanto magis cum decocto communicari. In extracto quoque datur commode cum purgantibus miscendum, vt in extractis panchymagogis. Electuarium



hieræ cum agar. in clysteribus, pro dicto scopo vsitatis, quoque locum habet.

*Mechoacanna*, seu sola sine epitheto nominata, καὶ ἑξοχίνα, seu ad differentiam gialapæ, quam nigram vocant Mechoacanna *alba*, dicta est a patria, prouincia America, item rhabarbarum album a virtute. Præter scriptores Indos videri de ea potest *Oberndorff. contra Ruland. p. 58.* vbi radicem hanc anno 1524. primum celebrem factam esse & longo tempore post ad nos allatam ait. Scripsit etiam ante centum fere hosce annos de eadem cum aliis *Job. Wittich. p. 113.* vbi refert ex Indicis relationibus inuentionem eiusdem adscribendam medico Indo, qui ægrotanti monachorum prouinciali, ut vocant, propinata hac radice sanitatem restituerit, vnde fama ad alios perlata, Hispanis, Lusitanis, indeque reliquis Europæis innotuit.

Consentiunt plerique radicem hanc tessellatim sectam, interius & exterius albescentem, inspidam, inodoram, (respective) cortice cinereo, esse conuoluuli seu volubilis speciem, vnde a *Bauhino* refertur ad bryoniam, cuius tamen radix multum differt a radice Mechoacannæ.

Ob benignitatem applausum merita est insignem, diu, ante inuentam gialapam, in folium quasi euecta, attestante vsu experientia, præcipue in delicatis, infantibus ipsis, hinc & in hydrope seorsim, ictero, colica, asthma & catarrhis: idque tanto magis, quod adstrictionem post se relinquat, vel potius nulla heterogenea inimica qualitate sit sigillata.

Dari potest tum in substantia, minori tamen potius dosi a ℥j. ad ℥ij, præstat enim acuire aliis; tum etiam frequenter quasi in infusis & decoctis, ad ℥ij. ʒj. ij. iij, præscribi solita.

*Rhabarbarum* laudatissimum pluribus seculis fuit in scholis medicis, adhuc parum notum quoad plantam, indicio manifesto dissitissimæ patriæ. Vtut enim *Kircherus in Sina illustrata* plantam depingat, quam vulgo & botanici in hortis colunt, rhabarbari veri nomine, non tamen vel qualitates vel vires respondent, vt bonus ille Pater, qui asseueravit Kircheri genuinum

num



num id esse, procul dubio minus in hoc certus fuerit, nisi velimus dicere alio sub sole calentem herbam differentem producere radicem, contra ac alia faciunt, quæ apud nos iam indigenatum accepere.

Notare hinc operæ pretium nomenclaturam. Rha vel Rhei vox Dioscoridi & Galeno nota est, addita hinc, ad differentiam rhapontici, barbari voce.

Communitè creditum fuit, dici rha a fluuio cognomine, qui hodie Volga dicitur in Tartaria. Ita *Ammianus Marcellinus*. l. 2. p. 232. Tanai *(scribit)*, rha vicinus est amnis, in cuius superciliis quædam vegetabilis eiusdem nominis gignitur radix, proficiens ad vsus multiplices medelarum. Hodie vero innotuit, omne rhabarbarum ex sinis ferri, siue maritimo itinere per Belgas, Hispanos aliosue eo nauigantes, siue pedestri itinere per Tartariam & Muscotiam. Adeoque constat rheum Barbaricum dici, non quod in Barbaria crescat, sed quod a Sinensibus in Indiam, inde per Barbaricum sinum aliasque regiones ad nos adferatur, vt ait *Scapell. comment. in Theophr. l. 9. p. 1018*. Videatur idem latius *Lo. & Bellonius* aliique omnes id confirmant. Alexandrinum vero dicitur, vt & sena Alexandrina, præcipue ab emporio commercii celebri Alexandria, vnde olim afferebatur solum, hodie vero etiam ad differentiam rhabarbari monachorum dicti, quæ radix est lapathi palustris maioris.

Afferitur rhabarbari electi radix magna & crassa, funis vestigia præferens, ad exiccandum vsurpati, cortice exterius nigricante de-raso fibris vrbentibus flauedini intertexta, odore sui generis, sapore subamaricante, cum leni adstrictione, masticata, ori offerens quasi particulas glutinosas, cum terreis confringibilibus remixtas, quod etiam *Seppalius* iam notauit l. 9. *animadu.* 125. vbi contracto eodem solis radiis exposito aliquid gummosum & splendescens se vidisse ait; ceteroquin non lignosa, non verminosa, sed ponderosa tamen & minus compacta.

Ex his, seu textura particularum & effectu, constat, acrimoniam salino-sulphuream condere rhabarbarum sub amaritie terrenæ & viscedine lenta, adeoque ob diuersitatem partium ge-



minum edere effectum, laxantem quidem seu purgantem, benignum, ratione partium acrium salinarum, & adstringentem ob commistas partes terreas & austeriusculas, illas modificantes.

Prodest hinc vt *purgans* selectum benignum & catholicum generatim, vbi laxandum fuerit, etiam per se masticatum vel in puluere adsumptum, neque enim correctione eget, nisi aromatica, schœnanthum, spicam & alia ad meliorem actuationem, iungere placeat. Iphis etiam infantibus ad expurgandum meconium, puerperis ad promouenda lochia & purgandum vterum imò grauidis innoxium & conuenientissimum.

Speciatim vero est *hepaticum* & *bilis correctorium* egregium, vnde & anima hepatis audit, q. d. fel externum, quod de aloë diximus; commodissimum, bilis enim est anima hepatis; modo, quod cum aliis commune habet, & seorsim ob siccitatem desiderat, humorem sufficientem offendat, ad resolutionem, nam alias præsertim in substantia minus prodest, vnde sunt qui, eo casu puta, mortem potius hepatis vocent. Prodest in ictero, quod explicata acrimonia sua sensim & suauiter cunctantes bilis particulas proliciat ad intestina, vnaque amaritie sua roborat fel, vt tartareis liberetur. In omni enim ictero cœnosus sulphureus impurus tartarus in vrina visitur. Laborabat ictero persona quædam illustrissima, quam curauimus breui, singulo mane ℞j. rhabarbari solius, vesperi martialia, intermedio tempore Ram aperitiuam propinantes. Idem in aliis quoque feliciter expertissimus. In siccoribus in infuso cum aliis specificis prodest.

In hydropo rhabarbarum proficuum esse *Th. Erast.* cp. 9. comprobatur, si rhabarbarum, ait, sumere queat, & ab eo frenue exerceri solitus sit, hoc solo sæpius repetito, curabitur. Etenim, addit, non se solum, sed & alios solo rhabarbaro hydropicos percurasse. Contrarium vero defendit *Sanctorius comm. in l. 4. 22. quest. 75. p. 213.* Galeni illud secutus, medicamentum chologogum in morbo pituitoso esse tanquam venenum, & Ebnsinæ, rhabarbarum, quod euacuet bilem in hydropico, esse tanquam



quam venenum, quia in hydrope bilis desideretur, & *Septalius l. 7. caut. 54.* quod talia non euacuet, quæ euacuari debent.

Notabile vero est (1.) in genere, non omnem hydropem fieri à bilis defectu, quin non raro ab eiusdem acrimonia, vnde vasa lymphatica erodit. In cadauere studiosi hydropici inuenimus bilem copiosam, ruffescentem & quasi oleosam, cum hepate omni sanguine carente, vacuis quasi vasis. (2.) Conuenire in hydrope rhabarbarum multis nominibus, modo eius & ægri temperamentum obseruemus. Hinc legi meretur quoad hoc *Baccius l. 3. c. 3. de thermis*, qui aliquot hydropicos curauit solo poculo vrinæ puerilis 10. ann. per 30. dies continuos mane, & rhabarbaro pro purgante adhibito, hinc & per intervalla fabæ magnitudine commanso, quod pluribus exemplis confirmat.

In febribus tertianis utimur non solum anima rhabarbari, quæ ipsa & in ictero prodest, verum & infusis aliisque. Genuina enim methodus curandi febres consistit in amurca bilis & obstructionibus expediendis, hæc quippe fermentum febrile vnice vel fabricat vel fouet. Sic & in hypochondriacis, scorbuticis, impuritatibus sanguinis, scabiosis prodest, vna vrinam colore croceo tingens ob sulphur resolutum & in serum diffusum; adeoque est simul diureticum & nephriticis salutare.

Demde & speciatim prodest *roborandi* intentione, quando temperatius purgare & postea adstrictionem scenerari intentio est, vt in diarrhois, dysenteriis, fluxu hepatico. Quin adstringendi sine hoc tostum rhabarbarum in vsu practico est, retusis sic magis sulphureis & aqueis ablatis, vnde adstrictoria præualet, purgans vero aboletur ex parte.

Denique & *resoluendi* virtute in grumescencia, casu ab alto, lochiis restrictis, & amaricante *anthelminthica* eximium est. Vacuat igitur irritando, roborat adstringendo, tonicum laudatissimum, minori dosi vero alterat. Vnde vsi sumus eodem cum successu in vomitu cruento, aluo adstricta, item in hamoptysi, ob indicationes puta conuenientes. Integrum de eo librum



brum scripsit *Tillingius*; alias vero plura legi etiam possunt, apud *Wutich. l. c. Rhodium in analectis*, & alios.

Dosis quidem ordinaria est  $\mathfrak{z}$ i. quæ si ob diffusio-rem minus arrideat, minor dari potest, & stimulan- sis addi, in primis etiam  $\mathfrak{z}$  ea, cremor vel crystalli  $\mathfrak{z}$ ri, & alcalia. Hæc enim sunt genuina clavis ad centra eius referenda, vnaque experi- menti loco ad elementa dignoscenda, alcalina enim sunt men- struum sulphureorum & aqueorum genuinum. Imo exinde etiam patet, quare *Crollius Basilic. Chim. p. m. 308.* scribat leui elixa- tione vim purgandi amittere, quod & in *luminari maiori* confir- matur *p. 102. i.* vbi *Suardus* commentator scribit, rhabarbarum pa- rum substinere de decoctione, adeoque in sirupo de citro debe- re addi, quando sirupus iam mediocriter fuerit coctus. Decepti fuerunt exinde, quod putauerint, auolasse virtutem cathartici- cam exinde, quod segnius decoctum esset, cum tamen vis pur- gans non in volatili parte consistat, ceteroqui extractum rha- barb. plane esset iners, quin ne exprompta quidem fuerit men- struo solo aqueo.

Quod de lapatho unctuoso dicitur, illam totam bonam esse, illud potiori iure tum de selectis purgantibus omnibus, tum in specie de *Sena* dici potest: Tota bona est. *Sena* recen- tioribus seculis celebrata est, disquirente in epistolis *Mundella*, an veteribus fuerit agnita nec ne.

Dicitur itidem *Alexandrina*, quod *Alexandria* ad Europæos vehatur, licet illuc ex Persia & aliis locis afferatur, censente *Stapelio comm. in Theophr. p. 1018. i.* ad differentiam nempe (1.) Ita- lica, quæ minus est efficax; vnde signum pathognomicum *Senæ Alexandrinæ* præbent folia acuminata. (2.) ad differen- tiam quoque coluthæ vesicariæ, fruticis vel scorpioidis, vel syl- vestris, apud nos quoque crescentis. Licet enim succedanea hæc statuantur, & esse possint, vti in defectu *Alexandrinæ* folia coluthæ vesicariæ Danis suis suavit, & felicem successum exper- tus est *Bartholinus cent. 5. obs. 60. p. 130.* citans etiam *Mizaldum*, qui de *Sena* scripserit tractatum, *senæ* tamen non æquipollent.

Dicitur etiam alio epitheto *senæ electa*, seu sine spicibus, quæ



ausgelesene Senet-Blätter / Lf. & folliculis. Hæ ipsæ enim partes magis flatulentæ sunt, & molem augent, non amaricant, minus purgant, adeoque ventriculo negotium præbent. Neque enim alias adeo flatulenta deprehenditur Sena, quod vitium ab omnibus quasi ipsi tribuitur.

Nomen ipsum *Hippocrati, Galeno, Paulo* aliisque ignotum sine dubio Mauritanis debetur, quod *Ruellius l. 1. de nat. stirp. c. 70. p. 147.* asserit, colutheam eodem notari asserens, quam in hortensem & syluestrem dividit, quod & *Mesue* facit loco iam dicendo. Ut ut vero non vnum idemque esse colutheam omnino & senam statuamus, reuera tamen non leuis est, sed intimior conuenientia; (1.) enim purgat vtraque, (2.) folliculos habet vtraque, quis enim nescit folliculos Senæ, quos ipsos *Mesue l. 2. c. 15.* foliis efficaciores constituit, forsân quoad semen, (3.) folio conueniunt, solo excepto acumine, ut ita Coluthea fit quasi sena arborescens, sena coluthea folio obtuso, & herba. Neque absolum est, plantam herbosam efficaciorē arborecente, exemplo sedi minoris, respectu arborecentis, buxi & aliorum.

Amaritie grata & tonica ventriculo amica est, purgat vero vniuersaliter, leniter & tarde quidem, sed efficaciter humores omnigenos, præcipue tamen, iuxta communem hypothefin, idque non inepte, melancholicos, adustos & pituitosos, idque sine vlla excessiua qualitate noxia. De flatulentia cum omnibus purgantibus communi iam diximus. Benignam hanc Senam quibusdam caput offendere scribit *Höbflatter. obs. med. dec. III. p. 185.* id quod sine dubio factum fuit per accidens.

Prodest quinimo vniuersali vsu in morbis quibusuis, posita indicatione laxandi, interpres est quasi generalis omnium purgantium & omnium morborum, adde & indiuiduorum, si cubi purgatio fuerit necessaria. Purgantium quidem, quatenus sæpe ipsis fortioribus operatur feliciter, quam in rem non tam *Wallæi* obseruatio notabilis est, practicum quendam melancholico terue quaterue purgans exhibuisse, nec tamen aluum vel minimum mouisse; accessisse vero vetulam & suafisse, ut folia senæ, cum prunis decocta, adsumerentur, idque, quod non addit,



cum successu; quam experientia domestica, in vulgus nota, multo magis verò medicis notanda. Quo magis enim est resolubilis sēna, tanto magis purgandi scopo apta. Notandum hoc loco obiter, & sennam dici recte præeunte *Syluio*, interprete & commentatore *Mesues*, & *Waleo* & aliis; sennam iuxta alios, exigua differentia.

Morbis vero itidem; Quicumque enim purgante indigent, si nullum admittant aliud, vbi puidem id indicatur & licet, sennam admittunt, acuti, chronici & medii. Indiuiduorum denique omnium, siquidem cunctis est eadem, benigna, scilicet & indemnitas, semper iuuans, nunquam nocens, si rite adhibeatur.

Speciatim morbis illis prodest, vbi serum acetosius, vel bilis eadem qualitate peregrina sigillata est, vt in incubo, melancholia, mania, lepra, scabie, quartana, aliisque morbis ab atra bilis & impuriore sanguinis profapia oriundis, in ipsis quoque febribus ardentibus, in quibus toto die eandem cum successu vsurpauimus, in grauidis & puerperis quoque, in quibus ordinarie aliud ob prægressum opus per aliquot dies obstructa est.

Eandem quouis modo vsurpatam visum & auditum firmare asserit *Mesues* l. 6. p. 102. ex quo etiam *Platerus* oculis appropriatam iudicat. Ast in genere purgantia in membrorum horum affectibus prodesse in praxi selectiori innotuit, quoniam serum vitiosum alterant & educunt.

Datur (1.) quod satis commodum est, a ℥j. ad ℥j. in pulvere, seu per se, seu in intrito cum pane, (2.) in puluere composito, quem diasennam vocant, præter alios *Brassauole* quoque adscripto, ex quo vsus confirmatur frequentior. Datur (3.) in decoctis & infusis ad ℥ij. iij. ℥ss. ℥vj. ℥j. vnde species laxatiuæ polychrestæ esse queunt nobis vsitata ex rad. acetos. scorz. cich. a. ℥j. summit. fumar. cent min. ana m℥. fl. 4. cord. a. p. j. fol. sen. f. f. ℥ss. rhab. el. ℥i℥. cost. ver. ℥j. crem. Fri ℥j. M. pro nodulo; cuius ingredientia variari possunt facile, additis appropriatis, vt in mensibus mouendis aliisque Constituit (4.) egre-



(4.) egregium vinum purgans, si cum musto confermentetur, quod experimento anonymi confirmat *Mesue l. c.* Sociari amat  
 (5.) cum prunis, passulis, aliisque emollientibus, quod vti in vulgus innotuit, ita a *Mesue* dudum memoratum fuit. Sunt, *inquit*, qui decocto eius cum prunis & spica feliciter purgant. Tacemus extractum in pilulas sociandum & sirupum egregium.

Inter reliqua inuenta nova Indica celeberrima sine dubio est *Gialapa*, a Gelapo Americæ prouincia dicta, variantibus quidem in scriptione autoribus, omnibus tamen libere & in eundem finem procedentibus. Alias *mechoacanna nigra* audit, ad differentiam albæ, cui sub huius seculi initium successit & ita quidem vt eius laudes fere obscurauerit, & parem vix inueniat.

Affertur & in vsu est sola radix, tessellatim, seu in taleolos rotundos, seu circulares instar calculi fere aleatorii incisa, vt eo longius ætatem ferre possit, tum maiores, qui fere alben magis, tum minores, qui magis nigricant. Electionis iuxta ac bonitatis nota est *nigredo & resinofitas*. Nigra præscribitur, intensiue talis, ad differentiam albicantis, quo maior enim albedo inest, eo minor resinofitas & consequenter vis purgans.

Nigricat alias inprimis cortex, ipsi tamen resinæ id quoque tribuitur, laxiori significatione, aliis rufescens, scilicet ex nigro, color dicitur. Resinosa vero ob particulas & miculas roscidas sulphureas, quarum ratione etiam ardet seu flammam concipit. Interstincta est resina, & tum circularibus striis, tum, si confringatur, splendore micante conspicua; lactescente sine dubio radice recenti. Cæteroqui etiam non cariola esse debet, (quod humiditatis est consequens) odore subacidulo leui, sapore acri prædita, saltim in recessu.

Affertur ex America non minus ac mechoacanna, contra ac quibusdam placet, illam ex India orientali, hanc occidentali afferri, neque, quod *Clossow* apud *Horstium* vult, floris admirabilis de Peru radix est, neque enim cum illa viribus vel aliis conuenit.

Quoad vsum generalem reuera catholicum & pan chy na-



gogum purgans est gialapa, omnibus iis in morbis, vbi purgatione electiva, vt vocant, seu perfecta opus est, officium faciens, inprimis vero, cum calida & sicca sit secundo gradu, magis in subiectis frigidis & serosis, quam calidis & ficcis, vel saltim non febribus acutis æque detentis; seu vbi simul in motum citandi sunt humores, aperiendum, incidendum, discutiendum. In ficcioribus enim more aliorum purgantium non operatur æque. Speciatim etiam conuenire iudicatur in hydrope, ab aliis in colica, ictero a colica oriundo, de quo vid. *Rolf. in dissert. de Ferro*, item in cachexia; sed reuera est catholicum, omnibus morbis, nisi quid obstet, satisfaciens, vt hoc obtento remedio diuino non diffusam abhorreere debeamus amplius dosim, non effectus timere finistros. Catholicum etiam est, quod ipsa sibi sufficiat. Sin stimulo resinoso alio opus fuerit, præsto & scammonium, quam in rem examinanda sunt corpora, prout sunt serosa vel prout bilioso, acido, viscido humore scatentia.

Et quoad hæc accessoria, correctione quidem non eget, ob benignam & mitem suam naturam, in omnibus quippe si non mitis, tamen mediocris est; duo tamen circa eius vsum sunt attendenda, in vnum eundemque *eu Pocias* finem collimantia. (1.) vt ne excitet tormina, quod faciunt *Spasmodica* alia, & ab ea quoque aliquando obseruatum est factum, tensione illa sua & irritatione, (2.) vt resoluatur & actuetur in corpore.

Hanc in rem consultum est, iustam attendere dosim, eamque ex subiectis metiendam. Non audiendi sunt, qui ad ℥ij. ʒj, vel ℥iv. adscendunt, vnde cum ad scrupulos duos assumisisset illam *Fonseca*, inde mirum non est tormina sensisse colica; & præfectus copiarum apud *Barthol. cent. 5. obs. p. 140.* fere ad mortem purgatus fuit, hausta a Chirurgo ministrante ʒj. Non patiuntur lusum purgantia. Ordinarie scilicet in adultis datur a ℥j. ad gr. xxv. xxvi. ʒß. vel sola, vel cum alio stimulo acuata.

Extraordinarie vero dosim maiorem aliquando efflagitat corpus quadratum, deses, vnde podagricus talismodi nodosa arthritide captiuatus a ℥ij, vix mouebatur. Par ratio est mili-  
rum,



tum, nautarum, gregariorum, quibus ad ʒβ. cum ʒii vitæ vel ꝑ emet. g. j. cum successu datur. Minorem autem corpora tenerioris texturæ & ferofiora, quæ sæpe a ʒβ. imo leuiori præbio hypercatharsin patiuntur. Exemplum vtriusque extraordinarii huius effectus præbent hypochondriaci, unde facilis error est. Quicumque nempe intestina habent ficciora, acido figente foeta, ii maiorem dosin requirunt, vel illa ne mouentur quidem: quicumque vero humidiora, & fluida simul salia, illi facillime mouentur & hypercatharsin patiuntur, quibus vt loqui solemus, papyraceus vna est ventriculus, quod pluribus exemplis probare possemus, si id opus foret.

In his igitur qui stimulum iam dum habent in corpore, vel quorum fibræ nervæ facilius irritantur, facilis etiam fit purgatio, & contra. Hinc vt reliqua purgantia quædam sola quidem dari possint, vt rhabarbarum, sēna; consultò tamen a veteribus iam constitutum & expertum est, melius operari eadem, si dentur cum aliis, quæ actiuitatem illam explicant. Adeoque id ipsum etiam valet & loco exempli generalis quasi de gialapa. Non sola propinatur, non quod non sit benigna, quod violenta, sed quia resinosa est & ipsa, adeoque indigens apprimè adiuuantibus, illam ipsam scilicet resolutionem, & calorem temperantibus pro re nata. Optima hinc ex salinis sunt ꝑea; ꝑus sane eiusque cremor & crystalli clauēs gerit genuinas ad recludenda centra purgantium in corpore, vt cum tartareis data in genere & certius, & benignius, & minori dosi agant purgantia. Adiuuat fermentationem, sub caloris & menstrui ventriculi catholici moderamine, & sic resolutionem, quam & ipsa dissociatione sua perficit. Vt enim puluis gialapæ v. g. quo minor ob expansas salinas dissociatas terreas particulas, eò efficacior; ita tartarea huic rei velificantur eximie. Hinc solitus sum sæpe gialapam ad ʒj. ana cum crem. ꝑri propinare cum successu. Faciunt etiam huc ʘsa, vt ʘ giatum, arcan. duplc. giium diaph. non edulcatum, ꝑ ʘ l., quæ ipsa abstersiua sua natura blande stimulant, & resolutionem promouent, ast minori dosi præ ꝑro addita, ad gr. iij. iv. v. Tacemus salia alcalia ipsa, absinthii, cent. min. fumar.



sumar. aptissima huic scopo, item gum diaph. ipsum, quod carminatiuum est simul, & temperans humores non minus quam fluxiles reddens, de quo sub scammonio dicemus plura.

Omniū frequentissime & optime adduntur ꝑea, vt pulvis laxatiuus vegetabilis dici & propinari optimus possit, toto die a nobis ita dispensatus, qui e ꝑj. gr. xxv. &c. gialapæ, cum ꝑk. gr. xij. cremoris vel crystallorum ꝑri confit.

Adduntur vero non minus aliquando etiã olea q̄ta, vel elæosacchara, anisi, citri, macis, eodem fine. Notum enim est ab oleis resinosa reddi fluxiliora, seu ad motum aptiora; notum, ipsum quoque calorem inde roborari vnaque displodi torminificos simulflatus, vnde optimo consilio adduntur, ne quid tamen nimis, sufficit vna guttula.

Neque enim perpetua & necessaria æque est oleorum additio, sed illud quoque eget cautela & limitatione. Obseruimus quippe multos ægros eligere potius inodora ac insipida purgantia; ab oleosorum vero additione nauseam concepisse, illaque hinc auersatos. Deinde & hoc notabile est, olea quædam, imprimis cinamomi, virtute sua exuperante aromatica & obtundente salinas particulas facile euertere vel imminuere, vnde cauendum in his vtrumque est, & ne nauseabunda fiant, nec actio inde impediatur. Exemplum huius mixturæ præbent insigne spec. diagialapæ *Myns.* ex gialapa, cr. ꝑ, & ol. cinam. constantes.

Hoc modo datum benignissimum est medicamentum gialapa, nec nisi per accidens noxam vllam creans. Per accidens, inquam, ob stimulum vrgentiorem in corpore, ob externa accidentia; siquidem a gialapa imprimis, nisi corpus teneatur calidum & transpiratio sit vna expedita, tormina oboriri possunt. In mentem venit h.l. obseruatio a *Resnéso* notata *Chimiatría seu orat. de Chimia p. 42.* puerperæ aliquando propinatam a medico rationali & lege artis mannam lethalem hypercatharsin induxisse.

In infantibus & aliis miscuimus quoque commode gialapam cum cinnabari nativa, quod fundendi humores vi gaudeat,



deat, vnaque inuertendi & corrigendi acidum bili adiunctum irritatiuum, vt lapidem lazuli iam adductum non memoremus denuo.

Habet vero gialapa hoc peculiare in infantibus, (1.) quod respectiue dosin maiorem optime ferant. Propinauimus h. m. infantibus trium dierum gr. ij. iij. optimo cum successu, quæ dosis comparata ad adultum per regulam proportionalem est omnino maior; (2.) quod ab illo assumpto, etiam prius, quam ullum effectum purgantem ediderit, indormiant vt plurimum suauissime, non aliter ac si assumfissent anodynum. Illud fit ob copiosum humidum diluens; hoc ob ipsum blande resolvens. Quin in adultis quoque tum ab hoc, tum ab aliis purgantibus somnolentia seu ad somnum capeffendum inclinatio accidit, quod ipsum phænomenon ad sulphur expansum & resolutum referendum est, quatenus spiritus inprimis occupati quoad inferiorem corporis illam regionem, a fero, vehiculo suo, sulphur illud in se recipiente, blande irretiuntur & obuoluuntur; vnde facilis fit somnus.

Sed cum hac occasione ad se nos vocet refina, alia quædam præter dicta non minus memoratu digna occurrunt, inprimis 1. axioma illud nobilissimum, refinam non agere nisi solutam. Valet id ipsum generaliter quasi de quouis medicamento, exceptis forsan, quæ irradiatione luminari agere debent, valet de salibus, quo *Tachenius* hinc inculcat; inprimis vero de resinis seu purgantibus, seu vt exemplum alterum demus, opiatis. Cum enim serum fit menstruum vniuersale, vnde ipsam saliuam hinc natura ori indidit, quicquid ab eodem non soluitur, accedente calore & huius quoque (seri) producto fermento ventriculi, illud didi & virtutem exerere suam non potest. Hinc nec opiata maiori dosi eo casu somnum cient, neque enim soluantur, sed irresolubilia manent, nullum vel alium effectum sortita, nec purgantia resinosa. Hinc gialapa in bolos, pilulas morsulos &c. formari potest, non vero æque in decoctis & infusis locum inuenit, nisi addatur clavis, neque enim obsecundat menstruis aqueis, cereuisiæ ac vino, nisi segniter, insufficienter, quem in  
finem



finem si addere placeat eandem nihilominus iisdem, irroranda prius fuerit *¶* Si per noctem. Hinc quæcunque resinæ solutio- nem quouis dicto modo adiuuant & promouent, cum gialapa purgandi sine ceu genzina adiuuantia, miscentur. Imo hinc resinæ ipsæ non bene dantur in puluere, solæ scilicet, non disso- ciatæ, alias calore iusculi conglobantur, & ne deglutiri quidem satis bene possunt. Hinc recte *Zwelfferus* scribit *animadu. in Pharm. Aug. 6. 7. m. 138.* Si, intellige non facta solutione, vel in- tegram drachmam aut plus etiam resinæ, liquide nimirum, seu scammonæ seu gialapæ cuidam propines, nil fere operatur, quod tot experimenta iam testatum fecere. Hinc optimam cautelam addit, vt ad facilitandam resolutionem, seu solida seu liquida forma præscribantur resinæ, eadem prius cum amygd. d. vel semine melonum non nihil contundantur vel subigantur, monendis de eo *Pharmacopœis*, secus enim parum aut nihil operabuntur.

2. Scorsim verò gialapa purgat vel in substantia, resina dispersa fœta, vel in resina. Resina nouum quasi ens constituit, nouum ex priori purgans, idque concentratum, non minùs ac scammonii resina, qua cum exactissime conuenit, in puluere & liquida forma propinanda. Licet enim sint, qui extracta & resinas non efficaciores sed pigriores esse statuant, id tamen, non nisi cum grano salis seu ipsa hac præuia cautela intelligen- dum est; siquidem fieri potest omnino, vt *¶* gialapæ plus pur- get, quod particulæ resinosa sint dispersæ, adeoque magis sub- jugabiles, quam *¶* resinæ, non resolutæ.

3. Resinam quidem, qua talem, non purgandi vim susti- nere solam, necessario tamen inter elementa seu particulas pur- gantes recenseri. Seu, purgantium vis omnis, per supra dicta, residet in acrimonia salino - sulphurea. Commodus hic locus est laudare *l. de ætiologia facultatis purgatricis Nob. D. Hanne- manni*, qua ostendit, contra *Willisum*, in resinosis particulis non esse collocandam catharsin. Statuit, vt breuiter delibemus, quæ ad scopum nostrum faciunt; (1.) ex figurarum modificatione catharsin deriuandam esse *¶* 3, quod in specie ad irregulares

figu-



figuras aculeatas refert §. 10. (2.) Non solum purgationis, sed omnium adeo corporum vnicum esse principium, videlicet nitrum, vnde & fermentationis §. 3. & chylicationis, §. 6. quod fermentum stomachi fit nitrosum scilicet, phaenomena deducenda censet. §. 4. quod iuxta diuersarum particularum, particularumque pororum modificatas figuras omnem medicamentorum efficaciam & energiam exerat; in primis vero (3.) particulas resinosas non sustinere purgandi prouinciam, quod illae in se spectatae sint particulae viscidae, pingues seu vnguinosae, quae ob viscidam glutinositatem arctissime sibi inuicem cohaereant, & licet inflammabiles sint, reuera tamen ab ipso vero sulphure esse distinctas. Dari vero purgantia, v. g. mineralia, in quibus resinosa particula vel nulla omnino vel admodum paucae reperiuntur, §. 5. vt alia plura non laudemus. Sufficit vero nobis 1. figurarum modificationem extrinsecam effectum hunc nullo modo praestare posse. 2. Non tam speciem indiuidualem salis, seu Nitrum, quam sal esse principium rerum materiale, alias enim eodem iure vitriolum, vel alumen, vel sal commune pro principio vnico haberi posset. 3. quicquid ardet, sulphur esse, nec obstare, quin & particulae viscidae vinctuosae possint esse fermentatiuo caractere salino foetae; neque sulphur commune cum  $\Phi$ e, vti est chimicorum principium, esse confundendum: adeoque vt sic mixtas & dispositas seu a salinis particulis modificatas huic rei aptissimas esse. Quocumque enim posito fit purgatio, & quocumque remoto, non fit eadem, illud sine dubio vel principaliter, vel minus principaliter purgandi vim confert. Illud vero de resina verum est. Tolle resinam de scammonio, gialapa, turpetho, iners & inefficax reliquum erit remedium, non purgans. Par ratio est  $\Phi$ is metallici, vt in §. 10.

Tandem & ad *Scammonium* deuoluimur, exosum quibusdam medicamentu, qui scammoniata inter *Spasmodia* & vehementia promiscue referunt, cum tamen cicuratum sit benignissimum. Est vero succus densatus & resinosus scammonex, quae ex conuoluulorum est genere, non minus ac de mechoacanna diximus. Dicitur *dacrydium*, vulgo diagrydium, q. d. lacryma.



scil. scammonæ, & purgans. Lacryma enim est resina sponte exudans. Hodie vero vsu inoluit, vt dacrydium dicatur scammonium in pomo cydonio coctum, qui modus a Galeno memoratus optimus omnino est & locum etiamnum habens, si purum fuerit scammonium. Optime de eiusdem præparandi modis, & patria, & viribus agit *Mesue l. 2. de med. simpl. purg. c. 1.* Ad modum opii parandi, & aliarum plantarum lactescentium, vel sponte exudat, vel incisa radice, lacteus succus, vel exprimitur. A patria etiam dicitur sæpe *pulvis Syrius*, nascitur enim & fit circa Antiochiam, vnde & Antiochenum seu Syriacum præstantissimum olim habitum fuit, hinc & in Armenia, Arabia, & aliis Asiæ locis.

Nostrum sine dubio per expressionem paratum est, id quod per *αυτοματαν* patet, si resina paretur; quod si nouerimus, vt & dictum præparandi modum, omnino facile est colligere, quare *Dioscorides* signum bonitatis lactescentiam absolute esse neget, nostro tamen seculo lactescens habeatur optimum. Nimirum textus *Dioscoridis* agit de scammonio optimo, per exsudationem seu *ὄπισμον*, & extillationem incisione facta collecto. Hinc probat succum hunc pellucidum, taurino glutini similem, a coagulato quippe lacte. Lactescentia vero, ad contactum saliuæ vel aquæ, quæ in optimo illo erat quidem, sed pelluciditati postponenda, in nostro probatur, quod fit signum resinositatis. Optimum nempe est hodie resinofum, cum splendore quodam subnigricans, præsertim si frangitur, ex albo v. g. gryseum, si pulverifetur, ad saliuæ contactum lactescens, purum & *φλογιςτιν*. Substantia est gummea & resinosa, vnde in mensuris spirituosis & aqueis, in quibus lactescit, soluitur.

Hac quasi clauis patet, quare crudum non æque conueniat, & officinales pilulæ aliæque plurimæ minus sint commodæ, neque enim est facta separatio puri ab impuro; quare item lactescat. Solutio vero cum aqueis mensuris v. g.  $\nabla$  cichor. fumar, &c. in lac scammonii dictum, & quibusdam commendatum, non est genuina, neque lactescentia illa aliunde fit, quam ob semipræcipitationem partium resinosarum dispersarum cum terreis.

Cali-



Calidum & siccum est secundo gradu, licet quidam ad tertium vsque adscendant, & inprimis *Mesue* igneam caliditatem in eo agnoscat. Odorem habet sui generis cum gialapa multum conuenientem, qui & in refina superest, acidulum. Purgabilem & pituitam satis valide, sed reuera innoxie in febribus intermittentibus, cruditatibus & vbi vno verbo purgante opus est. Non deterius, nec vehementius est gialapa, sed maxime conueniens, si non plane idem. Datur vero magis in robustis & etate consistente, minus in infantibus, puerperis, grauidis, febribus ardentibus & aliis calidis morbis, stomachi & intestinorum debilitate hæmorrhoidum fluxu vel dolore & erosione vasorum, vt hæmoptysi laborantibus. Hæc quidem vera sunt, attamen ea omnia quoque cum purgantibus aliis sunt communia.

Tormina excitat duplici ratione speciali, tum ob viscidinem, quando non bene resoluitur, sed intestinorum plicis se agglutinat; tum inprimis ob impuritates terreas, siliceas, quæ ad oculum in extractione & copiose quidem visuntur; quibus duobus oblati vel correctis benignissimum est medicamentum, heroicum, & plane diuinum.

Solum igitur non exhibendum, ob hanc ipsam rationem, nec in puluere, nisi dicto modo. Datur enim vel vt basis, vel vt adiuuans seu stimulan. Vt stimulan, refracta dosi præcipue solet commendari & frequentari, ad gr. iij. & plura cum gialapa & aliis. Neque vero sola stimulan vi adhibendum, metu maioris acrimonie & fulmine *Mesues, Galeni, Ferneli* aliorumque, sed laudatissimum quoque est per se, dosi primaria, datum sed bene præparatum. De præparatione cum pomotoneo iam diximus, ea vero licet etiamnum hodie retineatur, non est genuina, præterquam stimuli loco, vix a nobis adhibita. Eadem ratio est scammonii sulphurati, quæ ratio præparandi per suffumigationem cum *Æ* obseruatur vulgo in puluere Comitum de Warwick, seu cerbero tricipite, horrendo nomine, recte vero reicitur ab *Helmontio*. Quamuis enim acida castrent purgantium vim, quia acrimoniam salinam infrin-



gunt & sulphur obtundunt, attamen hoc ipso parum corrigitur vel depuratur, quin, quod *Helmontius* recte ait, tantum virtutis amittunt, quantum aciditatis admittunt. Est igitur præparatio partim superficialia, partim castrans virtutem, impuritates vero relinquens. Scripsit de dicto puluere integrum tractatum *Marcus Cornachinus*, & aliquando Romæ eius dispensatio est prohibita, teste *Velsch. in obs.* imo varix satyrica inuectiua contra eundem hinc inde reperiuntur legendæ; sed reuera est probatissimus, & instar panaceæ in febribus, modo rite præparetur. Noxæ exinde ortæ omnes non nisi crudiori præparationi scammonii & ʒii sunt adscribendæ. Dedimus olim eundem cum scammonio sulphurato ægris, robustis quidem cum successu, cum vero tormina inde immania quidam ægri experirentur, exesse iussimus, & resinam scammonii cum ʒ d. & cr. ʒri adhibemus toto die felicissime, imo gialapæ contra hic puluis suavissime purgat.

Genuina enim præparatio est per ʒi, parando inde resinam, quam & extractum & magisterium vocant, siquidem ʒi est verum omnium resinarum menstruum, quæ ipsa *εὐχρηστέα* corrigitur optime, vt adeo & hic non alia correctione, quam vera præparatione fit opus. Memorari & h. l. meretur locus alter *Zivelferi Pharm. Reg. cl. 4. p. m. 536.* qui cum elegantissimus sit, dignus est qui legatur & cordi habeatur: iubet nimirum resinam scammonii æque ac alias omnes cum amygd. dulcibus subigere & in puluerem redigere, ita enim disponi optime ad resolutionem, nec tormina vel hypercatharsin vllam ciere, hanc etenim solam tenacitatem resinofam, præcipue si frigida superbibatur, esse causam dictarum & aliarum omnium noxarum, quæ sane longe sunt verissima.

Præter pulueris hanc formam e scammonio optime parantur 2. pilulæ, quæ nunquam nos destituerunt, etiam desperatis casibus, in ileo v. g. sæpius & alias, idque tum purgandi, tum aluum saltim laxandi sine. Laborabat serenissima Princeps fortissima obstructione alui, non cedente decoctis, non clysteribus, nam hi certas ob causas applicari non poterant. Proposuimus benedictas illas pilulas, vt resina scammonii cum gialapa ana  
ad



ad gr. v. daretur in hanc formam redacta; breui post aperta feliciter aluo magnum id famæ addidit incrementum.

3. Etiam in liquida forma resina scammonii & gialapæ datur commode in  $\psi$ i:  $\mathcal{R}$ . resin. samm. q. v. v. g. gr. vii.  $\mathcal{B}$ .  $\psi$ . anif. cochl. sambuc. sextuplum & amplius, v. g. 3j. vel q. f. ad solutionem, additur iulepus ros. q. f. vel sirup. de cichor. c. rhabarb. ros. solut. de fena &c.  $\mathcal{B}$ . vel q. f. remedium inde fit efficacissimum & gratissimum. Pertinet etiam huc cautela ex superioribus fluens, tum pilulas scammoniatas, inprimis folas, tum speciatim resinam in  $\psi$ i solutam in corporibus calidioribus & siccioribus minus prodesse, magis in ferosis frigidioribus.

Ex memoratis hæctenus vsualibus & selectioribus facile jam est composita varia parare, quorum farraginem per omnia formularum genera *Rolfincius O. & M. comment.* exhibet. Sunt tamen etiam velut classica quædam & recepta ex compositis, vt sp. diagal. *Myns.* nisi quod loco olei cinam. vel alia quoque substitui, vel ea omnino omitti queant. Hæc pacto est instar omnium aliorum puluis laxativus vegetabilis. *Rolf.* Olim quidem accessione perlarum aliqua gauisus est, reuera autem nomen hoc est gialapæ, quæcunque demum addantur; Item pulvis catholicus *Michaelis*, ex mechoac. & gialap. p. j. scammon.  $\mathcal{A}$  rat. p.  $\mathcal{B}$ . addito ol. cinamom. & caryoph. Pulvis Comitum de Warwick jam laudatus est, rite præparatus. Reliqui vero, vt & spec. diaturb. cholag. phlegmag. melanag. Quercet. & similia plura minus sunt recepta. Imo ex his quoque patet, sufficienter cognito selectu ad leges præscribendi formulas composita fieri posse infinita; tum quoque cognita hac materia medica, quæcunque venditentur arcana huius vel illius, posse diiudicari, vel saltem a medico exprimi. Exemplo sint pilulæ Francofurtenses, toti Germaniæ cognitissimæ, quarum descriptio habetur pro arcano, non quod tanti sit, sed quod lucrosa sit venditoribus. Medicus vero naturalis easdem exprimit aloë rosata violata, extracto alioesolutiuo cum scammonio aliisque pro renata mixtis. Tacemus alias confimiles. Pro pilulis extracta catholica,



panchymagoga, holagoga variorum autorum recepta & vulgata sunt. Nos etiam hic a simplicibus ad composita, a notis ad ignota facilem dedimus viam. Valent tamen & profunt etiam composita talia, quatenus intellectum diffusum ad certum remedium dirigunt, quæ vero distinctius commendantur noscuntur & vsurpantur, ea etiam certius hinc iuuant.

## LIBRI II. SECTIO I. CAPVT VII.

De

### *Purgantibus aliis.*

**Q**uo autem magis pateat hæc ipsa purgantium agendi vis & electionis doctrina, quæ a quibus purgentur, id regulis paucis complexi sumus.

1. *Resolubilia purgantia magis ὀψιζωγὰ seu seriduca; illo experimento, quod hoc pacto & seri coagulum magis liquetur, & aqueis ipsis menstris hæc sulphura magis pandantur, prompte admissa. Par ratio est melanagogorum quorundam, hellebori ipsius &c. Ponamus igitur corpus esse serosius, commodius agent hæc ipsa, quia prompte soluuntur, solutæ vero optime agunt resinæ.*

2. *Magis resinosa magis cholagoga; itidem per mechanicam. Ut enim per vitellum oui v. g. vel alia eiusmodi unctiosa resinam scammonii optime liquabilem reddimus, uti & terebinthinam h. m. in colostrum abire diximus; ita bilis in corpore tale vitellinum corpus æmulatur, cuius concursu magis cum sero combinatur resoluta resina, adeoque in actum deducitur. Serum vero in omni purgatione actuanda, tanquam menstruum vniuersale, requiritur; Posito ergo corpus esse biliosum, non deficiente omni sero, hæc ipsa optime bilem educunt.*

3. *Quæ resinam habent diffusam, vel partibus gummeis implexam, magis sunt catholica, in vtrunque enim humorem ingressum inueniunt,*

4. *Lenientia vero nec serum, nec bilem aque educunt, sed alibi saltē scybala proueniunt ad exitum. Hoc illi notare debent ægri,*

quæ



quæ pilulis aloeticis adfueti putant iis iam sufficienter se defungi posse, nec opus habere purgante medicamento electivo. Vti se aiunt pilulis Francof. &c. a quibus moueantur. Vbi igitur in sero vel bile vitium hæret, hæc ipsa primis viis saltem debita longe sunt debiliora, quam vt rem omnem absoluant, præterquam in tenerioribus quibusdam, qui aliis læduntur.

Pertinent etiam huc alia, quæ effectu cum purgantibus conueniunt, tum vniuoco, & semper vel vt plurimum tali, tum æquiuoco, seu per accidens tali. Illorum exempla præbent *acidula* & *therma*, remedia catholica, siquidem & omnes quasi purgant humores, & per omnes excretionum vias, non saltem per aluum, sed urinam ac sudores quoque; remedia vero empirica, quoque sæpe, ad quæ mittuntur ægri non semper consulta opera, sed coniecturali quandoque, in primis non examinatis per medicum circumstantiis, si proprio ausu & fortuna ægri ad ea concedant.

Habent omnio acidulæ & thermæ suos insignes vsus, tum medicos absolute, tum medico-politicos. Medicos quidem, quatenus aquæ sunt medicatæ, principiis actiuis factæ. De thermis superius egimus & earundem elementa ad vnguem, quasi recensuimus, vnde hac vice saltem dicimus, purgare easdem, & quicquid agunt, agere ob sal alcalicum, seu natium, seu ignis subterranei calcinatione in terra productum, cum aqueis particulis dilutum, vnde abstergendo purgant & in morbis acidis profunt, eorumque sunt remedium; alcalinis nocent. Sit v. g. æger scorbuto frigido laborans, incipiente cachexia, laxitate viscerum, *gâssi* humorum, acore prædominante, neruis ab humore frigido, ab acido, contractis & male habentibus, præsto sunt exciccandi & alterandi, quin & purgandi virtute thermæ. Ast vt laxis, humidis, ichorefcensibus malis & subiectis similibus profunt; ita siccoribus & scorbuto calido laborantibus nocent, quin sæpe impingunt hinc magis partibus materiam tartaream, & ex hospite incolam faciunt. Hæc vt summatim de thermis asserimus; ita certum est de acidulis, per experimenta varia nota, odore, sapore & esse.



effectibus aliis, imprimis quod cum gallis pulueratis mixtæ in momento quasi atramentum exhibeant, & feces nigricantes reddant, quicquid agunt, agere imprimis ob sal acidum, vitriolicum, martiale, copioso aqueo dilutum. Hinc acidulæ sunt remedium morborum alcalinorum scorbuti calidi v. g. in laxitate & φλῶγῶσις viscerum, in siccoribus, ita vt, quibus nocent, thermæ, iis profint acidulæ hoc sensu, & vice versa. Peccant tamen facile in vtrisque ægri & excessus hinc etiam in effectu sentiunt, sic vt thermis vsi violento illo calore & sale deterfuo exiccantur nimis, indeque peius potius habeant, sero blando diluente absumpto, contracturis vel factis vel auctis, quam auxilium speratum reportent, quod sæpius vidimus. Adeoque serum nimis absumunt fere thermæ, & contra ea serum, nimis adaugent acidulæ, facile inde intumescunt pedibus & ventre, vnde medium tenuere beati, sique ita vsurpentur, vtraque: vt non excedatur, moderamine medico optime sanitati profuerint. In vtrisque purgandi vis eminent, & ob heterogeneitatem & sal deterfuum ac fermentatiuum, diuerso licet vsu.

Medico-politico vero vsu non minus commendandæ sunt aquæ hæ medicæ, quatenus sæpe immorigeri ægri in adhibendis medicamentis, in obseruanda diæta, hoc ipso strategemate rediguntur ad frugem, quatenus diæta tenuis & strictior, recepta, vniuersali obseruantia locorum istorum, quo multi magno morbi curantur, his ipsis imperatur & impetratur ægris; quatenus copioso diluente salia efferata temperantur & educuntur e corpore, nauseantibus alias ad ampullas & potiones largiores, sæpe tamen necessarias ægris; quatenus mutatio aeris, victus, loci multum ad sanitatem confert, vnde in epilepsia & aliis morbis chronicis ac rebellibus hæc a Cœo præcipiuntur.

Nouimus huius rei aliquot exempla, v. g. epilepsiam tum in aillis, tum in nobili virgine alias minus perfecte curabilem, mutatione loci conqueuisse magis. Vt taceam, animum a seriis abstractum novitate loci, conuersatione variorum peregrinorum aliisque componi & demulceri, quod ipsum quoque ad sanitatem non minimum



num confert; nec dicam, aliquid etiam consuetudinem & communem omnium quasi hominum hypothefin conferre, cum domi alias balneum formicarum & neruinum exterius, interius vero alcalia idem saepe praestare quazant ac thermæ; cum acidulae artificiales, Ræ & -us Aiales, modo cœtera sint paria, æquare acidulas possint. Quo iplo tamen laude sua non defraudabimus diuina hæc remedia.

Et acidulas quidem artificiales vitriolum vel sulphur resolutum in stigma acidam & Ate alteratum præbent, vt  $\ominus$   $\oplus$  cum  $\oplus$   $\ominus$  Ais alteratus, facta solutione facile hinc diluendus, vt alia non memoremus. Sic & clyffus  $\ddot{\text{h}}$ ii  $\Delta$ atus eas optime exprimit, modo non sulphur minus bonæ notæ subamaricantem & nauseabundam ipsi affricuerit qualitatem, vnde consultius est  $\Delta$  stillatitium purius, vel crystallinum, statim suum, arenarium ad  $\ddot{\text{h}}$ ium &  $\ominus$  recipere. Laxant hæc aluum, vnaque vias sudoris & vrinæ expediunt; neque absurdum est, acida hæc irritatiua virtute gaudere & purgare aluum. Laxant &  $\ominus$ osa quælibet sicca, inæqualibus suis salinis particulis, licet sensui potius æquales offerant.

Horum vero quæ effectū æquiūoco, saltim respectiue, purgantia æmulantur, itidem nonnulla in praxi occurrunt. Sic purgat quandoque cinnabaris natīua, non minus ac saluatiōnem etiam citat aliquando. Hanc efficit, si continuetur eius vsus in tenerioribus, ratione partium mercurialium, serum potenter fundentium. Purgat vero ratione itidem salis mercurialis sulphurei, humoribus ad motum citatis ob *ιδιουγενειας*, a fermento ventriculi resolutione facta.

Adeoque acidum sal concurrat ad purgantium vim, quod exemplo gialapæ & aliorum supra diximus, attamen acidum, quatale, non purgat, nec effectus hic acido adscribi meretur, cum cinnabaris & sulph. commune habeant v. g. in se sal acidum, effectus tamen edant acido contrarios, in tussi v. g. vlceribus &c.

Purgatio etiam fit a resoluentibus, stimulum inde nanciscēte natura, quæ actuat medicamenta pro humorum dispositione & suo modulo. Pulvis absorbens ordinarie vomitus non mouet, neque enim gr. j.  $\oplus$   $\ominus$  Ais ad vomendum sufficit, sed quando lipothymia præcordiales ob acidum vel biliosum *δυσασμὸν* patiens instant,

Nn



cum pallore & frigore extremorū, vidimus inde secutum vomitum nonnunquam summo cum successu. Fœmina pallens hoc modo & vertiginem patiens subitanam, data vnica dosi pulueris absorbentis, vomitu sequente curabatur; ordinariè vero citra vllum vomitum lipothymias certissime curat. Mittebamus aliquando hunc ipsum puluerem pro matrona aulica, ad ἐκλύσεις præcordiales pronissima; medicus metuit eundem nominatum ipsi quid esset dare, quod vomitum citare posset. Malo vero non cessante ipsi accedentes statim propinauimus illum ipsum, breui sequenti effectu meliori. Potest vero & fieri aliquando citra Glum & tis quoq;. A pulueribus pleuriticis & quasi talibus alui fluxus fieri potest, quando ab alcalinis consistentes & quieti humores in motum citantur, & natura, qua visum fuerit commodius, via expurgat eosdem.

Quod autem a pulueribus bezoardicis quandoque alui fluxus secutus est, id omne per accidens fit, sunt enim ni pulueres adstringentes fere simul, vel roborantes; fitque illa diarrhœa potius a seruore & vredine acri biliosi exuperantis humoris, futura etiam magis citra bezoardica. Adeoque & hic attendendum est, an dato tali casu a medicamento, an mere per accidens id euenerit, idque in bonum & malum.

Neque de venenis corrosiuis opus est plura addere, illa quippe sunt deleteria. Tale vero exemplum ante aliquot annos euenisse nouimus, vbi per errorem ministri medici loco purgantis & satus propinatus fuerat, breui sequente morte cum summa diarrhœa & torminibus.

Illud coronidis loco addendum est, ab opiatis, maxime pilulari forma & dosi integra maiori datis, tum vomitum sequi sæpe mane sequente, tum in quibusdam alui fluxum seu diarrhœam. Visum id fuit nonnunquam in phthificis, quorum intestina teneriora erant, & glandulæ intestinales obstructæ, vnde vt nec chylus inuenit aditum, ita nec medicamenta prompte; consequente hinc facili fibrarum neruearum irritatione, bile inprimis, vt fit, vna concurrente & fermentante.

Quod purgantia alterantibus interdum addita ipsorum vim & efficaciam augeant, alibi iam dictum abunde est. Ipsa etiam vt & vomitoria, exuta illa sua vi cathartica optima euadunt tum alterantia, tum diaphoretica.



## LIBRI II. SECTIO I. CAPVT IIX.

De

*Vomitoriis.*

**V**omitoria, ἐμμηκὰ Græcis, seu vomitum cientia medicamenta prisca temporibus purgantibus ipsis etiam frequentiora erant, quam hodierna die, ideo quod veteres, in calidioribus regionibus habitantes, & propter vitus rationem & propter corporis humorumque constitutionem ad vomitum essent faciliores procliuioresque. A chemicis tamen superiori seculo frequentari magis cœperunt, inuentis emeticis mineralibus, licet, vt solet, multis quoque interuenientibus damnis, prius, quam stabilita magis & rationibus fundata esset experientia. Inde vero quidam ex recentioribus quoque vomitiones in nostris regionibus prorsus damnare sustinent propter sequentes rationes: 1. quia corpora plus æquo commouent & disturbant, imo molestissima symptomata inducunt. 2. quia regiones nostræ multo sunt frigidiores, quam Græcorum; 3. quia homines nostrarum regionum pituitosiores sunt, atque adeo ad vomitum inepti. Sed male damnari vomitiones natura ipsa docet. Hæc enim omnis generis euacuationes vniuersales & particulares, tam per superiora, quam inferiora, etiam nostris in corporibus molitur, quam proinde magistram medicus imitari sedulo debet. Neque enim regio rem ipsam variat, sed quæcunque indicantur, sunt exequenda, quocunque orbis angulo.

Præmissio igitur per dicta τῶ ὄν, non carere posse medicinam vomitoriis; alterum quoque assertum huc facit: dari nempe seorsim vomitoria, quæ hoc nomen mereantur, contradistincta ab aliis, neque sub classe purgantium sola contineri.

Videmus quippe naturam ipsam hæc distinguere, & seorsim ἀνα, seorsim item κατὰ excernere. Et licet eueniat non raro, vt ab exhibitio purgante vomitio, citra alui fluxum, & ab exhibitio



bito vomitorio contrarium obseruetur; Distinguendum tamen est inter effectum per se & per accidens talem; item inter effectum ordinarium & extraordinarium. Quod nisi admittamus, vix in praxi commodum erit prospicere indicantibus.

Habent enim inter se effectum communem, irritandi naturam, & ad expellendum sollicitare; Habent vero & proprium, huc, non illuc, quin hoc respectu quasi contrarium & oppositum.

Patebit id magis, si consideremus tum ipsa ad se inuicem relata, tum subiecta illa, in quibus alius ab intentione sequi solet effectus.

Ratione subiectorum illud in praxi ratum est & firmum: Quicumque humores habent in primis viis magis fixos, acidos, austeros, non facile ab emeticis vomunt, sed conuerso medicamento stimulo inde purgantur magis *κατω*, imo in his purgantia effectum saepenumero nullum omnino edunt. Hinc melancholicos *Hippocrates 4. aph. 9.* vehementius & quidem per inferiora purgandos praecipit. Quicumque vero humoribus gaudent biliosis, spumescentibus, aqueis, volatilibus, in illis tum vomitio facilis est, tum a purgantibus quoque solum saepe excitatur. Hinc & aestate magis *ανω*, hyeme *κατω* purgandos ait *Idem 4. aph. 4.*

Quomodo vero differant inter se purgantia & vomitoria, cum omnino sint diuersa, magis patet, si eadem comparemus sibi ipsis & aliis. *Waleus l. c.* negat, dari realem & veram diuersitatem inter purgantia, ita vt hoc tantum vomitum cieat, illud solum aluum moueat; nec vllum discrimen hic inueniri posse contendit, quam limitationem quantitatis, & additionem corrigentis, ita vt purgantia quaelibet maiori dosi data fiant vomitoria, & quaelibet vomitoria correcta sine omni virtute emetica *κατω* purgent.

Sed vtrumque hoc assertum fallit, primum quidem exemplo hypercatharseos, quae toto die accidit, seu purgante medicamento propinato, nisi per accidens humorum versus superiora motus eo citet & modificet medicamentum, solum alvus  
cita-



citatur, & ibi fit hypercatharsis. Adde quod maiori dosi propinam v. g. aloë ad ℥iij. manna ad ℥iv. rhabarb. ad ℥β. vomitum si quem faciunt, id præstent nauseabunda potius mole. Alterum vero, quod correctio *Waleana* sit nulla, putat enim g. g. & ℥ium vitæ, si addantur crySTALLI chalybis, seu Glum ꝑis, correctæ esse, omnemque vim emeticam amittere. Neque ratio vlla, nec experimentum rite factum id confirmant, quin potius Glum ꝑis maiori dosi datum vomitum ciet, & h. m. mixtum cum ꝑro emetico, cum ℥io vitæ vomitum non non prohibet, ex nostra obseruatione.

Plura quæ adfert, eiusdem sunt commatis, adeoque purgantia & vomitoria non solo gradu operationis, respectu doseos, sed mixtionis differunt modulo, quæ differentia est specifica, essentialis & genuina.

Si nempe omnia atque singula pensitemus vomitoria, conveniunt cum purgantibus acrimonia salino-sulphurea, irritatiua & stimulative; differunt eiusdem volatilitate, quam præ purgantibus habent maiorem, hæc vero minorem, fixiori acrimonia conspicua, eamque itidem vel explicitam vel implicitam. Sic sale volatili copiosa pollentia vomitoria sunt, pro magis vel minus volatili sulphure magis vel minus talia, quem miscelæ indiuiduum gradum licet nesciamus, quare puta asarum sit emeticum, piper non item, sufficit tamen nosse specialem, quem nimirum præstant partim partes aqueæ, vt in sedo minori, raphano tum hortensi, tum rusticano, maiori dosi hausto, & in succo; partim partes sulphuræ impuræ, exemplo tabaci, asari, vnde illa cum distinguat optime archeus, in humana hac caligine in eo acquiescere possumus.

Hinc vt nulla purgatio fit sine bile, ita & nulla vomitio proprie dicta & arte inducta sine bile peragitur, quod ipsum axioma superioribus iunctum, quæ de purgantibus diximus, & ipsa illustrat & vomitoriorum doctrinam. Omnis, inquam, purgatio seu *άνα* seu *κάτα*, fit a bile tanquam humore principali extimulando, adæquate a fero. Quemadmodum igitur a purgantibus specialibus, a vomitoriis contradistinctis, bilis acqui-



rit stimulum citra *δενασμὸν* maiorem, solum quasi irritata; ita a vomitoriis bilis non saltem irritatur & stimulum nanciscitur, sed & spumescit una & *μετασυσμὸν* acquirit, sale volatili eiusdem in motum citato, rarefacto & spumescente. Et hinc est quoque, quod purgantia rarius simul vomitum, vomitoria sæpius simul aluum mouent, quia bilis spumescens stimulis illis suis intestina coarctat.

Volatilitas illa euaporabilis, quoad sulphur & sal volatile seu partes mercuriales, manifesto apparet in dictis vegetabilibus, non minus vero & in mineralibus. Apertissimum id est in  $\xi$ io, cuius sulphur cum partibus mercurialibus abigi potest mediante explosente  $\odot$  s. q. addito, quo factò omnis vis emetica emoritur, remanentibus partibus fixioribus. Imò id quoque in  $\oplus$ lo verum est, eiusque ipsissimo sale, nam vtraque hæc sunt vomitoria,  $\oplus$ lum in substantia, &  $\ominus$   $\oplus$ li post ignis torturam prolectum. Vtut enim non tanta in eo sit volatilitas ac in  $\xi$ io, vnde nec idem potentia vomitoria assequitur; Ratio tamen in promptu est, acidum salinum fixius, partibus terreis implicatum magis. Accedit, quod partes venereæ, in omni  $\oplus$ lo reperibiles, respectiue fixiores, non tam prompte domari queant vel annihilari. Satis tamen est, in omni  $\ominus$   $\oplus$ li sulphur adhuc latitare, quo si orbetur vel sal, ex hypothesi, illud amplius vomitum non citabit; vel si sulphur orbetur sale, vt in terra  $\oplus$ li dulci, idem est sentiendum.

Afficitur vero iisdem, sale ac sulphure irritante, primo omnium & præcipue ventriculus, isque non vacuus, sed repletus, vel pituitosis vel biliosis inprimis humoribus, vnde *Cous 4. apb. 17.* oris ventriculi morsum, vertiginem tenebricosam & oris amaritudinem vomitoria indicare præcipue asserit, quippe biliosa. Reliqua afficiunt adæquate, non tamen sine bile. Hinc & vomitoria non illuuiem, quæ in ventriculi capacitate hæret, solum expurgant, sed si fortiora sint, etiam intestina, vasa mesaraica, hepar, lienem, pancreas, mediantibus bile & succo pancreatico exhauriunt, indeque noxios humores eliciunt. Est enim ex his locis via brevis & expedita, per quam facilis est vomitio,



tio, id quod ex selectu & recensioe differentium illorum magis erit in aprico.

Concludimus ergo, vim emeticorum consistere laxius quidem in inobsequentia ingesti remedii, quod alterari & subigi a ventriculo renuit, vnde ille vel grauatur ob nimiam copiam, vel laxatur ob lubricitatem, vel auersionem concipit ob heterogeneitatem, vel irritatur ob acrimoniam aduersam, quale quid in arsenicalibus quoque & aliis venenis occurrit. Singula hæc pluribus exemplis illustrari possent, nisi notiora essent. Strictè vero & proprie in acrimonia modificata & specificata, salino-sulphurea volatiliori. Vnde & ventriculi robor vnice vomitoriorum & purgantium virtutem dispensat.

Cumque ipse culinæ sit destinatus, non cloacæ, maiori omnino opus est violentia; irritatur nempe ita ventriculus, vt recluso medicamento a liquore lymphatico glandularum miliarium & ipse hic characterem biliosum vel quasi emeticorum recipiat, & hinc spumescat, *ὄρεγμα* concipiat, fibris nerveis ac membranis inæqualis & molestus euadat, confectione quadam e vicino intestino quoque concitentur & confluant e glandulis succi consimiles. Inde lubricatur ventriculus, inde saluat os, tremit labium & excutitur tandem saburra ibi restitans.

Hinc in quibus irritatio hæc facilius contingit, facillime in vomitu agitantur, & contra; hinc actiuiora respectiue & catholica magis sunt præ purgantibus emetica, maiori fusione, irritatione & citiori ope; hinc vbi morbus quasi vectibus est expellendus, rebellis & giganteus, præsto sunt emetica.

Quod vero de bile diximus spumescente, id ad alia quoque phænomena explicanda facit, (1.) quoad hypercatharsin, (2.) quoad colorem reiectorum ab assumptis consequentem. Credibile est, non solum in ventriculo fundi humores serosos, & ad motum concitari; verum per ipsum vehiculum assumptum deriuari vim emeticam medicamenti ad intestinum quoque superius. Omnia enim assumpta & ventriculo concedita naturali via euaporant & propelluntur, etiam medicamenta, vnde cum bilis spumescentiam acquirat, accedente cumprimis in-  
verso



verso ventriculi conatu & motu, euocatur & prompte subit ventriculum. Hinc si id non fiat, nec bilis spumescentiam h. m. acquirat, sæpe ne operantur quidem vomitoria.

Deinde notabile est, ab emeticis, & iatis cumprimis, fere vniformem eiici materiam, viridescentem, flavescentem vel potius ex flavo viridescentem; ab his & aliis, inprimis circa finem operationis, etiam amarorem concipi in ore, & tunc ut plurimum medicamentum agere desinit, vel nisi desinat, moneatur medicus ut sistat. Fitque posterius hoc, non quod tunc demum bilis in ventriculum sit vocata, sed quod extrusis reliquis sequatur tandem & ipsa. Hinc signum hoc est & terminus quasi vomitionis in praxi, ut nempe compescatur, alias noxius futurus vomitus. Compescitur vero spumescentia eisdem sopientibus & irritationem refranantibus, stypticis, opiatibus, theriacalibus & ipso cumprimis  $\Psi$ i. Hic enim calore suo & spirituositate ventriculo amicus, eodemque prompte per  $\alpha\alpha$   $\kappa\alpha\tau\omega$  evaporare aptus, sulphureitate vero sua demulcens acrimoniam secum habitare bilem facit magis. Hinc, teste *Sennerto*, l. 3. *medic. practic. p. 1. f. 2. cap. 12. p. 157.* experimenti certi & secreti quasi loco nonnullis habetur, ut ab usu  $\Psi$ i nimis vomenti  $\Psi$ i cochlear vnum vel alterum propinent, atque in momento iuuamen inde pollicentur; quod non est de nihilo, vnde iussimus hoc sapius in praxi, præsertim plebeis.

Alterum vero, seu colorum variegatio in excretis, optime quoque a bile deducitur. Sulphur est matrix colorum, bilis matrix sulphuris in corpore, vnde color omnis fere in excretis accidens a bile est, quod de martialibus valet quoque. Non opus ergo est, ut ad occultam medicamenti vim refugiamus, asserentes cum quibusdam, corruptos esse humores a veneno medicamenti, vnde statim in ichorem talem vertantur. Sensus ipse testatur bilem eiici, cur igitur ad alia deflectere & sensum dimittere velimus? Hinc ut purgantia non sunt venena dicenda; ita nec emetica.

Pertinet huc & illud assertum, purgantia quædam esse catholica, quæ nempe & omnes humores & per omnia excretoria



ria loca euacuant, quod in primis prædicatur de  $\xi$ iatu &  $\xi$ ialibus. Est vero inter hæc ipsa quoque differentia,  $\xi$ ium quippe magis bilem educit;  $\xi$ ialia magis pituitæ liquandæ, exemplo saluationis, debentur.

Vt proportio inter agens & patiens ipsasque in primis vires & causam morbificam est obseruanda: ita id ipsum quoque valet de vomitoriis. Pro *aua* exturbanda materia vitiosa, positive præsentis, insignia sunt, purgantibus respectiue fortiora, in se tamen alia magis, alia minus actiua, adeoque distinguenda; vnde diuisio 1. inter *mitia* & *fortia*, iterque hæc media, maxime in praxi est obseruanda, licet vnum idemque  $\xi$ iatum v. g. emeticum pro diuersa dosi vtrumque expediat. Valet id in primis in infantibus, quibus  $\xi$  emeticum ad sextam, quintam, quartam grani partem sæpe cum successu propinauimus, posita indicatione præsentis.

Maximi etiam interest diuidere eadem 2. in *inusticata*, *media*, & *inusticata*, habito non minus ac in purgantibus selectu. Purgantia enim & vomitoria arma communissima & magis quidem heroica sunt medicorum, ergo bona & selecta sint oportet, quibus fidere, & cito, tuto ac iucunde uti queas.

Distingui etiam 3. merentur in *Gallenica* & *Chimica*, vtraque satis potentia & cognitione discernenda.

Necessaria & utilis est diuisio 4. inter *primaria* & *secundaria*. Illa dicendo, quæ sunt proprie dicta, quæ agunt irritando, acrimonia salio-sulphurea volatiliori, vel implicita vel explicita magis conspicua; seu immerse sint illæ particule aliis, vel aquosis, vt in sedo minori, raph. rustic. vel oleosis & sulphureis, vnde bilem spumescentem reddunt, archeo ingrata euadunt, & eum titillant ac stimulant ad subuertendum ventriculi fundum. Illa, inquam, primaria agunt intentione.

Hæc vero secundaria sunt, improprie magis talia, per accidens quasi, quæ agunt laxando, lubricandoque vias & ventriculum resupinando, cui molesta magis quam irritatiua seu aduersa deprehenduntur, item aquosa, tepida, oleosa, & alia incidentia, amara, acida, pituitosa glaci debita, secundaria magis intentione danda.



Tacemus §. diuisionem inter vomitoria *externa & interna*. Illa, quæ foris ventriculo iniunguntur, inusitata sunt, quæ uero id præstant titillando fauces, ut linguæ depressio in infantibus, digitus in fauces dimissus, & similia mechanica, improprie paulo talia sunt & adiuuantia magis actum vomendi. Quin tenendum est loco regulæ, non omnia, quæ vomitum cient, esse vomitoria, scilicet commoda, quæ ad ciendum illum *idoneus* adhiberi queant & præscribi. Quo præmissis, altera regula ad distinctionem selectus apprime facit: Quæcunque læsionem post se relinquunt seu ventriculi cum primis, seu totius corporis, incommoda sunt vomitoria, & non selecta. Sic non conueniunt, quæ sola quantitate & copia assumpta id præstant, quatenus ventriculus copia aggrauatus tandem insurgit, ut excernat per superiora illa, quæ intus molestant. Non quæ qualitate aliqua ventriculo aduersa gaudent, ut quæ laxando, tonumque ventriculi dissoluendo id faciunt, ut pinguis & oleaginosa, quæ villos nerueos laxant, & ne arcte contineri vel corrugari queant, efficiunt, quippe ipsa quoque largius haurienda. Sic & helleborus albus & mercurialia minus huic scopo quadrant; imo ipsa quoque præparata minus correctæ, quicquid etiam de euacuandi vniuersali virtute glorientur nonnulli, per urinam, sudorem, aluum & vomitum, quippe hoc ipsum *degenerationem* præ se fert.

Subsumere iam facile est ex hisce de omnibus ac singulis ab autoribus inter vomitoria recensitis. Non usitata sunt v. g. inter leniora relata *aquea*, vel sola, vel cum pinguis, vel melle & dulcibus aliis, ut ficibus prius comestis, item *pinguis, unctuosæ, oleosa* ipsa affatim & copiose hausta, ut aqua tepida, decoctum hordei, hydrelæum, hydromeli. Hæc, inquam, non usitata sunt, quibus vomitum directe expedias, sed si in censum hunc veniunt, non nisi secundo, improprie & per accidens id præstant, quatenus parietes ventriculi resupinant, laxant & grauant, nauseabunda sunt, vel ut domestica, ut vehicula. Pinguis enim & tepida emeticorum sunt vehicula, modo his terminis vsurpentur, & vtraque moderate pro laxando, facilitando

& pro-



& promouendo potius quam mouendo vomitu addiscenda. Cauendum enim in secundariis his est, ne ventriculum pessundent, læuigent, nausea & flatibus macent.

Hinc dantur casus, vbi his solis contenti sumus v.g. (1.) in excernendis per vomitum venenis corrosiuis recens hauistis, vt  $\infty$ ,  $\frac{1}{2}$  to, ubi  $\circ\circ$  amygd. d. optime conuenit, (2.) in infantibus *ἰνὴματίσ*, vbi oleum amygd. d. prodest, imo & sperma ceti ex eadem ratione. Obseruamus enim tota die in praxi, sperma ceti in asthma esse laudatissimum, & in infantibus, quorum ventriculus est humidior, vt plurimum per vomitum, idque cum successu operari. Laborabat infans vnius anni respiratione anxia cum metu suffocationis; datus  $\beta\beta$ . sperm. ceti, subsequente vomitu, dictum factum eundem liberabat, idque in pluribus aliis vidimus quoque. Idem de  $\circ\circ$  amygd. d. valet. (3.) In pleuritide, vbi id ipsum cum aliis summe deprædicat *Lud. Septal.* idque non iniuria. Hinc aliquando, methode extraordinaria, in suffocationis periculo pleuriticis sperma ceti quoque, & in quadam ægra cum tantilla  $\square$  emetici cum successu dedi. (4.) quando in morbis vomitus vomitu promouendus & curandus est, vt in cholera & aliis bilis in ventriculum effusionibus. Ibi enim vix nisi hæc secundaria profuerint. Et contra vbi vomitus vrget inanis, vt in calculo, minus conueniunt oleosa, quæ citra hunc vtilissime dantur, v.g. ol. amygd. dulc. cum vino Hispanico.

Reliqua recensita emetica sunt partim diffusa nimis, nauseabunda & grauantia, partim violentiora, partim ingrata & nauseabunda. De sambucinis emeticis, aliisque legi meretur *Blochvitz. anat. sambuc. per tot.* qui & ex turionibus componit puluerem turionum sambuci polychrestum p. 56. & oleum ex acinis seu arillis tanquam egregium vomituum commendat p. 23. vt de aliis nil dicamus. Oleum ad  $3\beta$ . vel  $5\beta$ . commendat, vel ad cochlear mediocre; speciatim vero in philtris, vbi &  $\circ\circ$  infus. flor. vel cort. sambuc. ad  $\mathfrak{z}$ ij. vel iij. cum  $\nabla$  tepida pro accelerando vomitu dilaudat. Quis vero hanc quantitatem hodie propinet?



De succo rad. sambuc. locus *Mindereri* extat *mod. mil. p. m.*  
 225. si nosse, *inquit*, sambucum adhibere, nobile haberes ad  
 hydropicam aquam educendam remedium, cum succus radicis  
 sambuci mirum quantum hydropicos purget. Non æque vero  
 est tuta adhibitio, nisi cautissime agas, cum in minore quoque  
 quantitate assumptus *ἀρω & κάρω* ad instar  $\frac{1}{2}$ ii purget. Monet  
*ibidem*, acetarium etiam atque etiam caute vsurpandum, ne li-  
 pothymia (ab hypercatharsi sine dubio) contingat. Præstant  
 hæc pro vsu externo traumatico. Quod si hæc talia vsurpen-  
 tu minori dosi, aliquando habent locum, vti v. g. commenda-  
 tur pulvis seq. ex pulu. turion. sambuc.  $\mathfrak{ss}$ . helleb. alb. gr. v.  
 g. g. gr. iij. macis gr. ij. M. Sed efficaciora prostant longe.

*Catapucia* rad. & sem, vt & *helleborus alb.* eundem subeunt  
 censum. Catapucia speciatim a *Fernelio* inter vomitoria exter-  
 na refertur, quatenus vngu. de lathyride seu catapucia minore  
 vomitum ciere scribit, si eo ventriculi regio inungatur. Sed id  
 quoque non vsitatum est.

Decoctum *hyssopi* pectorale, & antiasthmaticum, *gratiola*  
 hydropicum, neutrum vero per se emeticum est commodum.)

Ex *nicotiana* sirupus de peto officinalis quibusdam locis  
 fuit introductus, v. g.  $\mathfrak{r}$  succi vel decocti peti  $\mathfrak{ss}$ . iv. (seu no-  
 stratis, seu, quod melius, Virginiani) hydromel.  $\mathfrak{ss}$ . oxymel. squil-  
 lit.  $\mathfrak{z}$ iv. digere in baln. ad 3. vel 4.  $\sigma$ . Liquorem clarum decan-  
 ta. F. cum sacch.  $\mathfrak{ss}$ . sirupus. Dos.  $\mathfrak{z}$ ij. in  $\nabla$  conueniente vel  
 cerevis. tepida. Sed secundarium illum constituimus, non  
 primum.

Flores *genista* seorsim, & ipsum etiam semen ad emulsiones  
 emeticas magni fit a quibusdam, sed tantam laudem non mere-  
 tur. *Vngues humanos* licet *Heerius* tanquam emeticum commen-  
 det, certum tamen est esse hoc heterogeneum plane, & tantum  
 non abominabile remedium. Locus est *obs. 29. p. 324.* Vidi duos,  
*ait*, qui nullo  $\mathfrak{z}$ io aut alio eccoprotico, ne quidem hellebori ex-  
 tracto, aluum laxabant, cum meo consilio priorum vngu-  
 um præsegmina & rasuram bibissent, vomitu iuxta ac secessu  
 abunde se deplebant.



*Mercurialia* medicamenta ipsa potentia quidem sunt *oppra-*  
*gata*, ast vomendi principali sine non præscribuntur, quamvis  
 citra intentionem aliquando vomitum cieant, vti id in azotho  
 quibusdam contigit. Superfluum vero est & vitæ reddi compo-  
 situm, alio, quam fundamentum habet in re, modo.

## LIBRI II. SECTIO I. CAPVT IX.

De

*Vomitoriis rarius vsitatis &  
 selectis.*

**I**Nter media primo loco memoratur *asarum*, tenuium partium  
 & aromatica polleens volatili virtute, vnde vomitus ciet, ob  
 partes sulphureo-salinas volatiles, & simul, ob texturam par-  
 ticularum dictam, crudis, viscidis, lentis & acidis humoribus  
 corrigendis debetur, vt in febribus chronicis, quotidiana &  
 quartana, cuius velut panacea habetur, ictero nigro, obstructio-  
 ne mensium. Est enim aromaticum incisorium (1.) purgans,  
 (2.) cephalicum, (3.) vterinum, (4.) aperitium seu antiquar-  
 tium.

Vsum habet 1. in *substantia*, seu puluere, magis tamen ex  
 radice quam foliis parato, si v. g. pulu. rad. asari c. crysfall.  
 Fri ana ad ℥ss. detur, additis g. g. gr. iij. vel v. ꝰ macis gtt. j.  
 vel ij. vel si pulueris rad. asari gr. xv. vel ℥ss. cum ☉ ☽ ana  
 misceatur, add. oleo ☽to aliquo, tuto & commode id dari pot-  
 est. puluis vero foliorum longe violentior est, etiam in infuso,  
 seu numero seu pondere expresso præscribantur.

2. In *infuso* cum vino & cereuisia, & decoctis, vbi mite-  
 scit & magis diureticum fit. Decoctione enim mitescunt eme-  
 tica vegetabilia, & purgandi vim fere amittunt, quia sal vo-  
 lat. aufugit, & partes aquæ corriguntur, quod & exemplo  
 raphani rusticani patet, hinc in infusa ad febres dictas com-  
 mode recipitur.



3. In *extracto*, quod ex eadem ratione mitius est, in potiones & pilulas recipiendo, cum  $\overline{\text{F}}$ ro emet. g. g.  $\text{\&}$  vitæ roborando. Sic & in extractis emeticis compositis habet locum, quale est *B. Mabilii*:  $\text{\&}$ . rad. asar. cort. inter. sambuc. esul. iugl. ana  $\text{\&}$  j. croc. metall.  $\text{\&}$  B. F. extract. c.  $\text{\&}$  fortiss. in balneo. Extractum filtretur, inspissetur ad iustam consistentiam, exinde formentur pilulæ. Dos.  $\text{\&}$  B. gr. xij.

4. In *electuario*, vnde elect. *diacaps*, itidem dum per se, tum vt alia excipiat, vsitatum est. Peculiare igitur hoc habet asarum, quod præter vomendi vim simul etiam alteret, & bilem viscidam corrigit.

De *gummi gutta* iam superius dictum est. Datur commode in pilulis, v. g. gr. v. vi. viii. miscendo c. extract. asar. c. gum.  $\text{\&}$  co & oleo anis.

*Oxymel simplex* & compos. secundarii emetici vicem obit, licet compositum helleboratum helleborum vtrumque, & album quidem vt basin, recipiat. Hinc speciatim profunt ad incisionem humorum viscidorum, vt purgans & vt alterans. Vt enim de purgantibus diximus in genere, ea alterantia acuere, ita id ipsum quoque valet de emeticis. Hinc in asthma non tantum oxymel omne, inprimis helleboratum, prodest; verum etiam nicotiana pro asthmatis specifico commendatur, vnde aqua ex in destillata, sirupus de peto dictus, per iteratas infusiones paratus, in potionibus antasthmaticis præscribuntur, & *Christ. Langius not. in Fabr.* in Anglia, beneficio attracti nicotianæ fumi, ad mortem fere asthmaticum, vomitu curatum vidit.

Hinc notabile est quædam vomitoria, exemplo dictorum, non æstimari primario sine vomendi, habere tamen locum, alio secundo fine. In mentem hic venit elegans de oxymelite locus *Scaligeri exerc. 157. t. 5. p. 524.* quod ad  $\text{\&}$  Oli optime referri potest, & de abusu potissimum intelligendum. Oxymel, ait, ventriculis non paucis, non raro, non parum nocet, nervis semper; intestina nihilo tutiora. Hin singultus, tremores, colici dolores. Visus hebetatur, dentes vitiantur, semen genitale corrumpitur. Vbi redundat pituita, ad incidendum,

ad



ad tergendum, datur. Vbi non est, in ipsa natura grassatur bona; vellicat, mordet, erodit. Quamobrem vsus ad medicandum salutaris, sed non nisi prudentibus & quibus *ὀφεισόμενον* circumspēctus est salutaris.

*Vitriolum* a *Paracelso* T. 1. p. 707. quartam partem pharmacopoliū sustinere & medicinam contra quartam partem morborum asseritur, in primis quoque, sine dubio, vomendi vsu. Maximi hic sit a quamplurimis, a *Paracelso*, *Quercetano*, *Angel. Sala*, *Helmontio*, qui per vitriolata vomitoria quoque insperatos aliquot curasse se scribit p. m. 418. t. 4. & *Langio*, ut alios plures non laudemus.

Horum elogio antimonium stat post principia, ipsūque vitriolum ad cælum vsque extollitur. Audiamus *Ang. Salam*, qui *ternar. emeticorum* c. 4. p. 499. Testor Deum, ait, & certo cuius promitto lectori, quod inter medicamenta vomitoria, tam simplicia quam composita, & quomodocunque præparata, siue mineralia, siue vegetabilia, quæ vel ab aliis adhiberi vidi, vel ipsemet adhibui, nullum obseruauerim magis vniuersale, magis item benignum vomitorium, quam  $\Theta$   $\Theta$ li. *Langius* vero apoplexiæ certo curandæ (subintellige leuioris & curabilis) fundamentum in  $\Theta$   $\Theta$ li tanquam egregio emetico consistere pluribus elogiis asserit l. c. n. 8. seqq.

Sed vt ordine videamus hæc  $\Theta$ lica, a dictis autoribus vnice & præ iustis, quæ forte violentiora & magis noxia habuerunt, æstimatis.

1. *Vitriolum* in *substantia* emeticum est minus vsitatum. Sunt, qui in peste ipsa summe id dilaudant, vt præ omnibus *Thom. Bouius Veronensis*, qui, libro *flagellum* inscripto, sancte affirmat, se  $\Theta$ li crudi  $\mathfrak{z}$ j. in mellis &  $\nabla$ æ ana dissoluti tam ad præseruationem quam ad curationem vsurpasse, ita vt in peste Veronensi plus quam  $\mathfrak{z}$  x. consumpsit, & ex millibus vix vndecim perierint. Laudat hoc latius *Fonsæca* T. 1. consult. 4. p. 334. & autorem empiricum vocat non contemnendum.

Notabile hanc in rem est (1.) in genere,  $\Theta$ lum nihil aliud esse quam acidum liquorem, copioso aqueo dilutum, cum particulis



ticulis metallicis, nominatim venereis vel martialibus, coalitum seu concretum. Docet hoc tum analysis, siquidem summa & vltima elementa sunt acidus spiritus, & terra venerea, quæ in cuprum fusione fatiscit: & mechanica alia, exemplo  $\text{Oli } \text{♁}$ ,  $\text{♀}$ is,  $\text{♃}$ . Vnde & *Iungius in Doxoscop.* chalcantum esse concrementum natum ex spiritu sulphuris & ære vel ferro asserit, & *Cartesius princip. philos. p. 4. p. 163.* succos acidos erodentes cum metallica materia concrecentes atramentum sutorium componere confirmat.

(2.) Quamcunque vero exercet vim vomendi, a  $\text{♀}$ re obtinere potissimum, licet diffusa & dispersa sub particulis aliis, vnde etiam  $\text{☉}$   $\text{Oli}$  a quocunque affuso acido, + simplici  $\text{☾}$   $\text{Ois}$ ,  $\text{Oli}$ ,  $\text{☉}$  comp. viridescit.

(3.) Vitriolum liquida forma, acido prædominante vel coniuncto liquido, vt & minori dosi vomitum non ciere. Quin potius eo casu roborat, ob ochreas & acidas particulas, habita tamen differentia ipsius, prout magis  $\text{♁}$ iale vel  $\text{♀}$ eum est, vnde acidulæ quoque non æque movent vomitum, nec essentiæ  $\text{Olatæ}$ , toto die innoxie, quoad hoc ipsum, adhibita.

Crudum igitur nimis fuerit  $\text{Oli}$  seu simplex, seu aliud artificiale chemicum ea dosi, vt vomitum cieat, adhibere. Quod si tamen natura eo inclinet, sæpe, licet per accidens & cum insigni  $\text{εὐφορέα}$ , pulvis absorbens etiam vomitum extraordinarie movet, alias nullo modo, eximie tamen iuvans.

2. *Gilla* quoque  $\text{Oli}$  pro vomitorio commendatur. Liceat tamen seorsim in  $\text{Ois}$  hisce agnoscere differentiam aliis communem, ita vt  $\text{Oli}$  in substantia sit inusitatum, gilla medium;  $\text{☉}$   $\text{Oli}$  selectum, respectu scilicet  $\text{Olatorum}$ .

Quale nomen sit gilla, nondum diuinare potuimus. Notat vero chemicis latius omnia emetica ex  $\text{Olo}$  petita, quo sensu *Schröderus pharm. l. 3. c. 26.*  $\text{Ola}$  vomitiua seu gillas describit, ipsumque  $\text{☉}$   $\text{Oli}$  ita vocat.  $\text{κατ' ἐξοχήν}$  vero præ cæteris ita communiter vocant  $\text{Oli}$  album depuratum, nempe per crystallisationem, præuia solutione & filtratione præstandam.

Non



Non occurrit hoc nomen apud *Jonsonium in Lexic. chim.* ast in *pharmac. Londinensi* Glum album depuratum citra hanc nomenclaturam describitur p. m. 352.

*Crollius* duplicem describit gillam, liquidam, ex crystallis Oli  $\phi$ is vel  $\phi$ is, phlegmate Oli acido solutis a  $\phi$ j. ad  $\phi$ ß. propinandam, cui paria facit liquor seu Ra viridis, vel rubra, ex  $\phi$  per acida, ut diximus, parata: & siccam seu Glum album vomitium, *Basil. Chim. p. 182. seq.*

3.  $\ominus$  Oli inter Glata vomitoria præcipuum est, imo fere vnice eligendum. Verum quidem est, vim emeticam adscribendam esse præcipue  $\phi$ i, illa tamen in  $\ominus$  hoc omnium agit mitissime, modo recte fit paratum, neque ipsi penitus denegari potest.

Duplici vero nomine culpari apud recentiores quosdam hoc consuevit, (1.) quod a Venere ventriculum debilitante & naturalem eius destruente tonum vomendi vis eiusdem oboriatur. (2.) quod ventriculi plicis intimius adhærescens, per aliquod hebdomadas nauseabundo sapore & anxietate indefinente gulam vrgeat, sicque (3.) ex attracto aere in perfectum Glum degeneret, totalem stomacho ruinam minitans.

Sed ad (1) iam diximus, h. m.  $\phi$ em ipsam satis domitam esse, nec ab ea aliquam noxam timendam. (2.) Sed Gllescere, iterum  $\ominus$  Oli in & extra ventriculum non concedendum est. Non extra eundem id fit, etiamsi per aliquot annos aëri exponatur; quomodo igitur dicemus in ventriculo id fieri? Multo minus in eodem, quippe aër illuc non accedit, vel si id fit, ut cum cibis, refracte magis. Vnde multo magis ab acido ventriculi fixiori timendum id fuerit, tanquam elemento altero, prius per destillationem ablato, sed nec illud facile contingit. Et falsa est hypothesis, dari Glum regeneratum, citra considerationem principii salini vitriolici acidi. Non fieri id ex aere, si vnum exceperis humidum, patet sensu, qui testatur visu, ipsum Glum e non sufficienter destillato & propulso Glo enasci, quod aeri exponi debuisset. Neque  $\ominus$  Oli aliud est, quam Glum, a partibus terefrrioribus, aqueis fluidis, & acidis fluorem simul

Pp

adeptis,



adeptis, separatim, viridescente smaragdina Ra exutum, verbo, albefactum,  $\Theta$ lum album, nec particulis  $\xi$ eis odeo amplius factum, quæ in crocum fatiscunt calcinatione & præcipitatione, crocum  $\mathcal{A}$ lem &  $\xi$ eum, vnde terra seu  $\mathcal{A}$ is  $\Theta$ li d. dicti vis adstringens & traumatica ad oculum patet. Est enim nihil aliud quam crocus  $\mathcal{A}$ lis vel  $\xi$ eus, vnde fusione id etiam comprobatur. Venerea enim &  $\mathcal{A}$ ialia hoc nomine optima.

Addi superioribus potest, ob eandem sine dubio causam,  $\Theta$ lum album elegisse, vel substituisse Chemicos huic  $\Theta$ li  $\Theta$ li, quod per naturam iam ipsum metallica tinctura sit orbatum, vel potius eandem non ita expansam & copiosam obtineat.

Vtque amplius delectemur in perlustratione horum  $\Phi$ avo-  
 $\mu$ inon, assertum hoc experimento alio patet, quod iam diximus, nimirum si  $\nabla$ æ  $\Theta$ li dulci affunditur  $\sim$  acidus,  $\ddagger$ ,  $\sim$   $\Theta$ is seu  $\Theta$ li, vel  $\Theta$ lis compositus v. g. pro Ra  $\mathcal{A}$ is  $\Theta$ li, vel aliis scopis, viridis  $\xi$ ea Ra iterum recorporefit & ad sensum patet. Vnde si terra  $\Theta$ li dulcis purior desideretur, consultius parabitur, quando non tam aqua elixiuatur & a salinis atomis liberatur, quam spiritibus acidis nominatis, facta hinc edulcatione debita. Hinc consulto præcipitur a Langio,  $\Theta$  hoc iterum calcinandum, (vtut fundatur, non refert,) calcinatum  $\nabla$  s. vel  $\mathcal{A}$ ta soluendum & coagulandum, idque toties, donec ad summam & crystallinam puritatem & albedinem reducatur, denique  $\nabla$  i rectificatiss. sæpius cohobandum & perfecte edulcandum, in gloriosum & magnarum virtutum, medicamentum. Hoc pacto sane, separatis magis particulis metallicis, benignissimum est vomitorium, indeque *manna vomitoriorum* dictum.

Notabile tamen est, nimis calcinatum amittere vim emeticam & sudoriferum euadere, vel alterans, insignium nihilominus virtutum, quod exemplo arcani duplicati patet, seu panaceæ Holsteinensis, quæ reuera panacea est, vbi salia nitrosa conueniunt. In eo vero itidem beneficio acidi nitri spiritus partes  $\xi$ ez separantur, & salinæ corriguntur, modo rite præparetur, nam e  $\Theta$   $\nabla$  factum vt plurimum vnitas potius magis eas exhibet, adeoque vomitorium est.

Idem



Idem exemplo etiam arcani  $\oplus$ li comprobatur, quod quidam in secretis habent. Paratur vero imbibitione  $\ominus$ is  $\oplus$ li cum  $\circ$ eo seu  $\ominus$ li:  $\oplus$   $\oplus$ li summe dequirati p. iij.  $\circ$   $\oplus$ li p. ij. M. in phiola reponere in calore, donec exiccetur. Alii solent denuo addere  $\circ$ eam, donec nil amplius recipiat. Debet tamdiu digeri, donec lapis appareat; de quo aliquot grana adsumenda in febribus intermittentibus, item obstructione hypochondriorum. Ad instar arcani  $\oplus$ ri fit & ita dicitur.

Hinc & obiter notamus tum elementa  $\oplus$ li dicta elucescere per  $\oplus$ li  $\text{♂}$ is &  $\text{♀}$ is preparationem, quatenus  $\ominus$ us  $\oplus$ li vel  $\text{♂}$ is acidus recorporefit affusus limaturæ eorundem, seu potius fufas partes metallicas separat, disiciit & ochreas iuxta ac illas sibi associat, vnde  $\oplus$ lum, quale prius erat, emergit.

Hinc  $\oplus$ lum quidem ipsum  $\text{♂}$ is optimum est medicamentum, & ideo eligendum, quod purius & minus respectiue  $\text{♀}$ eam illud noscamus per preparationem manualementem, reuera tamen & hic obici potest, actum agi, cum  $\oplus$ lum natium v. g. Hungaricum aliudque bonæ notæ, quod viridescit magis, adeoque est naturæ magis  $\text{♂}$ is, pro  $\oplus$ lo  $\text{♂}$ , & pro  $\oplus$ lo  $\text{♀}$ is Cyprium, aliudque quod cærulefcit, magis eligi possit, imprimis vero pro forma liquida  $\ominus$ us obtinenda. Quid opus est tantis sumptibus, cum  $\ominus$ u vitrioli, vel si via sicca tædiofa id facere lubeat, calcinatione cum sulphure, parare vitriolum  $\text{♂}$ is vel  $\text{♀}$ is, vt inde  $\ominus$ um obtineamus, cum natura & martiale & venereum vitriolum largiter ipsa suggerat? Neque enim vitriolum  $\text{♂}$ is vel  $\text{♀}$ is h. m. pretiose paratum aliter in spiritum pelli potest, quam vulgaris spiritus vitrioli, prævia calcinatione vel dephlegmatione, vnde nisi maiore quantitate destilletur, nil acquiritur laude dignum. Omne vero vitriolum est velut hermaphroditicum, de martis & veneris natura participans, sed modo de hoc, modo de illo magis. Interim satis est per illum vitrioli  $\text{♂}$  &  $\text{♀}$ is processum cognosci optima elementa, & quæ naturæ in hoc sale eximio componendo sint arcana.

Sed vt redeamus ad sal, certum est ex dictis & per experientiam nostram aliorumque (1.) vitriolum, seu  $\ominus$  vitrioli



non esse medicamentum  $\delta\epsilon\lambda\tau\iota\kappa\acute{o}\nu$  violentum, quin datum ad  $\Theta\jmath$ . v. g. cum rad. asari, non nisi paucam vomitionem sæpe præstitit. (2.) esse in vitriolo partes irritatiuas emeticas, & roborantes aperitiuas; ratione salis emeticum est & aperitiuum, ratione sulphuris & partium terrearum absorbens & placans, ratione austeritatis constrictiuium. (3.) Cum dosi debeat dari maiori paulo, nau-seabundum esse medicamentum, quod fauces constringit, adeoque id ipsum etiam fieri, si soluatur in aqua appropriata, & potulenta liquida forma detur.

Hinc colligere licet iterum, ceu porismata, 1. habere locum suum etiam emetica vitriolata, quando magis hæret in ventriculo materia, minus, si profundius immersa sit. Vitriolata videntur minus bilem spumescens reddere, respectu  $\xi$ iatorum, sed magis & proximius cum ventriculi archeo nau-seabundum charactere communicare, vnaque materiam ibi hærentem pituitosam fermentare. Ergo hoc casu primo locum habent. Pro fortiori vero cuneo  $\xi$ iata inseruire & præsto esse.

2. Conuenire in primis vitriolata emetica in laxitate ventriculi, quando parietes nimis læuigati minus corrugantur, quæ ipsa corrugatio per accidens quoque ad excutiendam materiam facit; relinquunt post se robur, non debilitant tonum, sed potius eundem magis respiciunt.

3. Cumque ventriculum eiusque villos membranaceos immediate afficiant, & eliquent glandulas miliares, hinc etiam, quando per consensum ventriculi vel præcordiorum afficitur caput, vitriolata emetica habent locum, partim placando, vt in epilepsia, commendata hinc a *Quercetano*, *Sala* & aliis, partim fundendo pituitam, vt in apoplexia & incubo, in quo non sine successu propinantur.

Locum vero non habent hæc vitriolata in affectibus pectoris essentialibus, cum acrimonia vel erosionè coniunctis, etiam in fieri, inde enim tussi adauæta facilis fit ruptura & exesio vasorum, vnde non audiendi, qui iis casibus commendant quoque  $\Theta$  vitrioli.



## LIBRI II. SECTIO I. CAPUT X.

De

*Emeticis Antimoniatis.*

**S**equuntur Emetica selecta, eaque ex *antimoniatorum* classe pe-  
tita. Cumque hæc sint heroica, non minus tamen suos pa-  
sciuntur manes; antimonium ab aliis summe laudatur, ab aliis  
ad orcum detruditur. Animum subit historia de parente  
quodam, qui morti proximus fidem fecit filiis suis, se quicquid  
habuerit auri, idque non parum, condidisse in vineam, quærentes  
& foderent diligenter, donec inueniant. Persuasum est toti fere  
orbi, auri non tam substantiam, quam genuinum seminium con-  
ditum esse aliis in vitriolo, aliis in antimonio, vt plura non memo-  
remus. Hinc istud: est in vitriolo, quicquid quærunť sapient-  
es. Partitis igitur operis acerrimo studio hæctenus quæsitum,  
est a curiosis illud seu aurum, seu seminium auri; verum idem ex-  
perti sunt fatum, ac hæredes prædicti parentis. Illi dum colerent  
diligenter vineam, reportabant lucrum eximium, aurum pluri-  
mum ex vino cultura factò fluens. Hi dum scrutantur minerali-  
um viscera, selecta medicamenta plurima reperere, iisque tum se,  
tum alios ditarunt.

Ausim affirmare, sola seu potissima hac causa *Basilius Valen-*  
*tinum in curru triumphali antimonii* triumphum agere apud poste-  
ros, *Suchtenium, Quercetanium* aliosque adhucdum inclarescere.  
Indeque factum est, quod tot medicinarum, tot panacearum ex his duo-  
bus, vitriolo & antimonio, fuerint inuentarum. In singulis vero du-  
biam palmam vitriolo facit antimonium, inprimis quoad vim  
emeticam & diaphoreticam. Sique vitriolum, quod ex *Paracelso*  
laudauimus, quartam pharmacopolii partem constituit, antimo-  
nium sane dimidiam absoluerit, imo ex illo solo emetica, diureti-  
ca, diaphoretica, bezoardica & nulla non parantur.



Antimonium crudum in substantia vomitum non ciere, autoritates, experientia & rationes testantur. Inde enim *Myrepsus*, *Arnoldus*, aliique etiam alibi citati id asserunt, & pulueres contra vertiginem, epilepticos, hystericos & alios componunt; videri etiam de eodem meretur *Primerosius l. 4. de vulg. error. c. 15.* Ratio esse potest, quod in minori dosi diffusa vis salino-sulphurea, quod ipsa quoque occultata quasi & introuersa.

Hac occasione operæ pretium est elementa antimonii iustrare, vt hinc tum ipsa res pateat, & vomendi energia; tum, quo iure nonnulli inter venena nocentissima referant  $\frac{1}{2}$ iata non tantum emetica, sed promiscue alia quoque vniuersa.

Duo sane sunt præcipua stamina eiusdem: *sulphur & partes metallica*, ipso sensu & processibus plurimis testantibus. *Sulphur* odore se statim prodit, simulac igni exponitur dispersum, vt in vitro  $\frac{1}{2}$ ii; visui manifestum sit eadem operatione, ardet enim, vt non minus totum quasi  $\frac{1}{2}$ ium in sulphur vertitur, seu menstruis lixiuiosis quibusuis & propriis coctione, solutione & præcipitatione per acida elicere libuerit; siue per acida, cum  $\text{\textcircled{D}}$ i, vitrioli, quod *Helmontius*, *Willisus* & alii præstant; vtroque modo, licet diuerso effectu & respectu, separatione facta; priori assimilando, obsequentibus simul partibus metallicis propulso sulphuri; altero separando partes metallicas magis.

*Partes vero metallica* in regulo visuntur, non solum separatione facta maiori & primaria cum  $\text{\textcircled{D}}$  &  $\text{\textcircled{F}}$ ro, verum etiam leuiori in fusione ipsius  $\frac{1}{2}$ ii, vitri hyacinthini quandoque, & ipsius punicei. Vidimus enim in singulis separatos globulos metallicos regulinos. Parratio est similibus processuum ex iisdem, in diuersum licet vsu constantium. Vtrumque elementum tum hoc, tum  $\frac{1}{2}$ ii diaphoretici exemplo elucet & illustratur magis. Resoluitur enim  $\frac{1}{2}$ ium in quibusuis processibus quasi in hæc duo præcipua. In  $\frac{1}{2}$ io diaph. sulphur deflagrat perfecte auolando, vnde non solum ipsum hinc albet, verum quoque partes metallica dissociatæ cum volatilitatem sulphuris amici non assequi possint, eoque sic destituantur, calcis formam induunt, vsu diaphoretico aliisque conspicuæ.



In regulo vero parando additur nitro  $\text{Prus}$ , vt non perfecte auolet sulphur, sed cicuretur & captiuatum separatumque a suo socio in scoriis resideat, simul fusione facta duo hæcque elementa, velut nuda, perfecte & ad oculum compareant. Ipsam vero calcem fixatam regulo deberi, cum partibus terreis implicito, patet, quod igne fusionis adhibito ex  $\text{gio}$  diaph. reuiuifcat regulus. Neque obstat, sulphur  $\text{xi}$  affuso  $\text{Di}$  albescere, & bezoardicum minerale exhibere, siquidem sulphur  $\text{xi}$  illud non purum est, sed partem non minimam secum sororiantem occultit secum; adeo hæc ipsa elementa amicissime se complectuntur, nec nisi ægre admodum vinculum societatis dimittunt. Hæc ipsa est causa, quod  $\text{gium}$  instar Protei tot diuersas transformationes subeat, & licet constantem videatur offerre faciem, mox aliam occultam ostendat, variato solum processu.

*Secundaria & implicita passua in  $\text{gio}$  elementa sunt partes aqueæ & terreæ, quarum illæ aufugiunt facile, hæc immutantur facile, determinatæ pro imperio & fortuna seu mutatione dictarum, actiuarum.*

*Secundaria & implicita media sunt partes acidæ & mercuriales; acidæ quidem latitantes in sulphure, neque prius euolutæ, quam in gas vertatur idem; mercuriales vero latitantes & immersæ in partibus metallicis, utræque simul salinæ, illæ fixæ, hæc volatiles, vnde  $\ominus$   $\text{xi}$  ligans elementa reliqua æstimandum est, mirum quantum variante transpositione, immutatione & mixtione particularum, prout scilicet tractantem inueniant. Acidæ non minus ac sulphureæ sensu patent, ex inuersa natura eiusdem, velut phœnix alius e cineribus natus. Mercuriales altioris sunt indaginis. Vtut vero mire ludant, acquiri tamen & ostendi possunt, partim ex toto, facta sublimatione artificiosa, pluribus aludel propagata, vt volatile a fixo secedat, saltim ad probationem eiusdem; partim ex partibus metallicis, qui modus in secretis habetur, videri tamen potest apud *Basil. Valent. c. comment. Kerkringii, Langelottum epist. ad curiosos, Becherum in Psychosofia, & alios.* Quia imo non desunt, qui regulum  $\text{xi}$  nomine  $\text{xi}$  eiusdem, vt non dicam philosophorum, dignantur.*

Quia



Quin ponamus, non a priori, non ad oculum quasi hunc demonstrari posse, esse non-ens chemicum, quod aliis placet, satis tamen fuerit, a posteriori, per effectus, per *Φαινόμενα* & affectiones varias eundem demonstrari posse. Non enim sequitur, rotunda & volubili æque forma eundem debere in theatrum prodire.

Et hæc ipsa ratio est, quare  $\text{⚗}$   $\frac{1}{2}$  sit emeticum non raro, cui pro diaphoretico solo nescias fidere, quoniam ex dictis occultit secum partes metallicas, hisque implexas vtrisque salinas. Arsenicales sane partes inesse  $\text{⚗}$ io, iniuria est seu chemicarum, seu qui labori philosophico idem destinant. Calumnia, inquam, est, quæ tamen viros magni nominis vel hodiernum deterreret, vt non audeant interius eo vti villo modo. Sed de eo post paulo.

Vtque anticipemus hanc controuersiam, si ita dici meretur, vel dubium potius elucidandum & dirimendum, arsenico carere  $\text{⚗}$ ium patet præter dicta, (1.) quod concluso igne  $\text{⚗}$ tum in clystum saluberrimum constituat remedium, cæteroqui sine dubio, nec nitri quidem antidoto obstante, liquorem inquinaturum. (2.) quod ipsum  $\text{⚗}$ ium sit potius antidotum arsenici, exemplo magnetis arsenicalis, qui ex  $\text{⚗}$ io,  $\text{⚗}$ e &  $\text{⊖}$  conficitur, ita vt venenum omne mitescat, & iuxta quosdam innoxie hinc assumi possit in corpus, saltim brutorum, quorum nullum fere tam firmum est & *ιδιοσυγκρασία* præ homine gaudens, vt ab arsenico assumpto, s. q. quodlibet, non moriatur. Vniuersale enim est venenum arsenicum omnium animantium. (3.) quod ipsa  $\text{⚗}$ iata, qua talia, nullam cuti vel carni corrosionem inferant, quod proprium est arsenicalium. (4.) quod quicumque ab  $\text{⚗}$ iatis mortui scribuntur, vel obseruati sunt, nulla veneni assumpti, in specie arsenicalis, phænomena in corpore ostenderint. Ex gr. xii. vitri  $\frac{1}{2}$ ii cum elect. lenit. centum sedes, & mortem obseruauit *Cornar. obs. med. c. 4. p. 9.* Tacemus alios, quos *Gemma l. 2. cyclogn. Hildan. cent. 5. obs. 12.* inde mortuos narrant.

Notabile etiam est, quod vis salina, metallica, mercurialis  $\frac{1}{2}$ ii magis pansa sit, præ reliquis metallis, quia viscido coheræsiuo glutine



glutine caret, & pulverisari facile potest, quia non ita fixum est corpus, instar reliquorum, utroque nomine magis actiuum. Certum enim est, vim metallicorum corporum in calce potissimum residere, qua non obtenta (par ratio est croci vitriolici in ꝑe & ꝑte,) extractio & diffusio minus habet locum, vt dissociari possint particulæ.

Indicium salis huius, præter dictam rationem, etiam præbet infallibile vitrificatio. Omne vitrum ex sale & terra constat, inticem vi ignis coadunitis & se amplexantibus. Ergo & calx illa ꝑii, quando ad vitrum abacto ꝑe aptatur in patina, bina vel tertia vice, ꝑium, (terram sanctam vocat *Rulandus*,) & inde fufum vitrum potentissime vires emeticas exerit, panko cum ꝑe proportionato sale. Quin hæc ipsa ratio addi superioribus potest præcipua, ꝑium cradum vomitum non ciere, quia partes salinæ iuxta cum ꝑeis minus sunt pankæ, minus solubiles, adeoque minus actiuæ, vti vna solubiles redditæ summe actiuæ euadunt.

Atque hæc erit regula & fundamentum iudicandi de ꝑiatis emeticis omnibus, in genere & specie: v. g. 1. Quæcunque emetica ꝑiata partes salinas & sulphureas magis habent vnitas, expankas & solubiles, illa sunt potentiora & summa emetica; Quæcunque vero diffusas, minus pankas & solubiles, minoris sunt actiuitatis & violentiæ. Videndum vero vt nec nimis nec minus agant.

2, Quæcunque ex dicta causa sunt actiuiora emetica; illa sola sunt seligenda, quin diffundenda & diffusionem refrænanda.

Alia ergo sunt (1.) minus actiua & debilia; alia violentia; (2.) alia ex his iterum crudiora, alia correctiora. *Sulphur* ipsum auratum vomendi sine non adhibetur. Restant igitur, ceu basis, flores, vitrum & crocus, & posteriora duo quidem præcipue. Flores ab Empiricis adhibentur sæpe, & exemplum maniaci apud *Horsium* his curati extat.

*Vitrum & crocus metallorum* non differunt essentia, vtrumque enim est vitriforme corpus quoad consistentiam, differunt solo



colore, vnde crocus metallorū est & dicitur vitrum ꝑii puniceum; alterum καλ' ἐξοχῆν vitri nomine veniens, hyacinthinum. Differunt præparatione, quod vitrum maioris sit apparatus, crocus metallorum minoris & quasi extemporaneus; illud quippe eget calcinatione, eaque repetita, & fusione hinc separatum; hic sola fusione, facilius & per compendium quasi sulphure superfluo per deflagrationem cum  $\text{O}$  ana abacto. Neque enim crocus metallorum impurius a ꝑis ꝑii præparatione resultans huc quadrat, vel in praxi vsitatus hoc sine est.

Neutrum vero horum in substantia adhibetur, ob summam violentiam, sunt enim inexhaustæ & externæ quasi virtutis, vnde si in puluere dentur, cum non excernantur facile, sed plucis ventriculi se insinuent intimius, quoscunque humores corporis obuios, vel haustos inficiunt, vnde hæc causa est, quare tam infamantum pluribus fuerit ꝑium, eiusque vitrum. Hinc licet nouerimus exempla ab empiricis aliisque aliquando data vitrum & crocum in substantia, citra tristem hunc euentum, innoxie, Dei singulari gratia; præstat tamen & intutum omne, quod nocere potest & effectum tristem sortiri, in praxi omittere. Nec vitrum ꝑii vitriolatum penitus innoxium est, duplici nomine, quod ex præparatione patet.  $\mathfrak{R}$ . vitr. ꝑii hyacinth.  $\mathfrak{z}$ β. puluerisato subtilissime in alcool affunditur ~ vitrioli ad digiti vnus eminentiam. Facta per 2. 3. hebdomas infusione, leniter obturato vitro angustî orificiî, digeritur tamdiu, donec ficescat, vel in pultem albidam ficiorem redigatur, in pilulas hinc ad gr. iij. vel iij. formandam, vel in puluerem. Non perfecte h. m. figitur vis emetica vel corrigitur, & simul vis corrosua vitrioli eidem impertitur, vnde licet commodum sit medicamentum pro fortioribus, non tamen selecti emetici, nostra quidem opinione, meretur titulum.

Vt itaque radix & fons omnium quasi emeticorum est vitrum ꝑii potissimum, siue hyacinthinum siue puniceum, croci metallorum nomine veniens, opere pretium est disquirere, tum qua ratione agat, in genere, tum quam ob rem in minutissimo quasi & vix imaginabili pondere. De Priori quidem  
fatis



fatis constat ex assertis, agere ob sal sulphureum, repetere tamen & supponere id hic quoque oportet, vt alterum eo magis inuestigemus, & res tota magis illustretur.

Exemplum huius diffusæ virtutis præbet infusum vitri  $\frac{1}{2}$ ii, vel croci, siue simpliciter infundatur cum vino rhenano v. g. ad gr. iij. iv. siue coquatur. Vel quod perinde est, si nummi, annuli, vel calix scyphusve picatus huic rei inseruiat, illi immerfi vino, hic infuso, si v. g.  $\frac{3}{8}$  vitri  $\frac{1}{2}$ ii puluerisati cum pice misceatur & fluida hæc obducatur scypho iuniperino, vel alio. Singulis his modis toties vomitum ciet vitrum, quoties fit infusio.

Atque hæc ipsa est  $\nabla$  bened. Rulandi, frustra litigantibus autoribus, an ex croco metallorum, an ex vitro  $\frac{1}{2}$ ii ab ipso fuerit parata. Sunt qui sola irradiatione agere putant, eo quod nulla ad sensum adpareat imminutio infusi cum liquore vitri, vnde perpetuum & æternum quasi emeticum parant. Imo id ad alterandi quoque vim extendunt nonnulli, aliudque exemplum simile præbet  $\frac{1}{2}$ ius, qui infusus vel coctus cum  $\nabla$ a vermes necat, itidem citra ponderis decrementum sensibile. Vt melius hæc pateant, supponemus distinctius (1.) potentissimum emeticum  $\frac{1}{2}$ iatum constituere vitrum.

(2.) Hoc ipsum vim suam communicare cum liquore seu aqueo, seu vinoso, seu acido, tanquam menstruo commo-  
dissimo.

(3.) Materiam licet corpoream, subtilitate nihilominus insignissima pollere, seu in aerem, seu in liquorem fiat dispersio, vnde qualitates nil aliud videntur esse quam modi materia. Exemplo sit in odoribus moschus, & odoribus consimilibus imbuta; in liquoribus fel aquæ commixtum, etiam in minima quantitate multum liquorem inficiens amarore, vt alia taceamus.

(4.) Medicamentum etiam in minima quantitate esse tanto magis actiuum, quo principiis actiuis magis factum est. Hinc certum est, energiam hanc dependere unice a sale sulphureo minerali. Sal est primum solubile, ergo per menstrua hæc  
Qq 2 ipfa



ipsa soluitur. Sal est interpres amicitia inter sulphur & aquam, inter sulphur & acidum, seu reddit illud ipsum solubile. Id vero nulla alia ratione fieri poterat, quam intima ille vnione particularum per fusionem. Utque sal reddit sulphur solubile; ita sulphur limites ponit sua hac textura, ut elutriari æque non possit. Genuina igitur ratio huius actiuitatis debetur salis in minimo quoque pondere actiuo; durantis vero eiusdem adscribenda sulphuri. Ideo tamen putandum non est, nil omnino corporei migrare in liquorem, præcipue potentiorem acidulum; si enim experimenta facere placeat, manifeste apparebit, imminui, licet non ad sensum, attamen reuera. Licet enim id non pateat facile, quod in locum extracti & soluti corpusculi humidi soluentis particulæ succedant, nihilominus si euaporetur liquor vel potius destilletur, qui infusus fuit, id ad oculum patebit, quamuis in minima quantitate, ut diximus.

Correctiora igitur præparata emetica sunt 1. *infusa*, quæ & cito agunt, idque efficaciter; & cito transeunt, seu operationem suam absoluunt. Quod vero nonnulli scribunt, corrigi quoque eadem, v. g. vitrum præ in solatione, seu calore ignis solaris, unde verso eodem in calcem, alterans & diaphoreticum saltem expectant, id minus locum habet. Si vitri præ puluis subtilissimus ad aliquot septimanas soli exponatur calido, verba sunt *Qercetani tetr. c. 10.* & de eo postea, etiam maiori dosi propinetur, nullarum virium ad euacuandum & mouendum corpus esse futurum, quod calore solis spiritus eius exhalarit & euauerit. Id, inquam, eatenus verum est, quatenus sulphure exhalante & deflagrante figitur in calcem, minus tamen perfecte, unde purum putum tunc reddi diaphoreticum dicere non ausim, neque enim calor iste solaris collectus a colore ignis actualis differt.

Consulto tamen monendum est, vix posse tuto præscribi talismodi infusum, nisi vel determinet medicus totum processum & formulam, vel accurate nouerit, quomodo parata & benedicta extet. Deinde & maioris securitatis gratia talismodi infusa prius filtranda veniunt.

In selectiori vero praxi utendi hic modus, licet non reii-  
culus,



culus, hodie minus frequentatur, excepto 2. *oxyfaccharo emetico*  
*A. Sala,* & concentratori *B. Ludovici,* de quo ipsi videri merentur,  
 dando ad ʒj. ij. & amplius,

Præter infusum ʒii, ▽ benedict. & oxyfacch. emeticum ʒi.  
 in vsu est *mercurius vitæ*; dictus mercurius, seu quod putarent  
 autores nominis esse eundem mercurialis naturæ, nam ex ʒi. to  
 & ʒio parentibus enascitur, seu analogice, quod mercurii sub-  
 limationem & præcipationem æmuletur, vnde diximus esse  
 præcipitatum ʒium. Vti enim mercurius sublimatur per salia in  
 forma sicca; ita ʒium per eadem in forma butyrosa, etiam ci-  
 tra additionem ʒii ðmati. Mercurius vitæ vero dictus fuit com-  
 muni more seculi, ad commendationem medicamenti, vt elixir  
 vitæ, aqua vitæ, balsamum vitæ quoque nominatum fuit. Sed  
 reuera nihil omnino de mercurio participat, sed sunt ipsæ partes  
 regulinæ in liquamen redactæ, vel potius flores ʒii, vt partes  
 regulinas cum vitriformibus complectamur. Neque enim flores  
 quoque adeo differunt a vitro, sed sunt calx ʒii eleuata, ex qui-  
 bus regulus & vitrum fusione parari potest. Quod vero non  
 mercurialis sit naturæ, ex hoc ipso, aliisque dictis, vt & effectu pa-  
 tet, nullam enim ciet saluationem, sed vomitum.

Ob vires arsenicales hunc reiicit *Knöphelius*, secutus *Basil.*  
*Valentinum tr. de febb. Epid. & pestil.* vbi plura de eodem habet,  
 p. 8. Hac occasione tres autorum de antimonio hypotheses esse  
 memorabimus; (1.) illorum, qui antimonium penitus atque pe-  
 nitus damnant, etiam diaphoreticum; (2.) qui distinguunt inter  
 fixatum, & non fixatum, vomitorium admittendo nullum, imo  
 nec ex vegetabilibus; vti nec purgationem vel venæ sectionem, vt  
*Knöphelius, Thomson, Helmont.* & quidam alii; (3.) qui vtrisque va-  
 tuntur, sed prudenter & μετ' ἀσφαλείας, quod optimum est. Ipse  
 vero Mercurius vitæ mitior est vitro, tuto intro dandus, posita in-  
 dicatione, vel dosi primaria ad gr. iij. vel secundaria cum purgan-  
 tibus ad gr. j. Eadem est ratio rosæ vitæ mineralis, seu mercurii  
 vitæ tincti cum R̄a sandali.

4. Recluso per clauem antimonio optimum est emeticum  
*Tartarum emeticus*, recipiendo croci metallorum, (tanquam com-  
 pendio,



pendiofloris, veletiam vitri, florumue, quod ex dictis satis claret,) & crystall. tartari ana q. v. Affusa aqua sufficienti coquuntur prouido carbonum igne, in olla vitreata. Post ebullitionem liquor quam potest calidissime filtratur; filtratus euaporatur ad tertias, vel amplius: atque sic, reposita ollula cum operculo suo in cellam, colliguntur crystalli tartari emetici, transumpto in se sale emetico. Reclusum esse crocum patet, tum ex effectu hoc, tum quod caput mortuum residuum colore rubro eleganti polleat, in eosdem, si libuerit, vsus vel alios potius impendendum.

Dosis ordinaria sunt gr. j. ij. iij. infantibus gr.  $\frac{1}{4}$ .  $\frac{1}{8}$ . Extraordinarie quandoque plus dandum v. g. in maniacis; siue in puluere per se, siue in pilulis, cum extracto aloes, siue in potionem redactus cum sirupo, seu oxyfaccharum cum oxymelite, siue alia formularum genera.

Neque opus est correctione alia, tartarus quippe & expandit & corrigit simul leni acore suo. Quæcunque vero alia emetica vel purgantia minori quantitate venduntur, omnia ex hoc fonte desumpta esse sciendum. Atque ex hoc ipso colligi quoque potest, in minimo antimoniata agere pondere, ob principia summe actiua.

Hæc simpliciora sunt præparata ex antimonio emetica, ast optima. Neque enim decomposita reddere eadem accessione solari, lunari, opus est, facile tamen & innoxium, si mercurius vitæ solaris, lunaris ex buryro antimonii fiat, facto ex regulo solari, lunari, martiali. De singulis vero bene sentire iubet veritatis amor, & experientia, satis superque testata præsentaneam in morbis etiam grauissimis operem. Abusus nec hic tollit vsum, vnde scommata illa, quin & fulmina in antimonium, nauci facienda.

Omnis hic timor, vel odium, vel calumniæ cessant, modo tria attendantur: (1.) corporis ipsius status & præsentia materiæ positivæ indicantis & ad educendum aptandæ, (2.) medicamenti ipsius iusta præparatio; (3.) Præbium proportionatum, non excedens. Quod si nihilominus inopinata eveniat hypercatharsis, vel debilitas quædam, ipsi huic prouida cura medici facillime prospici potest.



## LIBRI II. SECTIO II. CAPVT I.

De

*Venenis in genere.*

**V**T cognitio remedii supponit cognitionem morbi, & vice versa, si iuxta rationem velimus procedere; ita de alexipharmacis seu BEZOARDICIS, tanquam venenis resistentibus remediis, vix feliciter possumus differere prius, quam de venenis, quæ & qualia sint, penitus constet.

Dictum esse venenum ex philologia constat, q. d. quod cito per venas transeat, seu salubre, seu noxium sit. In genere enim pro medicamento accipitur; seu latiori significatione veneni appellatione continetur omne, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum est, mutat; proprie vero prædicatur de noxio & contradistincto alimento & medicamento.

Adeoque venena proprie sunt, quæ per se nocent, & aduersa sunt corpori, non item, nisi latius, quæ per accidens id præstant, quorsum *Scaligeri* illa venenorum genera spectant *Exercitat.* 33. t. 2. nocere eadem vel a primis qualitatibus, vt aqua epota frigida homini labore & sole æstuant, vt gypsum exsiccando strangulat; Vel a secundis, vt crocus laxando nimis spirituum viam, quod vulgo statuunt, nos vero quid sentiamus, mox patebit; Vel a tertiis, vt cantharides vesicæ, lepus marinus pulmone. Tacemus exemplum vini, spiritus vini & aliorum.

Præsupponimus ergo 1. Venena esse & dicenda, *quæ corpus citra externam violentiam aliam, (vt conformatione vel vnitatem soluta) violenter destruere norunt.* Hinc enim intoxicati vel veneno potionati sunt & dicuntur, qui citra aliam quandam causam manifestam periculum vitæ subeunt, vel moriuntur.

2. Adeoque esse peregrina corpori, siue *illata*, siue *in eodem producta.* Illa proprie dicuntur venena, hæc maligna & veneno analoga; vnde differunt potissimum quoad modum inficiendi.

Alia



Alia *inspiratu* lædunt, vt *seminaria* pestis, & morborum malignorum, februm &c. quatenus *diuergias* seu effluuia, vel exhalationes ex infectis corporibus & locis spirantes communicantur; Alia *haustu*, vt quæ ore assumuntur; Alia solo *contactu*, vt illa quæ foris nos contingunt, etiam ex supra dictis, pestis & febres maligniores; Alia denique ex *ictu* & *morsu*, cuius generis sunt animalia, quæ vel dentibus nos mordent, vel aculeo pungunt, vel contactu nocent.

3. Alia esse *externa*, alia *interna*, quod ex dictis satis patet; Externa iterum vel vi illata, vt morsus animalium, vel inaduertenter, vt pestis per poros irrepens; Interna vero vel ore hausta in pulmones, vel deglutita in ventriculum, vel generata in massa sanguinea, etiam citra ullam extraneam, saltem immediatam, communionem, seu contagium.

4. Alia esse *magis cita & actiua*, quæ, præsentanea vi, exiguo temporis spatio occidunt; alia *lenta, temporaria*, efficacix remissionis, quæ post multos demum dies necant. Priora v.g. calida tenuia, & fere erodentia ac putrefacientia; posteriora frigida & crassa, quæ minus in vasa subeunt, censentur.

5. Venena alia esse *homini*, alia *brutis*; multa siquidem homini sunt venena, quæ tamen aliis animantibus in alimoniam cedunt, ob diuersum nexum principiorum vitalium, sanguinis & feri. Sic cicuta sturni vesci scribuntur; hyoscyamo & mandragora, fues; Cantharidibus, hirundines; serpentibus, cerui, quo de vide *Sachsii Gammarol. & Ann. I. Ephem. Germ. obs. 14.* attractis iisdem e speluncis suis; araneis gallinæ; serpentibus & bufonibus ciconiæ &c. Contra ea aloe medicamentum est hominibus vtilissimum non minus ac amygdala amara, lupis, vulpibus & canibus vero venenum. *Vid. Mab. Fundam. Med. Physiol. c. 10. p. 159.*

6. Alia venena esse *vniuersalia*, alia *particularia*, quæ distinctio tum in specie humana, tum generalius quoque de aliis valet. Vniuersalia omnibus atque singulis animalibus venena sunt arsenicum & mercurius sublimatus, nullum quippe visum est, quod sciam, innoxie per omnia hisce vsus. Specialia venena, præter iam dicta, in specie humana alia sunt nervis & spiritibus inimica, vt solanum furiosum, alia pulmoni, vt lepus marinus, alia ventriculo,



riculo, vt corrosiua, alia vesicæ, vt cantharides ardore & mictu cruento infames.

7. Alia partes *spirituosas*, alia *humidas*, alia *solidas* magis afficere; inprimis vero cum humidæ mediæ sint inter reliquas & quasi vinculum quoddam, præcipue etiam easdem pati certum est.

8. Alia esse *vegetabilia*, vt aconitum, cicuta, napellus &c. Alia *animalia*, siue toto, siue partibus saltim, vt scorpius, vipera, quorsum & caudam ceruinam quidam referunt; Alia *mineralia*; vt arsenicum, mercurius sublimatus, cobaltum. Adeoque pauca quidem nota sunt venena, reliqua tamen, cum magis & minus non varient speciem, itidem huc referenda. Nondum innotuit vel publicatum est venenum, quo in Gallia hæctenus tot cædes patratæ occultæ, poudre de succession vocant, in pulueris forma; licet sint, qui carnes infantum ex utero materno excisorum (horrendum dictu) cum aspidibus aliisque confermentatas nominent.

9. A venenis assumtis *oboriri ab aliis alia*, omnia tamen in subitanæ) conspirare perniciem; ad vomitum cieri ventericulum, cardialgiam, anxietates, tremores, pallores, lipothymias, pulsum frequentem, abdominis inflationem, capitis turbationem fieri. A demorsis vero scorpio vel vipera, auriginem contrahi, dolorem, ardorem, tumorem, inflammationem partis affectæ.

Ex his colligere est: 1. *Venena non tam occultis, quam manifestis agere qualitatibus*. Vt ut enim occultæ qualitates, quatenus manifestis sunt contradistinctæ, concedi possint, quo sensu venena communiter a tota substantia, siue virtute specifica agere asserunt; si tamen penitius eadem inuestigemus & occultum sumamus pro eo, cuius nulla omnino ratio dari queat, ratum est atque certum, venena agere manifestis atque inuestigabilibus, intellectuui notis, qualitatibus. Hinc notanter *Scaliger, loco citato*, qualitas hæc dicta, ait, cum multum absit a sensibus, sola ratione comprehendi potest; (loquitur vero de remediis venenorum tota substantia agentium) sed in huius cognitionem perueniemus per vestigia tertiæ, scilicet qualitatis, seu ad normam manifestarum.

2. *Venena sine dubio subruere principia vitalia*, quorum nexu indissolubili vita propagatur, violenter vero destructo sufflaminatur



natur. Neque enim ulla ratio dari alia potest tam citæ *νεκρωσεως* & immutationis, præcipue cum omnia id testentur phænomena, vnde merito causæ talismodi vniuersali eorundem vis adscribitur, in qua omnia adeo conueniant, licet admodum diuersa.

3. *Pollere venena sale, sulphure & mercurio, machine humane peregrinis & destructoriis.* Id verò est tota illa substantia, occulta qualitas, textura nempe & modus mixtionis. Vti enim particulæ alimentorum sunt benignæ, familiares & subiugabiles, similes, saltim a posteriori, medicamentorum diuersæ, vt alium statum alterando vel purgando inducere queant; ita venenorum aduersæ in internecionem partium spirantes.

4. *Esse eadem vel CORROSIVA, vel FERMENTATIVA, vel VAPOROSA, vel MIXTA.* In his quippe effectibus vel qualitatibus vis venenorum in genere consistit, CORROSIVA si fuerit, ventriculo escharam & *νεκρωσιν* inducunt, vnde parte ad vitam absolute necessaria destructa, necessum est machinam ipsam subruui & principia vitalia destrui. FERMENTATIVA quæ sunt, motum p. n. eumque vel absolute lethalem, vel summe tamen periculosum inducunt, vnde calor febrilis, æstus, deliria. VAPOROSA spiritus obnubilant, suffocant, destruunt. Adeoque *corrosiva solidis, fermentativa humidis, vaporosa spirituosis imprimis sunt hostica, mixta vniuersis.* Quæ vero de his non participant, vt pix assumta & plurima alia inter venena vulgo relata, inter venena tantum per accidens talia & improprie dicta referenda fuerint.

5. *Venena mineralia, zium matum & arsenicum eiusque species, agere sola potissimum corrosiuitate.* Hæc ipsa *νεκρωσιν, νεκρωσεως* sanguinis & feri destructionem inducit, secundario quoque fermentatione peregrina & spirituum turbatione consequente. Hinc si statim revomantur, delicatiori archei sensu & robore, non nocent. Hinc in ventriculum plenum, vel pinguibus præsumtis ingesta minus necant, faciliori vomitu consequente, & acrimonia obtusa. Hinc qui mortui sunt ab horum vsu, siue incauto, siue malitioso, ventriculum & intestina sphacelata & erosa exhibuerunt, quod ipsi in cane obseruauimus. Par ratio est aquæ fortis, butyri antimonii &c. Patet id ipsum quoque ex  
analyfi



analyfi  $\xi$ ii  $\ominus$ mati, neque enim  $\xi$ ius viuis, nec  $\ominus$ , nec  $\oplus$ , nec  $\oplus$ lum, quibuscum sublimatur, est venenum, sed sola textura inde emergens, qua iterum immutata, per additionem  $\xi$ ii viui & sublimationem, in  $\xi$ io dulci, eadem quoque venenositas emoritur. Neque mirandum est, hinc ardorem stomachi, conuulsiones, liuores, tumores & alia symptomata ab his oriri, de quibus videantur Practici. Sic &  $\infty$  corrosiuitate & caustica vi ablata innoxium est, vel solius magnetis  $\infty$ lis exemplo.

6. *Venena animalia* (loquimur vero de vniuersalibus magis) *agere potissimum vi fermentatiua peregrina*; siue viperæ morsus exempli loco sit præcipue, seu canis rabidi, seu alia consimilia. Hinc cum salua talismodi sal peregrinum, irato cum primis animali, in vulneratam partem illatum, mox serum & sanguinem immutat, vt corrumpantur,  $\sigma\upsilon\lambda\upsilon\sigma\iota\varsigma$ , fermentationem,  $\nu\acute{\epsilon}\kappa\rho\omega\sigma\iota\varsigma$  patiantur, facta hinc, recursum ad cor, communicatione, etiam reliquam massam sanguineam mox inficiendo. Par ratio est ictus cum aculeo scorpionis, morsus aranei & similibus. Hinc facta statim exsuctione vel destructione fermenti huius peregrini, vel non nocet plane, vel saltim citius debellari potest. Curauimus aliquando puerum a cane rabido demorsum 1. dato intrinsecus bezoardico volatili, 2. exterius vulnere cum ruta, theriaca & aceto eloto, felicissimo cum successu. Hinc ligaturæ etiam locum habent. Verbo, omnia  $\Phi\alpha\iota\sigma\iota\mu\epsilon\iota\sigma\iota$  testantur de inducta fermentatione præternaturali. Hinc etiam si ictus apum, vel vesperæ excipiatur vngue, & hinc gustetur, salinum talismodi quid manifeste deprehendi potest.

7. *Venena vegetabilia potissimum agere vaporositate peregrina.* Quatenus sulphure v. g. impuro, mucilaginoso, neruis inimico pollent. Hinc hyoscyamum, seu eius semen, imaginationem dislocasse obseruauit in cauidico *Helmont. lib. demens idea p. m. 224.* ipsumque *ibidem p. 225.* exoticam phantasiam imprimere asserit, quod itidem in puella obseruauimus obseruatione 21. ann. II. *Ephemerid. German.* consignata. Sic napellus, verbis *eiusdem*, suam furoris in nobis imaginem communicat, de cuius  $\Phi\alpha\iota\sigma\iota\mu\epsilon\iota\sigma\iota$  ab assumptione euenientibus, vt & de arseni-



co studio experimentandi propinato, videri meretur *Cornarius histor. admir. 12. & 13. pag. 41. & seqq.* A 3j. pulueris napelli, petoris angustia, ventriculi dolor, oculorum obtenebratio vertiginosa, pulsus immutatus, paulo post etiam delirium accidit, vt in folio lacero alte cecinerit æger. Legi hanc in rem quoque seorsim meretur *I. I. Wepferus libro historia & noxa cicute aquatica inscripto, & I. M. Faber in Strychnomania*, tractatibus curiosis. Sic & crocus risu scribitur interimere, risus vero stultorum est. Par ratio est opii ipsius, aliorumque, quæ vaporositate sua spiritus turbant & nocent.

8. *Venenum in corpore genitum in febribus malignis esse fermentationis peregrina sobolem, sæpe tamen non tam a priori, quam posteriori factum.* Quando enim vel ob aeris austrinum frigidioresve statum, ob errores diætæ, vel contagium quoque leges proportionis sanguinis & feri violantur enormius, consistentia, motu & calore læsis, periculum ruinæ subit machina, peregrino inducto æstu, variis cum effectibus sinistris. Inprimis sal volatilius redditum, rarefaciens sulphur, sero diluente excusso, ferociens hinc & quassans corpus accusari meretur. Vnde sanguis emissus rutilans, cinnabarinus, sero quasi incoctus visitur, quo de alibi latius.

9. *Venenum pestis, solo contagio propagandum & illatum, singula coniunctim possidere.* Non in aeris corruptione, præterquam particulari, consistit id ipsum, neque a priori æque, vnde primitus emergat, cognitum est; a posteriori vero optime. Est nempe venenum hoc corporeum, seminale, calore nativo expansivum, sui multiplicatiuum, humorum corruptiuum & principiorum vitalium destructiuum. Corrosiuum esse demonstrant factis carbunculi & pustulæ quasi ab ambustione factæ, dysenteria, pleuritis, cardialgia, aliaque coniuncta; Fementatiuum, febris, bubones, anxietates &c. Vaporosum, deliria, sopores, vertigo, ipsos sanos quoque impetens eadem domo versantes. Eminet tamen tanquam magis actiua vis corrosiua, vnde reliqua quasi obscurat, & eadem potissimum necat, si v. g. ventriculus fuerit carbunculo affectus, si miæctus cruentus accedat, si hæmor-



hæmorrhagiæ; variat etiam effectus hic ratione recipientium subiectorum. Hinc clavis patet, quare tam subito internecionem inferat pestis; quare nullum remedium specificum & appropriatum, idque certum & infallibile, quod communiter desiderant, detur; quidque sit sentiendum de variis hypothefibus de veneno pestilenti hodie agitari solitis. Pigrum id & lentum est, omnisque præcautio hinc fieri debet, ne in actum deducatur; ne hauriatur, vel haustum mature profligatur, ne nidum sibi paret, cum pernicie certa corporis. Omnia, vno verbo, sic velut panfa patent *Φαρόμακα*.

10. *Venena particularia magis esse subiugabilia, minusque vincula vitalia destructum iri.* Noxia quidem sunt, vnde venena audiunt quoque; attamen non toti æque, secreta ab archeo vitæ, seu superiore, huc illuc. Satius enim est hanc illam partem lædi, quam totam machinam subire periculum lethi. Sic *cantharides*, sale volatili acriori constantes, inficiunt non tam ventriculum, acriora etiam exterius vlcerantia & rubefaciencia, allia, sinapi, lepidium ferre adfuetum, quam expansis salinis particulis suis serum, vnde excretioni destinatum in tubulis renum, ardorem delicatioribus longe partibus insupportabilem conciliant. Par ratio est *leporis marini*, de quo cum minus constet nobis, pluribus dicere non licet, a posteriori tamen exulceratio decantata id probat satis.

11. *Vbi virus, ibi virtutem deprehendere licere.* Præstat enim ex venenorum quoque doctrina alios depromere vsus. Neque enim solum utilissima est, tum vt venena cognoscantur, cognitaque vitentur, tum vt infecti melius & rectius curari valeant; verum quoque vt cognita virulentia virtutem, quam natura illa condidit, noscamus. In genere enim virtuosa esse & potentia ex effectu patet satis; quod si ad leges temperamenti humani redigere mitigareque illa pergamus, pro vinculis vitalibus roborandis facient, quæ contra ea destinata videbantur. Exemplo sint vegetabilia plurima, vt cicutæ, v. g. opium, crocus, semen hyoscyami, & alia, vt arsenicum, araneas, & alia non laudemus.



## LIBRI II. SECTIO II. CAPVT II.

De

*Bezoardicis primi generis.*

**S**ed visis hisce iam iudicium ferre poterimus de bezoardicis accuratius, generalibus & specialibus. Contraria enim iuxta se posita elucescunt magis. Vt itaque venena sunt non vna, sed diuersa; ita quoque non vno nomine veniunt iisdem opposita. Generali notione dicuntur *alexipharmaca*, *alexiteria*, latine *amuleta*, (quæ vox hodie de externis appensis fere vsurpatur,) ab amoliendo, i. e. submouendo, depellendo, eo quod venenis resistunt: item *bezoardica*, ex eo haud dubie, quod lapidem bezoar putarint omnibus venenis resistere, modo sit genuinus. Atque sic eleganter & vsitatius hodie dicuntur. Sin specialius ea consideremus, prout a Veteribus denominata fuere, diuisa sunt etiam quoad nomina hinc, ratione obiecti potissimum, i. e. veneni, in quod agunt, teste *Galeno 6. Epid. Comment. 6. t. 5.* & alibi. Cum enim venena vel ab animalibus, vel ex vegetabilibus, mineralibusve proficiantur (pharmaca vocant) ita remedia iis resistentia duplicis quoque generis esse scribit *idem*: Alia quæ venenatorum morsus, ictus aut venena sanant; alia quæ deleteriis pharmacis medentur. Illa *alexiteria*, *ἀπό τῶ ἀλίξεν*, *arcere, depellere, propulsare*, item *opitulari, καὶ τῶν θηρίων*, a feris vel belluis, nominantur. Hinc & simpliciter *θηριακὰ φάρμακα*, seu theriaca, proprie dicuntur, quæ moribus animalium debentur. Dicta enim est theriaca partim ab effectu, eo quod serpentum moribus maxime succurrat, partim ab ingrediente carne viperina. Hæc *alexipharmaca*, *ἀπό τῶ ἀλίξεν καὶ τῶ φαρμάκῳ*, quod lethalibus medeantur morbis. Exemplo sit iam dicta theriaca, quæ cum primario moribus animalium inflictis debeatur, non protinus contra omnia & singula venena potest adhiberi alia, frustra aduersus vegetabilia, mineralia,



neralia, & plura quoque animalia. Vtraque aliis terminis dicuntur etiam *alexicaea*, item *antidota*, licet hæc quoque de internis tantum prædicentur magis.

Nos generalia illa iam vocabimus vfitato nomine BEZOARDICA, tanquam communia magis & vniuersalia; hæc scilicet malignitati ex dissolutione humorum vitalium, minori vel maiori, quam venena intentant, exurgenti debita cor defendunt, *negotium*, consistentiam ac motum sanguinis contra venena in vigore suo afferunt. Monuit enim iam ipse *Galenus l. 5. de simpl. medic. facult. c. 18.* nihil interesse, an alexiteria, an alexipharmaca remedia venenis opem ferentia appellemus, quod scilicet in vnum demum eundemque finem funestum illa conspirent. Antidota vero specialissime notant, quæ his vel illis speciatim & in indiuiduo notis venenis, quoad illam qualitatem, qua particulariter noxia sunt, in corpus illata, aduersantur, vt  $\xi$ io  $\alpha$ -to, cantharidibus, & similibus, de quibus in seqq.

Cum vero ex dictis clarum sit, bezoardica hæc respicere potissimum venenum animale, in motu fermentatiuo & destructiuo consistens, adeoque conuenire v.g. ad morbos malignos, & prodesse in febb. malignis & morbis epidemiiis, pleuritide, dysenteria, variolis, morbillis, peste, febribus Hungaricis, petechialibus, inflammationibus febrilibus, anginosiis &c. merito veneni huius *ἀλεγειαν* respiciunt præcipue. Tertia enim pars hominum moritur febri, vnde facile colligere est, quantum momenti situm sit in bezoardicis.

Respiciunt nempe vel calorem, vel consistentiam, vel motum sanguinis & feri, quibus quippe bene habentibus, vel defensis & fartis tectis, vita producitur, & contra. Seu I. *Bezoardica respiciunt exclusionem fermenti peregrini*, quo calidum natium impetitur. Quæ vero id ipsum excludunt, balsamum natium necessario roborant.

Excludunt id ipsum *Balsamica*, putredini simul resistentia, physica, & hinc medica, *Sulphurea*, vt e simplicibus, Radices *angel. carlin. contrayeru. diptamn. genian. imperator. petasit. silmit. Zedoar.* Ex herbis *ruta, scordium, galega, salvia*; Ex floribus



ribus sambuc. calend. bacc. laur. iuniper. myrrha, cortic. citr. aurant. camphora, succinum, sulphur, hinc Sēov vocatum, & ex his parata, ut oleum angel. citr. succin. ruta, camphor. pestil. Henisi; Elixir pestil. Croll. Ra bezoard. Michael. Rolsinc. Mæb. Ludov. Wedel. essentia myrrha, theriaca, balsamica, spir. theriac. camphorat. bezoardici; Theriaca Andromach. cælestis, methridat. orviet. flor. Agr. myrrhat. &c.

Excludunt Balsamica salina, volatilia & mixta, vt ebor. C. C. serpent: viperar. Ra bezoard. volat liqu. C. C. succinat.

Excludunt item, sed concentrando & penetrando magis, acida, vt + s. bezoard. rutac. theriacale, succus citri, aliaque, de quibus mox plura.

Vt hæc illustrentur magis, tenendum est (1.) esse sua morborum talismodi semina, feminaria & quasi ouaria, inprimis malignorum, & inter hos maxime pestis, siue aliunde illata, quod de peste quasi absolute, de aliis secundum quid verum est; siue concepta & fabricata in corpore. Patet hoc, quod sint sui multiplicatiua, cum aliis communicentur, radices & fomitem habeant in putredine & corruptione humorum, & quæ alia adduci possunt argumenta plura. Adeoque consequenter opus est, vt, qui curare eosdem feliciter velit, hæc potissimum sibi habeat commendata.

(2.) Impeti ab his archeum, seu calorem natium, spiritum vitalem, qui nisi roboretur, exterminando & excludendo fermento morbifico est insufficiens. Debilitatur hic reuera, licet efferato calore id minus compareat, quin ipsi agri sæpe non credant se agrotare, per aliquot dies circumambulantes, denschen sie wollens übergehen/ habe nichts zu bedeuten/ sed hinc demum magno suo malo id experiuntur. Maxime vero in malignioribus id videas, vbi simul & semel decollant vires, summeque prostrata visuntur, ita vt sæpe de nullo alio conquerantur, quam sola lassitudine, sie wären nur matt/ pessimo tunc degentes in statu.

(3.) Esse in sanguine illa femina & fermenta heterogenea, peregrina, non desidia, sed summe actiua, seu sanguini seu sero



fero magis inhæreant, quod vel bubonum, & carbunculorum, vno exemplo clarum esse potest. Sin mature secludantur, breui pacatos reddi excitatos fluctus microcosmicos, idque per sudorem, ipsius naturæ inclinatione & optima via, quæ a centro ad circumferentiam has sordes sequestrat, ac ab iisdem se liberat.

Hæc si vera sunt, vti sunt verissima, patere potest, qualia sint hæc ipsa bezoardica & quomodo agant, actiuora potissimum recensita & volatilia, tum καλ' ἄρον, tum κτ' ἴσον.

καλ' ἄρον dicimus (α) non sola esse bezoardica & vnice, quæ animatam verminosam putredinem respiciunt. Notum est per Kircheri, Langii, Hauptmanni hypotheses, statuere quosdam pestis venenum consistere in animato seminio, aerem repletum esse vermiculis tunc temporis plurimis, qui illati & hausti M. S. destruant, & Φανέρωσα omnia illa producant. Quin, vt taceamus omnes adeo morbos & mortem ipsam duos illos posteriores pro animatis habere, repertos esse in cadaueribus peste defunctorum, cultro audaciori subiectorum, vermes copiosos in ventriculo. Hinc rentur vim illam omnem bezoardicorum adscribendam vni soli huic causæ, quod vermibus & verminosæ putredini aduersentur.

Verum vtut non negandum sit, posse animata seminia & in aere & in corpore reperiri, imo in quibusdam reperta esse actu; posse item a vermibus symptomata enormia excitari, quin ipsa hæc bezoardica esse simul anthelmintica; exinde tamen concludere non licet, quod volunt, pestem & febres malignas vnice ab animata putredine esse oriundas. Neque enim (1.) phænomena comitantia tam diuersi generis ex hac hypothesi possunt derivari, non bubones, v. g. non carbunculi, præcipua pestis signacula; Vis illa corrosiua, fermentatiua, vaporosa grauior est, quam vt possit per verminosam putredinem explicari firmiter. (2.) Quia ipsa illa animata putredo non tam producens est, quam productum, vbi enim putredo, ibi facile vermes generantur, adeoqueposito illos dari & reperiri in his subiectis, quod tamen vniuersaliter verum non est; potior tamen ratio habenda erit



da erit cacochymia tanquam causa, quam eiusdem effectus. (3.) Non sunt propositiones conuertibiles: quæcunque sunt bezoardica, illa sunt anthelmintica, & vice versa: omnia anthelmintica sunt bezoardica, vtraque enim latius patent, exemplo *ſii dulcis*, *abſinthii*, *purgantium*, *corallinae*, *tanaceti*. (4.) Neque etiam omne feminium verminosum esse oportet. Hinc hypothesis hæc illustrare quidem potest bezoardicorum vim agendi, & tanquam effectus specialis considerari, non vero absolute & vniuersaliter locum habet, præcipue cum hoc ipso pacto dubiis non fiat satis, nec exhauriatur malignitatis & veneni vis. Vnde nisi vterius in principia prima entis venenosi inquiramus, paulo minus est hoc ipsum, quam ignorantiaæ asylum.

(3) *Non sola esse bezoardica & vnice, qua viriditatem perpetuam seruant.* Sunt ex recentioribus, qui remedia pestis genuina in his quaritant, omnia vero alia cariei obnoxia, vt angelicam, zedoariam, carlinam, & alia nauci esse habenda contendunt; Iuniperum contra ea, laurum & alia generosissima & vera largiri præsidia. Sed nec ipsa hæc propositio verificari poterit, omnia perpetuo virentia esse pestis remedia, ita vt vniuersaliter concludat. Vt argumentum topicum & particulariter valet, non vniuersaliter. Si enim inquiramus in causas virosis perpetui, vel sulphuri ille est adscribendus, vel sali volatili, vtrique minori respectiue aquæ, tanquam principii congelascentis, proportionem pollenti. Iam vero propter quod vnumquodque est tale, illud magis est tale. At propter sal & sulphur perpetuo virent. E. hæc ipsa sal & sulphur balsamica magis attendenda, quam effectus, viros solus. Neque, si exempla attendamus, id ipsum succedit & firmo stat talo. Non enim sabina, cedrus, abies, cupressus, pinus, præbent bezoardica, nisi quatenus refinositate sua ignem, aeris purgatorium, alunt; non cochlearia, nasturtium aquaticum, & hybernum, lepidium, aliaque virentia semper. Adeoque licet verum sit, vtraque hæc posse tutari corpus a putredine; quamuis concedamus virorem esse signaturam quandam & characterem eternum,



ternum, testantem de virtute interna; ipsa tamen hæc ratio non sufficit, quin plus ultra progredi satius sit, & hæc penitus inquirere.

(γ) *Non sola esse bezoardica fixata & fixata.* Fuere hæctenus alii quidam, qui ponentes pestem in metallica arsenicali consistere malitia, imo falsum illud quoque, in locis mineralibus, vbi effodiuntur opes irritamenta malorum, pestem grassari magis & frequentius; non sufficere vlla aliqua autumant bezoardica alia, quam sola metallica. Quam lubricum vero hoc sit assertum, facile ex dictis & dicendis mox patet, & posito, veram esse hypothesin; ipsa tamen fixata & fixata non eo modo arsenicale virus corrigere norunt, vti actuali igne commixta in magnete arsenicali illud domant, & figunt.

*καταστασις* vero displodunt & excludunt, quod diximus, peregrinum illatum sanguini, quatenus sulphur & sal volatile sanguinis vigorant, idque in motum citant, excusant calorem, circulationemque sanguinis & lymphæ promouent, *σάσις* vero omnem nocentissimam impediunt. Hinc bubones in peste quidem boni sunt, sed incomplete, quin visi sunt, per sola bezoardica insensibiliter quoque discussi. Vna vero, si viscosius fuerit seminium, dissipant & annihilant; si vaporosum, poros cerebri referant & in halitus id ipsum resoluunt; si fermentatiuum, despumando ad extima *σπυραμίδος* vertunt; si corrosiuum & viscosum, vt pestis, affigi id non patiuntur mature propinata, sed dissipant & excludunt, idque omne obstetricante & adiuto inprimis calore. At quando vis corrosiua vel fixa est nimis, vt in arsenico, *ξίον* esto, vel in peste iam fixata, infixæ partibus intimius, minus possunt, minus profunt.

Præcipue ergo conueniunt in omnibus malignioribus, vbi penitior putredo, *σάσις* maior, seminium efficacius, & speciatim etiam in morsibus tarantulæ, viperæ, araneæ, canis rabidi, &c. Punctus studiosus ab aranea in collo, breui conualuit, solo vsu sudoriferi ex theriaca.



## LIBRI II. SECTIO II. CAPUT III.

De

*Bezoardicis secundi & tertii generis.*

**V**T vero primum in hisce morbis est exclusio fermenti peregrini maligni, id quod nisi mature fiat, necessum est alia vna consequi non minus periculosa, quæ omnia cessare oportet, facta illa exclusione, & demto, quod fermentationem peregrinam inferre queat; ita effectus porro consequentes quæ respiciunt, bezoardicorum titulo merito quoque veniunt.

Adeoque II. talia sunt *resolutionem nimiam impediencia*; non neglecto penitus priori. Respiciunt scilicet hæc productum primum malignitatis, quatenus ex ordine dimouetur sanguis & serum, seu resoluitur. Primum nempe genus bezoardicorum respicit quasi sanguinem & serum simul; alterum hoc elementum alterum, nempe sanguinem, particulas sulphureas & salinam ferrosam, quatenus sulphureas has particulas & volatiles salinas nimis efferatas obtundunt, eneruant & alterant. Alias enim necessario vincula destruantur & sulphur nimis rarefit.

Talia diuerso respectu sunt 1. *adstringentia* temperata, vt *tormentilla*, *hysteria*, potissimum in febribus malignis cum diarrhœa, quæ pessimi est omissis, cæteris paribus, item *pulvis stypticus*.

2. Paria faciunt, licet remissius, *mucilaginosæ*, vt *cornu cervi*, eiusque *gelatina*, C. C. *Philos. ppt.* & *magister*. item *scorzonera*, imprimis montana, Italica, & nostras; *terra lemnia*, *sigillata*, *bolus armena* &c. Hæc ipsa hoc censu venire palam faciunt tum diarrhœæ malignis febribus sollemnissimæ, etiam in ipsis puerperis, tum hæmorrhagiæ, quin imo non raro sudores ipsi. Eoque maligniores cum sint febres putandæ, quo magis alterutrum

horum



horum comitem sibi adsciscunt; tanto magis locum inter bezoardica habent hæc ipsa adstrictoria, ita tamen comparata, vt simul calorem p. n. respiciant. Mucilaginosâ vero sal illud peregrinum, quod expulsionem fecerni non potuit, inuisant quasi & sic temperant, vnaque remoram ponunt salî volatili rarefactivo. Adeoquo & freno in his morbis eget natura & stimulo; stimulum addunt expulsivâ, quæ laudavimus, frenum reliqua secundi ordinis.

3. *Præcipitantia* quoque huc faciunt, tum absorbentia, si qua aciditas peregrina se immiscuerit, tum reuera inuerentia humorum *ὀρεζασμὸν*. Vtroque modo fluxiles redduntur, seu in motum citantur & circulum debitum humores. Neque alia ratione agit *lapis bezoar* vterque, *orientalis*, maiori virtute conspicuus, & *occidentalis*, minori commendabilis, vt & pretio. Idem præstant bezoardica mineralia quæcunque. Illa nempe non tam præiata sua origine obuiam eunt malignitati, quam ipsa hæc sua præcipitandi virtute, vnde disiiiciuntur humores & præcipitantur. Talia sunt  $\frac{1}{2}$  *diaph. bez. miner. s. yle, Fiale, Dre, &c.* Hinc frustra sunt, qui eadem hæc reliquis omnibus vnice anteferunt, cum potius homogeneis aliis miscenda sunt, vt v. g.  $\frac{1}{2}$  *ium diaph. cum. C. C. phil. oc. 69. ã. & extracto scorzon. mont. par. qui pulvis bezoardicus minor est, abunde facit officium. Vti maior esse potest sequens: R. rad. contrayeru. terr. lemn. unicorn. fossil. corall. rubr. ppt.  $\frac{1}{2}$  diaph. succin. alb. ppt. a.  $\frac{3}{j}$ . C. C. philof.  $\frac{3}{ij}$ . lap. bez. occid.  $\frac{3}{B}$ . ol. citr.  $\frac{3}{B}$ . M. F. pulvis, alterandi & confortandi sine vtilissimus, in febribus malignis, variolis, morbillis, dysenteria & aliis huius generis morbis. Datur ad  $\frac{3}{B}$ . g. xii. xv.  $\frac{3}{j}$ . remiscendus cum *cinnab. nat. anodynis, C. C. volat.* aliisque. Tacemus puluerem bezoardicum *Sennerti, Rolfincii*, aliorumque. Præter illam vero exsiccandi & serum corrigendi vim eadem bezoardica mineralia sunt *ἀποια*, omnis qualitatis heterogenæ expertia, & tanto magis huic scopo propria, quo magis sunt pura, fixata, & particulis metallicis facta. Hæc ipsa, tamen præcipitantia non sunt vnus & eiusdem generis. Exemplo fit unicornu fossile & animale; illud magis adstringit & sic-*



cat, hoc magis genium naturæ suæ retinet, & ad exemplum aliorum similibus sal volatile suum facile ostendit reconditum.

Quæcunque enim vel sal volatile in sinu gerunt, vel quoque mucilaginem blandam obuiscantem & infringentem, illa ipsa vel mineralibus dictis palmam dubiam reddunt, unde non fidendum iisdem magis, quam aliis cuiuscunque regni bezoardicis.

4. Nec *acida* sunt excludenda ex hac classe, siquidem illa sulphur quam maxime obtundunt, & sal volatile peregrinum rarefaciens figunt. Hinc  $\dagger$  *f.* & *bezoard. succ. citr. granator. aurant.* *Ra ros. viol. fl. 4. cord.*  $\nabla$  *bez. Ruland. sirup. acetos. citr.* sunt bezoardica, inprimis vero *cllysius* &  $\Delta$  *ratus*,  $\ominus$  *bezoardicus* pluribus nominibus.

5. Ipsa quoque *opiata* huc faciunt, licet incomplete & cum aliis, quatenus & ipsa insigne hoc habent beneficium, quod (1.) in centro ligant fermentum febrile, idque (2.) ad exteriora proffigare iuuant & sudorem vnice promouent, (3.) coagulum simul auerunt, (4.) spirituum proffigationem prohibent (5.) sanguinis & feri vincula quam accuratissime defendunt, modo provide in vsum vocentur.

Hæc ipsa tum in genere malignitati obfistunt & bezoardica sunt, licet secundario saltim, tum speciatim illis morbis malignis debentur, vbi humor serosus freno indiget, vt in fluoribus quibuscunque cum febribus coniunctis, tunc enim maxima semper horum habenda est ratio. Et ex hac ratione consultum est, *Ram* bezoardicam constituere varii generis ingredientia, vt eo magis polychresta sit. Hinc ea occasione dicendi data duolibabimus speciatim, *theriacam* & *Ras bezoardicas*. Afferimus cum *Platero* & *Waleo*, *theriacam* sine opio confectam sudorem non mouere, duplici ex fundamento, tum quod opium sudoriferum esse quotidiana testetur experientia, minima nempe quantitate, vt datur, assumta, ægrotos in sudorem blandum & copiosum diffuere. Si ergo opium mouet potenter sudorem ad gr. i. v. g. merito eandem vim exeret in *theriaca* id ipsum, liqui-



siquidem huius ℥j. circiter gr. i. opii recipit. Hoc vero ablato, necessum est, destitui theriacam virtute tam insigni sudorifera. Tum experientia, de qua illud vulgatum notum est, vnam experientiam plus valere, quam centum rationes. Audiamus *Waleum* ipsum præeuntem, medicamenta sudorifera, *inquit*, pauca vera sunt, & inter hæc excellit opium; quod enim theriaca, quod mithridatium sudorem moueant, hoc omne ab admixto faciunt opio. Expertus ego sum, *addit*, hæc duo electuaria, absque opio preparata, sudorem prorsus non mouisse, *m. m. p. 65*. Ad sunt ergo duo immota hæc fulcra, ratio & experientia, nisi velimus negare experientiam viri fide digni, eamque sublestem, vocare, stabilitam tamen ratione. Cui accinit in *disqu. therapeut. Swalbius*, hoc est, *inquit*, (scilicet opium,) quo theriaca, quo mithridatium, quo diascordium, & pleraque antidota sudores præcipue eliciunt. *S. 4. p. 89*.

Contra hæc vero sunt, qui assertum hoc negant, & eiusdem veritatem impugnant. Modestius paulo *Velschius in comment.* id negat, quod reliqua theriaca ingredientia videantur id satis præstare posse citra opium. Experientiam vero laudat in contrarium nullam. Idem facit *Hannemannus Tract. de inebriaminibus p. 13*, concedens opium vi diaphoretica pollere, ast omnem vim diaphoreticam, qua theriaca, mithridatium, diascordium prædita sunt, soli opio velle acceptam referre, esse postulatum nimis liberale. Ratio additur eadem; *multa illa electuaria ingredi, qua sunt natura sua diaphoretica*. Ad experientiam vero *Walei* dicit: hæc electuaria forte sudorem non prouocarunt, non quia opium absuit, sed vitium fuit in assummentibus. Experientia, vero itidem in contrarium assertur nulla. Sed respondemus, negando, in theriaca esse natura sua diaphoretica, quibus in ℥j. vel ℥j. opii vim sudoriferam queas adscribere. Ponamus esse talia ex farragine myrrham, rad. mei, gentianæ, phu pontici, & terram lemniam, tot enim forte excerpseris; horum vero dosis tam exigua est, virtus tam pauca sudorifera, vt minime sudorem istis adscribere queas. Nulla ergo insunt theriacæ diaphoretica seu sudorifera potius proprie dicta, nisi velimus hypothesin



pothésin illam supponere, calida sudorem mouere, quod saniores medici negant, neque enim *Vi*, piper, cardamomum, id faciunt, & fixa contrarium testantur. Deinde experientiam viri probati negamus posse subrui frustranea coniectura. Omnes nempe circumstantiæ reclamant. Assumpta fuit theriaca sudandi fine, nullum in hoc vitium esse potest vel fingi saltem adsumentium; non motus inde prorsus fuit sudor, neque hic vitium adsumentibus adscribi potest vllum.

Hæc de theriaca. Quod *Ras* bezoardicas attinet, vsu obtinuit hodie, vt M. S. quasi basin præbeat his ipsis, vnde & eadem vocari solet *weisse Bezoar-Tinctur*; ita vt nihil aliud videatur *Ra* bezoardica *Michaëlis* & aliorum, quam M. S. tincta & concentrator, mutuante *Ram* medicamento a sandalo rubro. Vt adeo quod therica & huic affinia sunt in forma media, puluis bezoardicus in forma ficca, id in liquida sit *Ra* bezoardica, tantoque magis se commendet præ reliquis, quo magis constat, liquida citius penetrare & fundere humores, magisque adeo esse actiua. Præter vnum hunc modum *Ræ* bezoard. parandæ, nempe citra extractionem specierum, *Ra* aliunde veniente, vel peregrina sandali, vel extractorum bezoardicorum, alter quoque in vsu est ex speciebus bezoardicis selectioribus, beneficio vniuersus bezoardici, (vtrisque maioris vel minoris apparatus assumendis,) extractis, adeoque propria *Ra*, vel adscititia innoxia, simul gaudentibus, de quo *vid. Schulz. Tract. de Ra bezoard.* Et posterior hic modus vel medius polychrestus est magis, vtrique vero opiata refracta dosi adduntur concinne, iuuandi & refrenandi virtute; ita enim rarefactionem, & resolutionem nimiam infringunt, tutando sanguinis & feri vincula. Par ratio est acidorum, vnde instar regulæ esse potest; acida & opiata bezoardicorum adiumenta esse certissima, exemplo M. S. & theriacæ. Exempli loco esse potest *Ra* bezoardica sequens: *℞. rad. zedoar. gentian. ver. angelic. anthur. contrayeru. carlin. bistort. diptamn. alb. torment. scorzon. Ital. montan. vincetox. ölsnit. a. ʒj. fl. galeg. (vel onobrych. fylu. fl. rubr.) vlm. calend. scabios. rut. a. ʒʒ. sem. fraxin. card. bened.*



bened. aquileg. rut. a. ʒij. bacc. parid. ʒiʒ. cubeb. gran. kerm. g. opobals. a. ʒʒ. cort. citr. ʒvj. camph. myrrh. elect. a. ʒj. croci ʒj. Conc. cont. g. m. Affund. ~ bezoard. seu ex ☉ extracti prioris, seu sambuci citratum, e fl. sambuc. & cort. citr. &c. q. s. Cum per aliquot dies steterit in leni digestionem. add. ~ ☉ is friat. ʒij. sandal. rubr. ʒiʒ. Tinctura saturata decantetur & exprimatur, seruanda ad vsum, in febribus continuis & malignis, variolis, morbillis, peste, pleuritide, febribus puerperarum, doloribus capitis, erysipelate, dysenteria, inflammationibus, defluxionibus catarrhalibus, casu ab alto, & vbi alias sudore opus est, probatissimi vsus. Miscetur per se cum subduplo vel subtriplo misturæ simplicis, & Ræ anodynæ guttulis aliquot; cum aliis vero pro indicationum modulo varie.

Tertio, vt opus est per dicta excludere seminium, tutari sulphur & sal volatile sanguinis; ita non minus tutandum est studiose serum ipsum, adeoque bezoardica quoque sunt, licet itidem respectu priorum secundaria quasi, *qua seri defectum solantur*. Plurimi in hoc falluntur, qui vnice expulsiuis illis vtuntur, neglectis hisce; licet contra ea & in his excessus fieri possit.

*Solantur serum substantifice humectantia, aqua temperata, aqua ipsa.* Laudabimus hanc in rem non tam veterum morem, qui aquæ frigidæ potum in febribus maximi æstimarunt, teste vel vno Galeno, quam locum egregium *Georg. Hornii in arca Mosis p. 124.* Ab alcali, *inquit*, fitis est inextinguibilis, nisi per acida & puram aquam, crudam, incoctam, copiosissime ingestam, etiamsi vomitu, flamma præualente, regurgitet, donec aqua in stomacho remoretur; mox sequitur cessatio fitis, calor, sopor, sudor, faintas intra 12. horas, quod ipse multoties in acutissimis febribus probauit. Præcipuam in eo consistere curam remedio, vberè frigidæ potu, citra vllam venæsectionem & purgationem, asserit etiam ibidem p. 150. Faciunt huc *☿ scorzonera, sambuc. cord. Sax. frigid. galeg. bezoardica Rul.* aliorumque simplicium, vt *acacie, cerasorum nigr. &c. decoct. hordei c. CC. & scorz. iulepi,* potiones, & ipsæ imprimis emulsiones. Cum enim tunc & per rationem, calor velut Vesuuiani præsentiam, & *αυτοψία*, si fiat V.S. deprehendatur sanguis spissus, colore cinnabarino vel alio.



sero omni quasi prius, quo sensu solemus dicere serum quasi omne incoctum esse, impossibile est, vt possit machina subsistere; quin hoc ipsum malignum est, & malignorum morborum multorum essentiale; merito studendum, vt principium hoc vitale, serum, seu humidum calido substernatur. Quod nisi fiat, vigilæ deliria, deliria motus conuulsuos, singula mortem inferunt.

*Solanitur serum acida*, & inprimis Osa, quatenus illud fluxile reddunt, & sal peregrinum infringunt & temperant, v. g. *lap. prunelle* inde nomen indeptus, quod pruniæ huic vel feruori febrili conueniens sit, O giatum, O latum duplex, via sicca & humida paratum, O perlatum, corallatum, saturnisatum. Hæc scilicet singula ardorem, feruorem, rarefactionem nimiam, adeoque feri consequentem defectum, exhalationem & incoctionem remorantur, vel saltem non promouent, fluxile illud reddunt, temperant, simulque resolutionem & ichorescentiam impediunt, quatenus sulphureas particulas & salinas volatiles sanguinis nimis efferatas coercent, obtundunt, diluunt, eneruant & alterant.

Et speciatim in deliriis, ardore maiori; & vbi inflammatio in internis metuitur, Osa præsto sunt, vt in peste. Hinc cum in hac ipsa *sero* facile concipiat sanguis & carbunculos intentet, etiam interius, vt ipso ventriculo, Osa quoque cum aliis fecere officium, si non immediate, tamen mediate veneno debita.

Pertinent vero huc & illa, quæ serum in motum cient, eiusque quietem & *sero* ac vappescientiam corrigunt. Eaque necessaria esse demonstrat effectus, v. g. in peste bubones, qui non aliunde, nisi ab hac *sero* feri in glandulis, easdemque ob fermentantem vim attollentis, consistunt. Fieri quoque ipsum facile, non difficile est colligere etiam a priori, ob sal peregrinum viscidum corrosiuum, vnde illabitur promte suis fecerniculis, non vero elabitur.

Par ratio est in malignis, quando vel ob hanc causam, vel viscidius serum sudor nullus a medicamentis etiam propinatis obtineri potest. Eo casu & volatilia & fixiora profunt. Ex illorum censu sunt vrinosa, ex posteriorum cinnabarina, vtraque ex ipsissima hac ratione in peste vtilissima. Hinc obseruatum est volatilia vrinosa, nominata iam superius, in prin-

cipio



cipio pestis summe fuisse proficua, & mediam quasi Ram bezoardicam, seu acidis refractis gaudentem, seu volatilem vrinofam fecisse strenue officium; nec minus cinnabarina, reliquis interpolata, vt  $\xi$ ialia alia tacemus.  $\xi$  enim diaphoreticus, cuius preparationem ipse *Paracelsus* & *Helmontius* docent, non minimum in peste præstat. Nouimus medicum, qui in peste Viennensi euasit & gloriam reportauit, ab adhibito talismodi medicamento  $\xi$ iali. Cum vero hinc alibi vel nimis sibi fideret, Deo forsân non primario in auxilium vocato, vel medicamento abuteretur, nec legitime & que applicaret, saltim sibi ipsi, morti in rapinam cessit non minus ac alii. Quemadmodum enim, posita hac indicatione, seu hoc intuitu sudorem alias difficulter mobilem excitare cum successu licet; ita, ad ichorescentiam vel rarefactionem nimiam inclinante massa sanguinea, volatilia, cinnabarina &  $\xi$ ialia hæcce tantum abest, vt conueniant, vt conuulsiones abigant, vt potius sudores adaugeant & nimios reddant, ultra sphæram suam effertis & diffatis humoribus.

## LIBRI II. SECTIO II, CAPVT IV.

De

*Legitimo bezoardica adhibendi modo.*

**S**Ed prius, quam prouehamur vltcrius & de hoc adhibendi bezoardica legitimo vsu monita & cautelas addamus, illud facile ex dictis patet, distinctionem esse summe necessariam inter bezoardica illam, de qua mox plura, qua in volatilia, media & fixa, non minus ac alia plura specifica, diuiduntur. Hæc ipsa distinctio fundamentum habet in re, estque vtilissima; nos vero h. l. non tam secundum materiale diuidere eadem volumus, quam secundum medendi methodum simul, vt & pateat statim, quid agendum, & quomodo agendum sit in talismodi casibus, quæ vitam concernunt.

Hinc nota 1. *Vt diuersa venena, ita etiam diuersa sunt bezoardica.* Vtraque penitus, quod annisi sumus, inuestigata & iuxta se posita, quæ quibus conueniant, monstrant magis. Nisi



enim, quæ regula vniuersalis est, inter indicans & indicatum, morbum & remedium, iusta intercedat oppositio, & oppositorum proportio, nullo modo morbus tollitur, quin sæpe augetur magis, & contra. Tribuat hinc vnusquisque, quantum volet, Tincturæ suæ bezoardicæ, electuario Oruietano, pulveri bezoardico specifico, vel quibuscunque etiam centum aliis; Tinctura bona, electuarium bonum, puluis bonus, æger moritur. Neque est quod quis dicere possit, in peste v. g. esse reuera τὸ θεῖον, frustra esse singula, non adiutos a peste incipiente vlllos, quemlibet suo fato mortuum; Verum enim est, si a peste euaderent plurimi, vel omnes, non pestem, sed benignissimum æstimandum fore morbum. Est enim de natura & essentia pestis, plures simul corripit & citius mori, quam succurri fere possit. Sed si fateri volumus quod res est, Deus & cum blanditur pater est, & cum cædit pater est; Vnde & pesti suam, pro salute humani generis, in naturæ sinu locauit antidotum, quamuis non talem, qualem sibi vulgo imaginantur, vel vt postulatum impossibile fingunt. (Loquimur de causis & remediis naturalibus, non Theologicis.) Quin hoc ipsum apparet ex natura veneni pestilentis. Torpidum hoc est, sed efficax; lentum, sed tarditatem, si tamen ita dicenda est sæpe, vel lentorem suam efficacia sua compensat. Non instar basilisci est, vt obtutu velut suo quemuis enecet, vnde nec in aura venenum locatum est, sed in contactu vel quasi tali, in seminio propagabile vnice, reliquis obstetricantibus solum. Sed habet se instar viperæ, instar arsenici, instar napelli, si rem recte concipiamus. Vipera lentum est animal, quod tractari potest innoxie, modo caputprehendas, (quod vel centies experti sumus,) nec temere nec timide rem aggrediaris. Arsenicum medela est, modo non hauriatur intro & sibi relictum; eadem ratio est napelli. Adeoque pro captu tractantis habent sua fata venena. Frustra sunt ergo & absurdi, siue e vulgo, siue ex medicis, qui vnicornu aliquod, qui lapidem bezoar fingunt, omnium venenorum antidotum, qui medicamenta crepant, vel simplicia, vt e lapide serpentino confecta pocula, aliaque, quæ venenum omne pellant; ad præsentiam eius statim sudent, nullum inaduertenter ad vitalia



alia dimittant. Ludicra sunt hæc & superstitiosa vulgi figmenta, quod ipsum tamen velut promiscue per tot secula credit facile & decipitur, non minus ac assentientes medici.

2. Fluit ex his prompte, *non esse confundenda bezoardica, cum in genere, tum in specie.* In genere nemo non percipit, veneno corrosiuo arsenicali non prodesse theriacam vel tincturam bezoardicam, nec morsui animalis crystallum, quem antidotum osci statuunt; sed alia esse mineralium, alia animalium, alia vegetabilium antidota. Et licet sint bezoardica polychresta, pluribus scopis debita, nec illa tamen sunt confundenda & permiscenda temere. In specie vero id valet in febribus malignis, fermentatiuo veneno magis conspicuis, & præcipue in peste ipsa. Mirandum non est, vel hoc nomine mori plurimos peste, quod fidant his illis remediis, pro probatis ab aliis habitis. Mori item febribus malignis affectos æque ac peste non paucos, qui nedum medicamenta assumunt, sed corpus hosti exercendum exponunt ista sua negligentia, donec prostratis viribus medicina se opus habere, an habuisse, sero nimis intelligant. Ausim dicere, imo expertus asserere, iugulari posse febres ardentes, pestem, dysenteriam, aliosve morbos epidemios in prima herba, si statim ad primum mali sensum mederi liceat. Nouimus virum satis timidum, qui sexies dysenteriam inuadentem, qua affecti erant domestici, & duo infantes, toties repulit extemplo, momento inuasionis sumta Ra bez. Nec minus exempla nota sunt, qui visitantes peste infectos, passi iam vertiginem, lassitudinem & alia, sumto bezoardico volatili, Ra bez. alcalifata, Mich. nostra, liberarunt se a præsentaneo veneno & periculo mortis. Si vero promiscuus vsus non conuenit bezoardicorum, facile patet, quid iudicandum sit de pluribus hoc tempore editis scriptis, concernentibus regimen pestis præseruandæ & curandæ. Sane maxima pars si non promiscue, tamen confuse hæc tradit, commisso legenti negotio, vt eligat cui dicat medicinæ, Tu mihi sola places. Quicumque mederi vult tum aliis ægris, tuta a peste præseruandis & curandis, debet omnino 1. distincte, breuiter, & claris verbis exponere, quid, quando, quomodo agendum, vt nullum supersit dubium,



vt sciat probe agenda patiens ; 2. morbo conformia remedia , selecta , pauca & probata proponere , quæ iuuent , non noceant ; eaque 3. quæ diffusa sint nihilominus , pluribus communicabilia , citra pretii magnitudinem . Maxima enim intentio est mederi pauperibus , tertiæ ad minimum parti vrbis vel pagi . Hinc & breuis sæpe schedula sufficit , neque vsum habent vllum , ( hunc quidem , quem intendunt , ) exasciata & pluribus foliis constantia consilia , quibus lectis plebeius indoctior redit , vel incertior agendorum .

3. *Volatilia magis heroica , primo hosti opponenda , fixiora interpolanda .* Vt in bello appetente hoste non leuis amaturæ milites impetum sustinere , nedum retundere norunt , primus conflictus est acerrimus , & turpius eiicitur , quam non admititur hostis ; pariter in medicina se res habet cum bezoardicis . Breui rem conficiunt priora , nisi morbus radices iam egerit & vitalia occuparit ; quo facto nihilominus principem tenent locum . Ratio immota & principalis est , quia excludendum seminum morbosum , siue illatum , siue conceptum interius . Neque timendus est calor , productum eiusdem , breui compescendus , modo exclusum sit peregrinum motum hunc excitans . Ratio secundaria est , quia citius subeunt , actiuiora sunt . Exemplo fiat variolæ , morbilli , malignæ febres , dysenterix epidemix , pleuritis , pestis ipsa . Mox inde vel tollitur morbus , vel mitigatur , vel symptomata ab obsessione foci vitalis orta , anxietas , respiratio difficilis , retrocessio bubonum , exanthematum præcauentur . Dato vero hoc stimulo , freno hinc moderamur archeum , vt , non ultra quam par est efferatus , resistere queat . Fixiora autem reliquorum sunt subsidia , vt quies concedatur naturæ , qua interrupta facile fatiscit . Imo hæc absoluunt curationis reliquum . Media & communia sunt acida , feruori & seminio , vt & sero ipsi tutando , debita . Et ipsa quidem satis sunt efficacia , solis tamen illis principalem expellendi prouinciam demandare non æque licet . Vtut enim aliquibus profuisse visa fuerint ; potior tamen semper obseruata est volatiliū , & quasi talium , mediorum efficacia .

Cumque denuo exclusionis seminifici meminerimus , operæ pre-



pretium est addere, siue illud alienis debeatur illatis, siue in propriis vndis, siue etiam, quod *Helmontius* & hunc sequentes volunt, ipsa sola terroris concepti idea generanda pestis semen suggesserit. Perinde hoc est, posito hypothesein veram esse; neque enim mutatur ob id curatio. Supponunt nempe, saepe fidem experientiam fecisse, quod quis terrore solo pestem absentem sibi atque suis parauerit, attamen grassante peste, occurrentibus obiectis, quæ ad terroris imaginationem conducant. Sed quando huc deuenimus, certum quidem est, terrorem esse obstericem, non æque verro patrem pestis, cum experientia ipsa adducto sine dubio cum obiecto illo terrifico, seu vitali, seu alio, seminium actuale non excludat, imo quam maxime foueat. Vel vnicum exemplum sit, quod plures milites, successiue tunica induti eadem, peste correpti & mortui sunt, etiam nescii quasi fati prioris; quod cordatissimi, qui que iam non semel pesti interfuerant actores, quos iam habitum contraxisse & consecuisse cum morbo putes, succubuerint tamen; quod contagium per plurimas domos sub initium grassantis luis deprehendi potuerit illatum, vnde in solo ideali illo terrifico seminio si acquiescere velimus, non æque *Φανόμενα* omnia ita patent, vt dubium relinquatur nullum. Omne id inde videtur ortum, quod seminium illud a priori non æque notum sit, vnde ex reali, ideale conceptum fuit, quod fugiens sensum nullum omnino fuisse reale creditum est. Ponamus vestimentum vel integumentum quodpiam peste infecti nescienti cuidam, vnde sit, imo non credenti ab infecto tactum, offerri, quo induatur, vti toto die obseruatum est. Ille, disposito corpore ad recipiendum, certo certius peste corripitur, eandemque propagabit mox vterius. Imo compertum, bruta, canes & feles, peste reuera obiisse, arbores vicinas domui intermortuas & ariduram concepisse manifestam, quod *Alsteri* factum nouimus.

4. *Vbicunque volatilia contraindicantur, temperatis magis, vel illis parcius solum vtendum.* Contraindicantur, vt si loquar, ratione ætatis, ab infantibus, quorum sanguis texturæ est tenerioris, vt facile efferari nimis possit. Contraindicantur a grauidis, vnde floribus *Aris* quoque, multo magis vero theriaca, -bus

□no-



¶ Inofis mitius vtendum, ne in *ὄγκασμόν* ruat sanguis, & menses cum abortu & vitæ periculo consequantur. Vnde & hic valet, grauidam morbo acuto, ob hanc ipsam causam, corripit, lethale esse, quod aliquoties obseruauimus. Contraindicantur a debilibus, pulsu frequenti & rarefactione intensa, quam hoc ipso non corrigere licet. Vbi obiter notamus, pulsus frequentem in febribus malignis, si statim a principio talis sit, plerumque esse funestum. Contraindicantur a fluoribus sanguinis, quando ob dictam rarefactionem nimiam resoluitur in hæmorrhagias, in menses nimios, in sudores. Media inter hæc est Ra bezoardica, cui vel ob hanc quoque causam commode maritantur anodyna. Verbo, ita semper stimulo opus, ne frenum negligamus debitum; ita freno, ne stimulum adimamus expulsi archei.

5. *Bezoardica sudore non aque rigorose continuando faciunt officium; sudor vero ab impellente externo vel frustraneus vel noxius.* Obseruatum fuit sudore imperato nimio, ultra *ἑυφοείας* scilicet, ægros male habuisse in peste ipsa; in variolis vero suffocatos ægros, tantoque magis, si crucientur continuo sudore, neque gutta potus, quod perabsurdum est, concedatur; cum tamen potu leuetur sudor, & promoueatur magis, fitis vero sudore multo prorogetur, vt loquitur *Helmontius*. Quodcunque nempe sudoriferum non valet fermentum peregrinum expellere, internum vel externum potissimum, illud non adæquatum morbo, quin exitiosum est. Puluis cardui benedicti, rob. sambuci, C. C. vstum &c. debilia longe sunt, quam vt iis demandari possit tam ardua prouincia. Quodcunque vero privat nimis sero suo sanguinem, itidem damnosum est quam maxime. Hinc solemus, quod iam monuimus, imperare quidem sudorem prima vice, sequentibus vero præbiis non item, potiunculis vero aliisque humectantibus domesticis solari defectum seri.

6. *Bezoardica etiam magni nominis citra rationem adhibita infida sunt presidia.* Non tam scilicet occulta qualitas venenorum spectanda, quam certa & indubitata læsionis ratio. Quod nisi fiat, andabatarum more pugnamus, & experimenta per  
mortes



mortes facimus. Sit sua laus viperinis, vt bezoardicum animale audiant, vel horum affinibus serpentinis quicquid præstant, faciunt temperata mucilagine, cui  $\Theta$  volatile immersum latet. Neque enim, vt mors per serpentem irrepfit, ipsa quoque per serpentis mortem, seu medicinam vindicatur. Vid. *Helm. Tum. pest. p. m. 890. & antec.* vbi & Hippocratem hoc vno solo arcano, carne viperina vel colubrina, exiccata & puluerifata, diuinos sibi honores acquisiuisse scribit. Lapis bezoar vterque sit venenorum antidotus, modo sobrie de eodem iudices in applicando. Est enim præcipitans, temperans, cui non dubitant recentiores lapides quoscunque alios, equinos, humanos &c. conferre, si non antepone. Vnicornu quoque vim contra araneas, & aliis modis vtcunque, probatam non vilipendimus, sed intra modulum actiuitatis suæ conclusum, non vltra.

7. *In dubiis mitiorem & tutiorem sequimur viam.* Cum itaque & bezoardica quædam male audiant & suspecta sint, præstat eadem ex antidotis omitttere, prostantibus melioribus. Idque, tum in se bonum & necessarium est, tum propter calumnias inde facile & imputationes consequentes. Nouimus sartorem empiricum vsu nucis vomicæ non paucos liberantem tertianarios, hinc necis inquisitionem subiisse, cum pro viro ægro idem peteret fœmina malefica, ipsi vero hæc venenum aliud porrexisset, & cul-pam in medicamentum hoc deriuaret.

8. *Principiis si vllibi, sane in peste obstandum & febrium insula.* Omnis hic mora periculosa, omnis dilatio mortifera. Hinc ipso inuasionis momento mature sumenda antidotus prius, quam cibus capiatur, vel somnus ineatur, vtroque enim casu promte vitalia subit malum, radicesque agit, vix nisi cum morte finiendas.

9. *Corpora impura quo magis volatilibus agites, eo magis læsis.* Summatim enim opus omnino est cautelis pluribus in vsu bezoardicorum, quæ omnes tamen in proportione agentis erga patients, veneni & antidoti, indicantium & prohibentium, vi vniuersalis medendi methodi consistunt.



## LIBRI II. SECTIO II. CAPUT V.

De

*Antidotis specialibus.*

**Q**Uæ hæcenus diximus de effectu & remediis venenorum in corpore, eadem quoque illustrari possunt, si antidota suis venenis opposita breuiter spectemus. Duo vero momenta circa hæc attendemus, facta duplici diuisione: Aut enim 1. venena sunt incognita, aut nota; 2. Aut mineralia, aut animalia, aut vegetabilia.

Incognita si fuerint dubiis effectibus, facile tamen dignoscendis, si vel agendi modum intueamur, an ardore circa ventriculum sint infamia, an vitalia magis petant, an stuporem vel quasi inducant turbulentum; lex generalis in scholis medicis obtinet, vt communi potius expulsio vel defensio vtamur, quam nullo. Notis vero sua quibusuis opponenda remedia; debita qualitati excessiue & corpori vim inferenti.

Non temere credendum, vt de venenis sic de antidotis quoque scribentibus, vnde vastitas maxima & confusio cum ignorantia enata sunt.

In primis ergo ex dictis superius hypothesibus ad triplicia venena, triplex erit antidotorum ratio, & quidem VENENIS MINERALIBVS generalem præbent antidotum, *quæcunque corrosiuitati sunt opposita*, adæquate vomitoria, quæ exturbando mature operationem illorum sufflaminant & impediunt statim. Opposita corrosiuitati duo laudantur & celebria vsu sunt, (1.) pinguis, quibus inuisari & obtundi particulæ acres, salinæ, quibus & oblini parietes ventriculi possint, itaque defendi ac muniri, v. g. oleum amygd. d. butyrum, hoc præseruatiue, illud & curatiue. Hinc tum ad operationes metallicas commendatur panis butyro illitus, vt sumatur prius, quam labores ineantur, tum ad chemicas quoque giatas, aliasque idem multis consuetum est.

(2.) Præcipitantia & acorem corrosiuum infringentia, quo nomine crySTALLUS a *Sennerto* aliisque, tanquam vnica & præcipua antidotus, contra  $\text{☿}$ -tum &  $\text{♁}$ -cum, quæ instar omnium, sunt,



sunt, vt & contra  $\nabla$  laudatur, quo de exemplum habet *Heerius*, & nos obseruauimus & curauimus quoque studiosum, qui istam loco  $\nabla$  ni hauserat, (1.) dato puluere crystalli præparatæ, (2.) emulsione temperante, (3.) iusculo auenaceo &c. Commendatur, vero ad  $\mathfrak{z}$ j. pondus cum  $\text{ss}$  amygd. d. Idque tanto magis, quod eadem crystallus porracei ac æruginosi humoris, seu bilis acido confermentatæ, proprium & præcipuum habetur remedium a medicis probatoribus, quos inter præcipui sunt *Lang. in Epist. & Fr. Valeriola l. 4. enarr. 3. p. 536.* & *Poterius* tribuit crystallis naturam famelicam vel esurinam, qua aliorum acrimoniam vel aciditatem in se absorbendo, egregie se saturant, *pharmac. spag. l. 2. p. 523.*

Notanter vero addendum est, habere quidem locum & prodesse crystallum in leuiori casu, minus in grauiori, neque enim subigi vomitu non eductum medicamentum æque hoc opposito remedio potest.

Sin alia quoque metallica venenosa qualitas, velut extraordinaria vel comitans, sit corrigenda, itidem hæc præsidia habent locum, non neglectis tamen tunc vniuersalibus quoque antidotis; quando in alteram classem communem quasi fermentatiuorum secedunt, vel potius accidentario seu secundario coniunctam habent. Legi hanc in rem meretur liber egregius *Samuel Stockhusi de lithargyrii fumo noxio morbifico, eiusque metallico frequentiori morbo, vulgo dicto die Hüttenkage/ oder Hüttenrauch/* in quo probare satagit, morbum, obstructionem alui tanquam præcipuum symptoma coniunctum habentem, non fieri ab arsenico *p. 28.* non a  $\mathfrak{z}$ io, nec a  $\mathfrak{A}$ e vel  $\mathfrak{G}$ lo, sed vnice a fumo  $\mathfrak{h}$ ni. Speciatim vero pingua per os præbita felicissime operari; Id, *air*, hæctenus luculentissime comprobauit experientia, *p. 104.* Et in appendice *de Asthm. montano p. 50.* oleosa & pingua vnice latius commendat.

Reliqua huius classis pro speciali noxa, qua agunt in corpus, etiam specialia habent antidota, quod in reliquis quoque dicemus regnis. Sic  $\mathfrak{z}$ ea cuperosa ventriculum exsoluens vis antemeticis, inprimis acidis, corrigitur. Curauimus fœminam quæ grossum deglutauerat, spiritu  $\ominus$ is subinde dato, vnde conqueiuit felicit



citer sapor cuperosus in ore, & alia accidentia. Idem valet de saturninis, vt exempla plura collecta dedimus anno III, *Ephem. Germanic. obs.* 141. Tacemus & alia & alia minorum gentium.

VENENIS ANIMALIVM *optima sunt, quacunque fermentatiuum venenum illatum explodentia altiuora, & secundario accida figentia.* Sic demorsus quis sit a vipera, cane rabido, aranea, extemplo datur theriaca. Ra bezoardica, oruietanum, vt arceatur fermentatiua vis, etiam in minimo consistens. Vtque hæc interius conueniunt, ita & pars affecta statim consimili sine curanda, eluendo vulnus theriacalibus, ruta, & c. quod superius iam innuimus.

Not. vero (1.) *diuersa esse venena animalium, ratione graduum & ledendi modi, vnde & alia aliis facilius superantur antidotis, tanto magis vero curanda vel attendenda noxia vis, quanto est maior ipsa.* Sic non confundendum est venenum serpentis & viperæ, imprimis feminae. Siquidem mas duos habet dentes vncinos, femina quatuor, qui quantum lædere vel aculeo suo possint, facile ex autopsia colligi potest.

(2.) *Proprio antidoto, ex ledentibus animalibus desumpto, fidentum eque non esse.* Solent curationis loco, tum præseruationis quoque hæc talia commendari, vt per symbolisum seu magneticam suam similitudinem auferatur venenum, opposita carne v. g. canis rabidi, vel, quod nonnullis placuit, iecore ipso comesto. A periculari enim & hoc loco ad vniuersale non valet consequentia. Deinde & hic causæ & remedia probe examinanda. ☉ scorpion. ad proprios ictus laudatur, sed magis vt remedium secundarium, demulcens partem, quod omnia pingua faciunt, non neglecta theriaca; scorpionum etiam venenum respectiue mitius est, vnde videmus innoxie oleum assumere quamplurimos in calculo & alias. Nec ineptum fuerit statuere sal volatile animalis oleosum, alias sibi relictum venenosum, ob hanc olei oliuarum additionem alteratum vires fortiri discutiendi maiores, siue insignes. Si causam attendamus, res clara est.

(3.) *Carnem viperinam in specie taliumodi magnetismo non pollere.* Vtut enim agat in corpus, sit sudoriferum & demulcens remedium egregium, debiliior tamen est, quam vt sola ferment-



fermentum peregrinum excludat, citra additionem aliorum. In carne viperina non consistit venenum; Ergo nec id attrahere, potest, multo minus vero præseruat, vt a morſu tutus ſit, qui eum puluerem ſuſmerit. Fit id omne, ſi feliciter res cadat, per accidens, quatenus audaciusprehendunt illa animalia, & quando eadem offendunt torpidiora, non irritata prius. Conſuluimus ſæpius captores viperarum, an vllum aliquod deprehenderint inde auxilium vel præſeruatium, ſed ſemper aſſerere contrarium, cautiores & cadidiores, Magis aſtu, quam fortitudine, ſeu audacia apprehendendi promiſcue, capiuntur hæ beſtiolæ; Vnde, opinio hæc orta ſine dubio ab illo putatitio experimento, quod ſerpentes cepèrint innoxie, præſumto ſerpentum puluere. Iſta vero vaniſſima eſt perſuaſio & fallacia, ſerpentum enim venenum reſpectu viperarum quaſi nullum eſt, vnde ſerpentum captor, quaſitus, num reuera hoc fretus puluere aſſumto tractaret innoxie ſerpentes, an vero per ſe magis innoxii ſint ſerpentes, accedente præſertim, per conſuetudinem, habitu & audacia maiore; falſus eſt, hoc ipſum poſterius eſſe veriſſimum, & hanc in rem iuſſit tuto imitari hoc ipſum. Qui vero confundunt viperam cum ſerpente, nã maximo cum ſuo periculo experiuntur quantum diſtent. Inſigniſſima quædam perſona cum ſerpentibus tractandis aſſueta eſſet offenſam viperam cordatiſſime prendit, putans tutam ſe fore, quod perinde eſſet an ſerpens an vipera caperetur, ſed inſiſctum vulnus grauiſſima poſt ſe ſymptomata trahens, cum metu gangrænæ ipſius, aliud docuit.

(4) Neque etiam magnetibus venenorum aliis tuto ſidendum eſſe. Non ſolum Galenus dudum lib. 1. de facultat. natur. cap. 14. ſcripſit, dari medicamenta nonnulla, quæ venenum eadem ratione attrahant, qua magnes ferrum; ſed & recentiores non pauci id aſſerunt prompte & experimentis id demonſtrare conantur. Inprimis laudandi ſunt lapides ſerpentum Indiæ orientalis, quos Cobras de Cabelo dicunt Luſitani. Hos tanquam probatæ fidei experimentum inferuire ſtatuunt, & ſecuriſſimi antidoti loco, ſi imponantur morſui viperarum, aſpidum & quorumcunque aliorum animalium morſu vel icſtu interficientium, & vulneriſagitta-



lagittarum venenatarum. Adhærere lapides applicatos tali vulnere tenacissime, nec prius dimoueri, quam omne venenum sugendo imbiberint, quo factò sua sponte soluti in terram cadant, omni deletò veneni caractere. Describit hos ipsos cum dictis latius & depictos exhibet *Fr. Redi in experim. natural. p. 5.* & contra *Kircherum* aliosque experimentis certis demonstrat, tum nullum in istis lapidibus subsidium aduersus venenum viperarum & scorpionum esse, *p. 14. & 80.* tum eosdem tenaciter vulneribus æque venenosis ac non venenosis adhærere, *p. 86.* Hæc ipsa cum fiat verissima, & a viro docto & peritissimo scrutatore rerum naturalium profecta, non dubitandum de eo amplius est, quicquid etiam alii in contrarium statuunt. Nullibi obscurior veritas, quam quæ ex longinquo adfertur.

Speciatim *cantbaridum* antidotum præsentaneum præbet lac, natium & artificiale. Si minori dosi dentur, bene est, neque effectus sinister inde timendus, vt in rot. stimul. Myns. sin paulo maiori dosi idem fiat, ardor vrinæ, & mictus cruentus ipse promte inde consurgit, quale exemplum *Langius l. I. epist. 47.* vna cum curatione recenset, id quod ipsi quoque nos cum veritate respondere, experientia comperimus.

Similium vero aliorum, vt & in quibusuis regnis, eadem est ratio, neque enim nostri instituti ratio patitur, vt ad omnia iam digrediamur amplius.

Denique **VENENA VEGETABILIA** principaliter acida, adæquate reliqua domant. Effectum puta venenosum præcipuum, vaporosum, & consequenter quoque inde producta alia, exceptis specialiori coniuncta qualitate gaudentibus. Acida quippe, maxime + simpl. & destillatum sulphur vaporosum domant, mucilaginem peregrinam annihilant, & coniuncta symptomata alia solunt.

De *belleboro* vero aliisque, speciali noxa alia infamibus, non attinet plura addere.



## LIBRI II. SECTIO II. CAPUT VI.

De

*Diaphoreticis & sudoriferis.*

**V**T bezoardica necessitate & sine sunt potiora, ita sub diaphoreticis fere militant, atque hæc tanto sunt præstantiora, quanto magis caractere illo sunt insignita simul.

Latius nempe patent SVDORIFERA, vnde certo respectu vt genus & species distingui possunt. Nomina speciosa sunt, quando DIAPHORETICA, SVDORIFERA, HIDROTICA, & *χυρῖνα* *fundentia* dicuntur; Non differunt vero eadem, nisi gradu operationis, vt diaphoretica strictiori sensu audiant, quæ per insensibilem transpirationem, vnidam, vaporosam, halituosam; sudorifera vero per sensibilem humidam magis pellunt. Illa vdo-rem, hæc sudorem respiciunt.

Finis horum generalis est halituositatem feri procurandi, vt sanguinis hinc motus, calor & consistentia sui iuris fiat, id quod patet ex omnibus phænomenis sudoris, cum *ἰσφορῆα* & naturæ nutu instituendi. Licet enim sudor detur quoque coactius a debilitate, vel reuera, vel quasi tali, oriundus, (1.) *oppressorius*, cuius signum est anxietas, seu a nimia copia feri exitum affectantis, vt in ebriis; seu a suffocatione velut intentata, vt in asthmate; (2.) *Resolutiuus*, ab archei deficientis debilitate, quæ eiusdem character est, vnde stationem suam derelinquunt spiritus, vt in syncope, lipothymia, vbi modo *ἰσφιδρωσις*, modo sudatio grauis accedit, quod & alio licet sensu, vel efficiente calore p. n. in phthificis accidit; Præcipue tamen obseruatur quoque *diffusiuus*, siue excretorius, vt a motu forti, balneis, medicamentis, &c. qui medius est inter- vtrumque.

In singulis adest feri halituositas & halituosi diffusio, siue excretio. Diaphoretica vero illa sunt remedia, quæ id ipsum præstant, quæ humores serofos, aqueos, sudoris materiam, in halitu



litus conuertunt, & concitatis sudoribus per spiracula cutis dilatata euacuant.

Hæc vt magis pateant, ex dictis vltius supponi potest (1.) debere inter sanguinem & serum perpetuam esse proportionem, quæ nisi obseruetur, vel eadem inturbetur, expromta adest morborum variorum turba.

(2.) Onerosum reddi frequentius archeo humidum, quam calidum, quatenus vel id ipsum obruit, intra vasa tamen, vel impedit, nec obedit æquali & decenti motu, sed seducit potius in deuia.

(3.) Continuo expirare e glandulis subcutaneis, earundemque poris infinitis humidum, quod nisi fiat, per transpirationem insensibilem licet, mox omne genus morborum confurgit, & inprimis febres, tumores aliaque circuli impediti producta symptomata.

(4.) Perpetuam ergo in corpore esse halituositatem, vim elasticam, expansiuam, calidi & humidi, æternam actionem & passionem, motu duplici visendam, particulari respectiue per os & nares, quæ respiratio audit, & vniuersali, per poros cutaneos vniuersos. Calidum enim est perpetuo dilatium humidi, igneum aquei, sanguis feri, vnde calor vorax dicitur.

(5.) Stagnante humido, & calidum varios pati manes, siue effereur gradu addito, spiritibus irrequietis maxime debilitatis, vt in febribus; siue *σάσιν* meditetur, vnde dolores varij & tumores, vniuersaliter a circulo impedito oriundi; & humidum seorsim miris modis in opere suo impediri. Est enim *ὄχημα τῆς τροφῆς*, vehiculum alimenti, sanguinis, spirituum, *γλιχρῆς*, vnde vel solida, vel spirituosæ, vel humidæ ipsæ patiuntur inæqualitatem.

(6.) Humidum hinc stagnans, spissescens, coagulatum, fermento peregrino inquinatum, esse dissipandum, fundendum, resoluendum & corrigendum.

(7.) Excitato, vt decet, calore, halituositatem concitari simul, hac vero denegata illum consistere posse nequaquam.

(8.) Calorem lucidum, & mobile volatile serum ligari ab acido, ne in halitum citari possit, imo nec moueri, vt par est, illo obtu-



obtusio, hoc fixato, vnde extra ordinem facilis fit versio, grumescentia.

(9.) Motum sanguinis intestinum, cui spiritus vitalis præest, deberi mobili duplici, sali volatili & humido.

His præmissis illustrari & explicari magis poterit sudoriferorum materia, sero veluti fundamento innixa. Sudorifera enim, siue diaphoretica, (magis & minus quippe nec hic variant speciem,) rarefaciunt sanguinem, in motum cient, & consequenter dissipant, ac per poros cutis diffant roscidum humorem. Hinc generali regula: *quæcunque halituositatem humidam promouent in corpore, & fixitatem acidam vel pituitosam fundunt, illa sunt sudorifera.*

In specie vero rarefacientia principaliter & proprie sunt salina, adæquate sulphurea & acida, communia, velificantia singulis, aquea. Hinc 1. *Quæcunque sale pollent alcalino, nitroso, ammoniacali, vel mercuriali, implicito vel explicito, illa sunt sudorifera;* a volatilitate, vel fixitate, vel medio statu salis volatilil, fixa & media æstimanda. Optima sudorifera & præcipua sunt *salina*, ergo primo loco merito nominanda. Sic implicite id præstant magis simplicia, vt carduus benedictus, cuius puluis tum per se sudorem facit, tum vtiliter in pulueres febrifugos recipitur & decocta quoque, item rad. chinæ, farsæparillæ, diptamni, contrayeræ, scorzon. gentian. & aliæ bezoardicæ, amaræ, vel alio caractere salino insignitæ, vt cortex chin. de chin. &c. Explicite id præstant salia vegetabilia, absinth. card. bened. cent. min. scord. iuniper. &c.

Sic potentissime sudorem mouent salia alcalia volatilia & hisce facti vnice spiritus, v. g. spiritus C. C. eboris, serpent. viperar. salis ammoniaci; sic  $\odot$  giatum, arcanum duplicatum, nitrum vitriolatum sunt sudorifera. Sic flores  $\ominus$ lis \*ci simplices & martiales huc faciunt, in quartanis præcipue expetiti. Sic mercurius dulcis commode additur febrifugis, vt fundendo serum adiuuet halituositatem, siue dissipationem & explosionem, vt & mercurius fixus, diaphoret. *Paracels. Helmont.* quasi panacea est.

Sicuti autem in singulis hisce est vis fundendi & fluxile reddendi serum, quod omnibus iis est commune, vnaque acidum fixius & ligans vel annihilant, vel in motum cient; Ita



2. *Quacunque bis affinia alcalina acidum in sanguine absorbent, citra illum quendam nouum effectum alium, precipitando fusionem & exhalationem inducunt, & sunt sudorifera.* Talia sunt, terrea calciformia plurima, v. g. testacea omnia, conchæ, nostrates & marinæ, in febribus ob vim salinam illis præferendæ sape, mater perlar. oc.  $\text{S}$ . lap. bezoar. orient. occid. cornu cerui vst. philof. terra lemnia, bolus armen. vnicornu fossile verum, antimonium diaphoret. bezoard. minerale simplex, martiale, iouiale, solare, magister. C. C. spinar. viperar. el. diascord. quod tamen & ad alteram sequentem classẽ referri potest; item puluis bezoard. *Sennerti, Montagnan, Pannonicus ruber &c.* Hæc licet fixiora & torpidiora, omnino tamen habent locum, præcipue, vbi in motum citat sanguinem fermentum febrile peregrinum, bilis spumescens aliaque.

Cumque & calor roboratus exhalationem promoueat & cieat, sulphurea quoque variis modis exhalabilia reddantur, hinc

(3.) *Quacunque habent sulphuri remixtum principium alcalinum, (fixum vel volatile,) mercuriale, vel acidum, adeoque feri fusioni & exhalationi aptatum, illa sunt sudorifera.*

*Sulphureo-alcalina* sunt tum ex dictis non pauca, vt card. bened. rad. contrayeru. diptamn. gentian. tum huc inprimis facientia lignum sassafras, lign. sanctum, eorundemque cortices, ita quidem vt generalem quasi classẽ constituent ad catarrhos, luen. veneream & alia feri viscidioris vitia. Sic & opium sudoriferorum est apex, quod *Platerus* quoque vnice theriacæ fœnerari vim sudoriferam asserit, ob sulphur resolubile sali volatili maritatum, & ex in præparata, puluis, magisterium, essentia, tinctura anodyna. Sic rob. ebuli & sambuci, ex compositis theriaca Androm. diateffar. cœlestis, mithridatum, oruietanum laudatissima sunt sudorifera & ὀππαρωα, inprimis etiam ipsum sulphur, eiusque flores, in scabie & peste maxime commendabiles, simpl. & compos. myrrhati, & sulphur auratum diaphoret.  $\text{§ii}$ . In singulis his est principium alcalinum sulphuri remixtum, vel quasi tale.

Referri huc quoque possunt semina quædam, vt cardui bened. aquileg. citri, napi, in quibus sulphur resolubile particulis



culis terreis benignis immersum est, vnde ad aquea, nominatim emulsiones spectant.

*Sulphureo-alkalinum-mercuriale* vero præcipue sibi vendicant cinnabarina. Cinnabaris omnis est sudorifera, etiam vulgaris factitia, præcipue vero natiua granulata, statim sua, vel glebosa & faxea, præparata lotionè & sublimatione; & ꝑii, vnde polychresta consurgunt remedia, imo panacea quasi.

Notabile hic est, quæcunque sulphurea sal prædominans vel æquabile & proportionatum exhalationi non possident, non esse æque sibi relicta sudorifera. Sic Vi, & his affinia, aquæ vitæ, asthmatica, apoplectica, & similia, minus est sudorificus per se, aliorum vero connubio actiuitatem & suam & reliquorum exerit insigniter. Sic piper omne licet calidum & rarefaciens, minus tamen in se est aptum sudoriferum, vel ea ratione quoque quod exiccet nimis, & magis sulphur intendat expandatque, quam fluxile reddat serum, vel saltim non tuta adeo sunt hæc talia, facile nocere possunt, quatenus accendunt nimis sanguinem. Hinc plebeium quidem ast ex dictis minus probandum est tertianarum remedium, quando piper cum Vi assumunt, & corpus hinc ad sudandum cogunt, vnde sæpe ex intermittente fit continua, exceptis robustioribus, & vbi mucus biliosus viscidus horum vim obtundit, vincente natura.

De *sulphureo-acido* mox dicemus, vbi de aqueis prius diximus. *Quæcunque enim 4. salinas vel sulphureas particulas secum possident aquea, sunt sudorifera;* vel saltem reliquorum vim didunt & promouent, quatenus ipsa horum vehiculo citius vel magis sunt talia. Faciunt huc aqua card. bened. sambuc. rhizotica *Zwingeri*, bezoardica, prophylactica *Syluii*, *Barbetta*, cord. *Saxon.* fr. vt plures non laudemus, item decoctum lignor. card. bened. & aliorum, potiones, emulsiones, successiue etiam sudorem prolicientia, paulatim repetita pocillatione.

5. *Acida cum sulphureis spirituosiss & terreis data sunt sudorifera.* Adeoque licet non per se, cum aliis tamen dictis maritata, sudorem creant, quatenus spirituosiss iuncta, incisione humorum viscidorum, ineptitudinem exhalationis tollunt, & sic sudationem faci-



facilitant. Vt alcalia volatilia primo loco, & sulphurea tertio dicta, diffiant & in halitus resoluunt vaporosos, vuidos dispositam materiam; vt alcalina terrea fixos acidos, austeros & fluxilitatem impediētes humores absorbent & præcipitant; Ita acida in coagulum abiens serum incidunt, attenuant, & resoluunt vna, vt habituositas & rarefactio tum restituatur, tum promoueatur.

Sic facit huc + simplex, rutac. bezoardic. cardui benedicti, theriacale; vt & mus Fri, mannæ, ligni sancti. Sic + cum lap. cancrorum, puluere contra casum, sanguine hirci sudoriferum est laudatissimum. Facit huc, quod suo loco diximus, acida sanguinem & serum pro diuerso statu & coagulare & resolvere. Sudorifera sunt acida non coagulando, sed resoluendo & incidendo. Cum sulphureis iunctum acidum id facit primario, cum terreis quasi secundo, quatenus infringitur acor, & in sal medium vertitur, vnde fluxilius fit serum.

Et sane laudatissima & præcipua sudorifera sunt media hæc, e combinatione sulphurei & salini acidi vel volatilii enata, vt mistura simplex, tinctura bezoardica, liquor diaphoreticus e mus eboris & Fri ana factus, præuia filtratione, ac composita laudata alia. Hæc quippe cum pluribus indicationibus debentur, etiam magis sunt polychresta. Quin videmus id ipsum quoque in pulueribus febrifugis, vbi conchæ, gum diaphoret. arcanum duplicatum, o caryophyll. sunt specifica sudorifera. Sin sola dentur, vix tantum proficiunt, quantum inter se mixta, ex quo & miscendi necessitas ac vsus simul probari potest.

Vsum vero habent laudatissimum sudorifera & diaphoretica, ita, vt manca, imo nulla esset medicina, si his carere oporteat. Summatim vt id complectamur, profunt 1. in febribus, excepta, iuxta nonnullos hæctica, quæ tamen fere magis comes & productum est februm, quam febris principalis, neque ipsa tamen temperata excludit, quale est antihecticum Poterii. Februm, inquam, sunt panacea in intermittētibz principaliter fixiora nitrosa, alcaliaque & his affinia; In continuis principaliter volatilia, hinc & reliqua, inprimis quæ resolutionem intentatam siue malignitatem simul respiciunt, quæ dicuntur bezoardica,



zoardica, quæque expellunt *μιασμα* peregrinum, vt in variolis, adeoque fermentum peregrinum domant, vel ad discussionem promouent.

Profunt 2. in inflammationibus, doloribus & tumoribus, tanquam effectibus circulationis impeditæ, seu extrauasatione vel reuera in vulneribus, contusionibus, vel quasi tali in pleuritide, erysipelate, arthritide, hemicrania, tumoribus tonsillarum, affectu ischiadico & affinis omnibus, seu morbis a colluue serosa oriundis, catarrhis, tussi, etiam suffocatiuis &c.

3. In grumescencia & coagulatione sanguinis æquali & inæquali. Inæqualis visenda est in palpitatione cordis & syncope ipsa; æqualis in elephantiasi, scorbuto, scabie, lue venerea &c. Obseruatum hinc est, decoctum lignorum, siue diætam κατ' ἐξοχήν diætam, de qua integrum librum scripsit *Iunckerus*, in rebellibus alioqui morbis proficuum fuisse. Notauimus vero in lue ista venerea non tam ligna solum pro sudorifero conducere, quæ serum alterandi vim possident omnino summam, & quicquid præstant, hoc vsu efficiunt; verum etiam alia sudorifera eidem scopo velificari, ita vt vis lignorum contra hanc luem tanto magis eluceat, in quo consistat.

Verbo: vbicunq; excutiendum serum superfluum & motus ac vitiosa qualitas corrigenda, sudorifera officium faciunt.

Vt hæc magis pateant, operæ pretium est notare quoque, quæ sudorem ipsum inhibeant. Fit enim non raro, v. g. in lipothymiis, in phthisi, sudoribus colliquatiuis, scorbuticis & hecticis, vt dissoluatur corpus sudore, cum præsentanea noxa ac virium debilitate insigni. Opposita tunc vel opponenda potius sunt, quæcunq; feri halituositatem & rarefactionem nimiam concentrant ac refrænant. Præstant id interius constringentia, austera & remorantia terrea, quæ plicatili sua vnctuositate terrea & demulcent & temperant acrimoniam, vt tinctura antiphthifica ex  $\text{O}$ lo martis, saccharo Saturni &  $\text{V}$ i conflata, quacum non raro stitimus sudores nimios varii generis. Tacemus improprie id præstantia obuiscantia oleosa, vt oleum oliuarum aliaque exterius inuncta, quod tamen non sine grano salis præstandum est.



Consultum vero est & circa hæc sudorifera notare cautelas necessarias. 1. *Ad perfectum sudorem requiruntur duo, impellens internum & externum; illud primum, hoc secundarium.* Hinc duplicis generis sudorifera possunt statui non inepte: alia *per se* talia, siue interna; alia *per accidens*, siue externa. Per se sudoriferum tale est potestate, sicut medicamenta alia. Est calidum & tenuis substantiæ, saltem effectiue, quod serum halituosum reddit & diffiat; & quo tenuius est, eo operatur efficacius. Calor enim cum tenui substantia coniunctus in penitiores corporis partes penetrat & humores incidit, fundit, attenuat, rarefacit, quodque obuium est secum defert, inque summa corporis impellit. Opus est igitur motore intrinseco, qui halituositatem illam spiret præstetque. Quod si alterutrum deficiat, non perfecta omnino fit sudatio. Licet enim pellat medicamentum intro assumptum, a centro ad circumferentiam, facta humoris fusione; nisi tamen respondeat externus ambiens aer, frustra id omne fuerit, repulso quasi sero, seu in halituositate impedito. Hinc cum casus aliquando dentur, ubi contrarietas talis occurrit, indicatio expellendi & contraindicatio si non voluntatis, tamen aeris externi, si v. g. vdos milites, vt fit, aliosque corripit febris, vel variolæ ipsæ, eo casu volatiliora summe profunt, fixiora vero non item.

2. *Non confundendus sudor ab externo & interno principio prolectus.* Præstat delinquere, si quid faciendum fuerit, hoc, quam illo, siue assumere diaphoreticum, etiam non sequente sudatione, quam citra medicamenti efficaciam cogere corpus vel certas partes in sudores, liquefacto & fuso sero. Distinguendum tamen est inter sudatoria vniuersalia & particularia; quæ diximus, valent magis de illis, non item absolute de posterioribus. Quando cunque scilicet in parte quapiam magis hæret noxa, consultum est & ipsam impellere ad sudandum, sed moderate, leniter & præmissis vniuersalibus, nec omissis.

Pertinent huc domunculæ, alique medici carceres, quibus conclusum corpus vaporoso calori filicum, aquæ, decoctorum, Vi, globulorum ferreorum &c. exponitur, balnea item, laco.



laconica, femicupia vaporosa, cælo quasi desuper tecto, ad colligendum ignem vaporosum. Habent aliquando hæc suum usum, imo sunt qui luem veneream, scabiem, aliosque morbos rebelles ita curant Empirici, alii vero iisdem ordinarie quasi vtuntur, pro balneo domestico laconico. Sed facile delinquitur, non tam in periculo suffocationis vel ambustionis, quod ipsum tamen aliquando contingit; quam in nimia rarefactione & expulsionem feri. Vnde quando impellentibus internis, quorum semper potior habenda ratio, eundem impetrare possumus finem, vti sane possumus vtplurimum, suauius, concinnius, & efficacius id præstatur iisdem, præcipue cum non tam in glandulis subcutaneis hæret vitium, quam in sanguinis vndis. Pro particulari vero huius vel illius pedis brachiique vsu conueniunt hæc ipsa quoque media, sicubi *scdis*, tumor, contractura, paralysis id indicauerit. Ne quid tamen nimis, ne vnquam ultra spheram debitam naturæ fiat propulsio. Et sane delinqui & in his potest, si internum impulsum negligamus.

(3.) *Sudorifera optima sunt resoluentia & expellentia.* Resolunt siue in motum cient vbiunque subsistentem, vel stagnantem, vel in coagulum, ichoremque abeuntem sanguinem & serum, vnde & in casu ab alto vnice profunt. Expellunt, a centro ad circumferentiam, quicquid inquinat, conspurcat, vel male habet M. S. *μίσμα* peregrina, siue intus concepta, seu extrinsecus ab aere frigido aliisque fabricata & inducta. Ausim dicere, si vulgo tam cordi haberent homines diaphoretica, ac purgantia, plurimos seruari posse, qui febribus abrepti debitum naturæ ante tempus soluunt. Purgantia enim magis expellunt primarum viarum sentinam; diaphoretica altius penetrant & expellunt heterogeneum sanguini confusum.

4. *Diaphoretica non omnia possunt omnia;* vt enim quædam, per dicta, serum liquant & halituosum reddunt resoluendo & absorbendo, vt fixa, alia rarefaciendo & fluxile reddendo, vt volatilia & nitrosa, alia incidendo, vt media, facile patet, tantum discrimen & in praxi esse attendendum, si feliciter velimus progredi. Non tam delinquitur sæpe vno emetico, vno purgante, ceu magis versali,



versali, quam vno diaphoretico. Hinc alia diaphoretica conueniunt febribus intermittibus, alia in continuis. Frustra sunt, qui in continuis sale absinthii, cardui benedicti &c. in intermittibus vero  $\text{℞}$  C. C. viperarum, vtuntur. Media vero, vt mistura simplex, vtroque casu mediant; alia conueniunt in principio, alia in progressu, siue declinatione, quod iam monuimus. Semper simul respiciendus est status feri. Vidimus hinc ex intermittibus redditas fuisse continuas. Quo volatilior fuerit feri status, eo mitius procedendum, cæteris paribus. Valet id quoque de dosibus ipsis. Falluntur, qui correpti insultu febrili antimonii diaphoretici vel bezoard. mineral. gr. v. vj. solum adsument, neque enim præcipitare sufficienter vel dissipare hæc dosis potest. Par ratio est  $\text{℞}$  bezoard.  $\text{℞}$  C. C. Sic etiam

5. *Motus nature modo excitandus, modo refrenandus.* Si ipsa officio satisfaciat, prompteque in sudores soluat, prompte expellat, iuuanda est, non pellenda; imo si excedat, refrananda, quo nomine olim Arabes ad variolas lentium decoctum, ficus, tragacantham ipsam commendarunt, innuentes ita expellendum, ne vires fatiscant, ne vincula & compages sanguinis detrimentum patiantur. Hinc & lentore inuiscente medicamentorum integrum est remorari halituositatem nimiam. Quantum interfit vt hæc obseruentur, exemplo illustrabimus sudoris Anglici, idque obseruationibus geminis. Optime hunc morbum eiusque ortum & remedia describit *Verulamius histor. regni Regis Henrici VII. p. 18.* Memorat nempe 1. autumno anni 1484. versus finem Septembris grassari cœpisse in ipsa vrbe Londini, tum in aliis regni partibus morbum quendam epidemium, tunc temporis novum, cui ex natura & symptomatibus eius febris sudorificæ nomen indiderant. 2. morbum istum breues sortitum periodos, tum specialem, qui enim eodem correpti erant, si intra 24. horarum spatium non morerentur, securi fere & sine metu erant; tum vniuersalem. Incepit enim circa 21. Septembris, & cessauit sub finem Octobris sequentis. 3. fuisse morbum istum febris pestilentis genus quoddam, citra pustulas, maculas aliaque exanthemata, maligno saltim vapore seu aura ad cor aduolante, spiritusq; vitales



virales patente & occupante, vnde natura excitata fuit, ad eundem per sudores emittendum & exhalandum; 4 morbum istum naturæ potius insidiatorem fuisse, eamque imparatam oppressisse, quam aduersus remedia obstinatum, si in tempore subuentum foret. Etenim, *ait*, si ægrotus in æquabili temperamento, quoad vestes & focum detentus esset, (transpirationi vacaret,) tepidumque bibisset, & cordialia etiam temperata sumisset, vnde naturæ ipsius opus nec calore irritaretur, nec frigore repelleretur, plerumque sanitas sequebatur. Verum innumeri homines ex eo subito occubuerunt, antequam curationis modus & regimen ægroti innotesceret.

Notabilis est quoque de eodem obseruatio altera Anonymi autoris Chronici Thuringici MSS. qui ad annum 1529. præter hæc conformia talia etiam hoc insigne refert: morbum ægrum statim somno profundo oppressisse, cui si non resisteretur agitatione, commotione, mutatione loci, mit hin und hetlegen und tragen/ ne in illum ferretur, mortuum esse, adeo, vt qui sanari voluerit, a somno omnibus modis esset arcendus. Maxima scilicet salutis spes posita fuit in sudore & sudoriferis, ast iuxta naturæ ductum moderandis.

6. *Moderata duranti, etiam sudorifera.* Est modus & hic in sudando, sunt certi denique fines, quos ultra citraque nequit consistere rectum. Est, vbi sudor necessario imperatur, vbi nempe expulsionem opus, vel maiori discussione; sæpius tamen præstat per vices repetitus, lenis, cum *ἡ ποῖα*, quam fortissimus simultaneous. Nullus sudor coactiuus prodest, qui fit contra naturæ institutum, roburque. Hinc probe examinanda morbi circumstantia, non solus effectus externus, sudatio, attendendus, sed & internus v g præcipitandi, corrigendi & inuertendi humores. Hinc in intermittentibus, in primis diuturnis, frequentata sudatio summe est noxia. Vidimus, præter alia, quendam quartanarium reportasse hoc modo purpuram incorrigibilem quasi, simul accorpus exponeret aeri, visendam; in alio inde dolorem capitis perpetuum; in alia puella lipothymiam frequentem. In primis verò exemplum sinistri euentus obseruauimus in iuvene no-



bili 25. annorum, lue venerea laborante. Hic alias sanus cum ob venerem illicitam, per quod peccarat per idem punitus & idem, seu lue Venereæ initium pateretur curatur ab empirico, qui pluribus hebdomadibus continua illum sudatione vrget, ita vt hinc rarefacto nimis sanguine, viribus exhaustis, succumberet & satis cederet,

7. *Nec paucis nimis, nec copiose nimis sero debentur sudorifera.* Illo enim casu sanguis iamdum spissior, ipsoque orbatus est, vt in gracilioribus, biliosis, senibus, maniacis, squalidis, ad marasimum & phthisin inclinantibus. Hoc vero improportionatum est remedium, extrahato eodem cum primis, vt in cachecticis & hydropicis. Magis hic habent locum sudationes particulares iam dictæ, pedum v. g. Monstrat hoc & ipsa natura, vt in hydropicis, adde & infantibus aridura laborantibus, ex glandulis intestinalibus obstructis, superiora exarent, venter tumescit. Valet prius & in febribus & aliis morbis, vbi sudatione opus est, limitando dosin & regimen, optime enim curat, qui bene distinguit & medicamenta & subiecta.

8. *Sero in coagulum abeunti diaphoretica conueniens remedium, modo cætera sint paria.* Sic in catarrhis in genere vnice profunt; in specie vero catarrhis suffocatiuis, vbi omnem absoluunt paginam eadem. Sic & in lentoribus seri subsistentibus aliis id ipsum præstant, modo purgantia, emetica, diaphoretica præmittantur; illo enim ordine vniuersalia hæc præsidia veniunt consideranda. Adeoque si solus sanguis & serum in vasis suis halituositate mediante ventilari ac vigorari queant, diaphoretica diuinum sunt præsidium.

## LIBRI II. SECTIO II. CAPUT VII.

*De*

### *Carminatiuis.*

**I**nsanum est decretum: hoc est carminatiuum, illud ventos pellit, illud vero flatu discutit, verba sunt *Helmontii l. de flatibus p. 337. §. 17.* Quæ dum profert, videtur pati fatum illorum,



rum, qui magis errata aliorum, quam rei veritatem citra iniuriosa opprobria attendunt. Negari omnino nullo modo potest, dari flatus, ex concessis, eosque oboriri in corpore non naturales solum, sed & præternaturales. Hoc ut certum & concessum est, ita nemo tam absurdus fuerit, nec ipse quidem *Helmentio* abnuente, *l. c.* qui flatus illos peregrinos medicamentis corrigi & discuti posse neget. Non ergo per carminatiua abscedunt venti, ut idem ludit, sed natura adiuta & asserta in libertatem suam. Metaphora in voce manifesta est, termino, licet barbaro, vsu recepto. Ut enim carminatur lana vel limum, ut grossi a subtili fiat separatio; ita quoque per carminatiua peragitur humidi consistentis a vapido explosiuo separatio.

Si fateri volumus quod res est, vel penitius in naturam flatuum inquirere per experientiam notum est (1.) flatus alios esse grossos, exhalatione sua vel sonitu conspicuos, & satis deprehendendos per ructum, per aluum, per *βορβορυμὸς*, & hisce analogos, quos nemo non e plebeis quoque pro talibus agnoscit; Alios vero tenues, subtiles, quales e sensibilibus est tinnitus aurium, alique in spatiis inprimis subcutaneis, unde & sudor quandoque visus fuit sonorus.

(2.) Oboriri eosdem ex improportione archei & humorum. In flatu enim naturali, quando archeus seu calor bene habet, generantur quidem flatus quoque, sed illi infontes, intestini cæci cum primis incolæ, aut si subigere materiam, ingesta; non possit, promte adsunt.

(3.) Resistere archeo magis humores acidos, austeros, aqueos pituitosos, mucilage pontica præditos, unde alimenta tales flatus promouentia præcipue dicuntur flatulenta, unde recte mater & minera siue materia flatuum dicuntur.

(4.) Datis flatibus varios edi effectus morbosos, de quibus videatur *Fienus in physographia*, maxime vero obstructions citare, vel iisdem positis exasperari & lædere magis, & dolores lancinantes, tensiones, & inflationes siue tumores partium quibus continentur, intestinorum, ventriculi, scroti, producere.



Paucis his præmissis, vt reliqua mittamus alibi exposita, notabile saltim adhuc est, (5.) admodum affinia esse sudorifera & carminatiua, vnde & modus agendi horum ad illorum modulum optime quadrat & claret.

Sunt enim *CARMINATIUA* in genere, *quecunque humorem stagnantem & vitioso rarefactum disploidunt vel inuertunt*. Vbi status, ibi humores quasi rebelles archeo, & vbi hi, ibi rarefactio vitiosa. Destructa ergo vel correcta materia, nido & foco, destruantur primario flatus; vnde porro inferimus: vbi flatus, ibi ἀνασπυλασις siue euaporatio chyli non legitime peragitur, ibi ventriculus vel sua respectiue culpa, vel obiectorum in munere suo deficit. Hinc I. *quecunque particulas obtinent facile exhalabiles, mobiles, sulphureo-salinas, illa sunt carminatiua*. In omni carminatione requiritur displosio, principium vero displosionis primum est sulphur, secundarium sal, quod videmus in puluere pyrio, fulminante & aliis, licet hic mitius id & blande contingat. Carminatiua igitur dum displosionem & rarefactionem naturalem promouent, vitiosam auertunt. Principaliter ergo carminatiua sunt sulphurea, adæquate salina.

Tantoque magis id ipsum præstant, quo magis simul respiciunt & producentem calorem, & productam materiam ex qua. Respiciunt archeum, motus omnis in corpore motorem, seu calorem respectiue debilem, & improporionatum; respiciunt mineram flatulentam, humores dictos, aqueos, acidos, austeros & pituitosos, mucilaginemque ponticam; illum restaurando & excitando, hanc incidendo & attenuando, vnde calore roborato humores frigidi inciduntur & disiiciuntur.

Talia scilicet sunt *ναῖ ἐξοχῆν* I. *aromatica*, stomachica, sale volatili oleoso foeta, vt radix zedoariæ, galangæ, in torminibus hinc proficua etiam pest partum, radix mei, carlinæ; herba menthæ, calamenthæ, folia & baccæ lauri, iuniperi, semen anethi, carui, cumini, fœniculi, anisi, quæ hinc vno verbo dicuntur carminatiua; macis, cinamomum, caryophylli aromatici, cortices aurantium, citri, horumque spiritus, & olea, zedoariæ, anisi, carui, lauri, carminat. Myns. item species diagalangæ, diacumini, diaspo-



diapolit. Galeni, aromaticæ rosatæ, caryophyllatæ, spiritus & essentia corticum citri, zedoariæ s. & compos. salis ammoniaci anisatus, fœniculatus, cinamomifatus &c. aqua carminatiua Dorncrellii, spiritus carminatiuus Drawitii, & aliorum; electuarium & emplastrum de baccis lauri, pulueres, elæosacchara, alæque formulæ ex dictis. Inprimis huc facit aurum fulminans, in tympanitide hinc maxime commendatum.

Sin loco varient & ventriculo potissimum inhæreant, etiam stomachica alia huc pertinent, suo loco iam tradita & exposita.

Talia sunt 2. *acida sulphurea volatilia*, quorum instar omnium est spiritus nitri simplex & ex hoc enatus dulcis. Gaudet enim hic virtute explosiua summa, incisoria, attenuante & sudorifera, vnde, modo provide actiuitatem eiusdem attendamus, probatissimus est. Acida vero alia, vt spiritus salis, vitrioli, mediate quidem profunt, causam in ventriculo respicientia, minus tamen in coniunctis doloribus.

II. *Quæcunque particulis gaudent temperantibus, dissipantibus, præcipitantibus & inuertentibus, illa sunt carminatiua.* Cum enim flatûs agnoscant originem quoque ex acido, coniunganturque sæpè numero cum  $\Phi\lambda\omicron\gamma\acute{o}\sigma\epsilon\iota$  viscerum,  $\xi\acute{\alpha}\sigma\epsilon\iota$  humorum, merito etiam hos domant recensita, inprimis 1. *alkalina*, quæ & acorem absorbent & humores fundunt, ac in motum cient torpidos, aqueos, serofos, bilem vero dissociant, & sic exhalationem vitiosam impediunt & anteuertunt quasi, quin & per sudorem ipsum disiciunt, & grumescentiam halituosam tollunt, vt oculi cancerorum, conchæ, mater perlarum & laudatissimum  $\xi$  diaphoreticum,  $\xi$ ium martiale cachecticum, bezoardicum iouiale, & merito etiam hunc censum subeuntia cinnabarina ac opiata; item tinctura tartari, quæ eo potissimum casu profunt quoque, vbi calculi & colicæ vel connubium sit ac fororiatio, vel etiam alter alterum affectus mentitur, utrique enim indicationi satisfaciunt. Resoluunt sabulum, resoluunt serum, pituitam & flatûs.

2. *Nitrosa & media*, arcanum tartari, tartarus vitriolatus,

Yy ;

arca-



arcantum duplicatum Minfichti, nitrum guttum, clyffus gii, quæ salina, vt & tinctura tartari simul quoque aluum blande adaperiunt & portam exituris concedunt. Neque obstat diætis, flatus accenfitos fuiſſe calore debili; reuera enim eſt debilis non ſolum deficiens, vt in ſenibus & pituitofis, verum etiam inquietatus, turbatus, irritatus, vt in ſcorbuto calido, colica biliſa & aliis.

Vt vero hæc ſunt proprie dicta carminatiua, quæ calori & humori improportionatis debentur; ita huc ſpectant porro, licet adæquate & ſecundario magis, quæ reſpiciunt comitantia vel producta flatuum, quibus neglectis necremotis vnaue curatis fruſtranea ipſa ſunt, dolores puta & obſtructiones. Hinc

III. *Quæcunque dolores tollunt, ſiue ſuaui exhalatione, ſiue ligatione blanda, ſunt carminatiua, vel ſaltem illis præcipue ſocianda.*

Talia ſunt *neruina & paregorica*, non ſolum roborantia calorem & inciforia pituitæ; verum quoque blanda ſua *anæſtheſis* transpirationem facilitantia, partes dolentes, tenſionem & lancinationem mitigantia. Ita paregorica quoque ſunt ſummities anethi, flores chamomillæ Romanæ, (cardialgiæ ſpecificum,) meliloti & laudata alia iam. Item caſtoreum, in ſingultu & flatibus hyſtericis probatiſſimum, eiusque eſſentia ac ſpiritus, oleum, pinguedo; mithridatium & theriaca in colica probatiſſima, & reuera polychreſta; olea deſtillata dicta, oleum ʒis, item zibethum, quod hinc umbilico illitum, in torminibus infantum & aliis egregie conducit, & opiata ipſa quoque. Hinc ſacculus polychreſtus in variis, inprimis flatulentis, doloribus fieri poteſt ex floribus chamomillæ, ſemine lini, carui, ſale & ſurfuribus triticeis vbiuis obuiis. Actu enim calida externa diſſipant quoque.

Et ſane tertia hæc claffis erit mixtorum, adeoque optima quaſi. Inſtar omnium ſit eſſentia noſtra carminatiua, deſcripta in *Opiologia p. 119.* ex ſelectioribus carminatiuis, aromaticis acidis, neruinis. Non poteſt commode carere medica praxis hac ipſa, vel ſi ea minus arrideat, ſimili, modo maritentur cum eadem.



dem anodyna, vnde vidimus effectus laudatissimos & præsentaneos in casibus variis. Sin addatur essentia castorei, remedium est in suffocatione vteri & cardialgia efficacissimum, maxime si olei caryophyllorum guttula vna vel altera prompte miscenda addatur. Sic & oleum caryophyllorum cum conchis datum optimum est in cardialgia, etiam dysenterica, &, si accedat cinnabaris, puluis præcipitans est eximius, tum alibi, tum in palpitatione cordis ipsa cum successu a nobis frequentatus.

IV. *Quæcunque viam laxant flatibus, eosque cum pace dimittunt potius quam incarcerant, sunt carminatiua.* Potissimum enim flatus fouet obstructio viarum & meatuum, vnde nisi illæ liberæ sint, sæpe dolores & anxietates maiores consurgere oportet, imo ipsa carminatiua, præcipue calidiora, primi generis, id ipsum non raro præstant, licet per accidens. Absurdum enim fuerit displo- dere, & denegare exitum disploso. Valet id cumprimis, quando cum flatibus, & exin productis torminibus, coniunguntur alui obstructiones; tunc enim primaria vel quasi talis cura est per hæc viam laxantia; vti, quando eadem cum fluxu alui combinantur, anodyna & iam dicta.

Singula hæc insignem habent vsum in singulis ventribus, sicubi flatulenta materia inibi vitium affricauerit. Sic in vertigine & tinnitu aurium, tum hæc, tum alia, infimum ventrem simul respicientia locum habent, ita vt martialia, & carminatiua, præcipua quasi sunt specifica. In inflationibus ventriculi, præprimis post cibum, adiuuando *Ὀχύλωσι* eadem conueniunt, vnde & pulueres peptici enati. In pleuritide spuria intus & extus vnice quoque profunt. Cardialgiam extemplo sedant, ructus & singultus tollunt, colicam præsentissime curant, tormina dysenterica & cum diarrhœis aliis coniuncta sedant, vnde in dysenteria calorem externum, cum litibus, ex oleo ceræ, chamomillæ, anethi, anisi, fœniculi, hyoscyami, &c. inueni laudatissimum, imo in torminibus quoque variolas præcedentibus. Sic & in tympanitide & doloribus hypochondriorum profunt. Hi enim sæpenumero non tam sunt splenici, quam intestinales, ab inflatione coli oriundi; item doloribus post partum cum anodynis,



dynis, & passionibus hysteris præsto sunt. Imo herniam quoque intestinale, experimento *Helmontii* & nostro, curant. Tensionem enim intestinorum demendo, eadem locis suis detinent, ne spatium longius occupando herniam intolerabilem vel incarceratam reddant.

Confirmat id historia ab *Helmontio* l. 5. duumvir. t. 20. p. 243. & l. de flatibus t. 75. pag. 344. Cum enim hernioso incurio ad capitis magnitudinem increuisset tumor scroti, & intumisset mirum in modum, obtulit haustum vini semel bulliti cum seminibus contusis anisi, carui, fœniculi & coriandri, statim hinc emollita duritie & hernia retro impulsæ, factæ vna, quod improbat tamen, prius fotu cum lacte & stercore bubulo. Hinc recte de his seminibus scribit l. c. illa corruptionem simul atque aciditatem materiæ inhibere esseque ideo intestinorum solamina. Hæc scilicet est methodus curandi herniam & simplicem & ileosam, incarceratam. Simplicem, interius propinando semina 4. carminatiua, cum semine perfoliatæ, lapidibus cancrorum, cum sale, quod iussimus post cibum, capere ordinarie velut tragema domesticum; Exterius applicando subligaculum & pro re nata emplastrum contra rupturam. Ileosam, interius per carminatiua & purgantia, præmissis quandoque opiatis, vrgente vomitu, exterius per fots emollientes, quod exemplum vsus carminatiuorum est nobilissimum.

Denique & in palpitatione cordis promptissimum ferunt auxilium. Plerosque tales ægros hypochondriacos notavi & ventriculi debilioris, vnde etiam ab hoc ipso paroxysmus vt plurimum capit exordium. Hinc non tam cordialibus, quam mineram halituosam & tremefacientem dissipantibus & præcipitantibus illam debellare licet; vnde cum vtrique intentioni inseruiat aqua cinamomi, est etiam, non minus ac elixir proprietatis *Helmontianum album*, in Palpitatione cordis probatissima, tum per se; tum cum speciebus cordialibus temperatis assumpta.

Notandum vero hinc 1. *Carminatiua displosiua præsentente calore præternaturali minus commoda.* Vt in omnibus specificis distinguen-



fringenda sunt circumstantiæ, ita vt illa saltim talia sint, quæ exquisite hisce debentur & sunt opposita; Sic in primis id quoque valet de carminatiuis. Displouia igitur conueniunt, vbi displodi materia flatulenta potest, non item, vbi calor non est sui iuris, sed halituositatem efficit gradu aucto, tunc enim temperantia potius ex vsu sunt. Sic &

2. *In discutiendis flatibus magis causa quam effectus respiciendus;* siue humor sit pituitosus, calidis optime excutiendus & carminandus; siue acidus, inertendus, siue biliosus, temperandus. Valet id maxime in flatibus productis, quando non tam a seobus uga pialos irrunt & excitant dira symptomata, quam laneo pede molestum nihilominus post se trahunt effectum & dolorosum. In singulis archæi & materiæ exhalantis est habenda ratio, adeoque & crassiorum & tenuiorum flatuum.

3. *Flatibus dolorosi carminatiuis, anodynis & educentibus obtemperant.* Methodus hæc est curandi colicam: (1.) dando discutiens, essentiam carminatiuam, theriacam, vel similia, (2.) laxando aluum, seu clystere, seu puluere purgante, nisi quid obstat. (3.) demulcendo tenfas abdominis partes, oleis, linimentis, sacculis paregoricis & similibus.

4. *Pauciores flatus displodi, copiosiores educi amant.* Omne medicamentum subigere debet morbificam causam, h. l. mineram flatuum carminatiua; id si non fieri queat, si displodi nequeant educendo, displodendo magis tenuati magis tendunt intestina.

5. *Flatibus grauius discutiendis, precipitantibus & aperientibus auscultant.* Methodus hæc est affectus hypochondriaci flatulenti & consimilium curandi, vt martialibus præsertim humectantibus aperiantur viæ, chylusque dulcedine recuperata prompte euoluatur. Hæc qui nouerit, feliciter prouehetur. Neque enim tantum flatus colicam absolute & solam faciunt; verum & chronicos, hypochondriacum, & alios affectus. Faciunt huc sicciora paulo intestina tum actu, quatenus obstructions fouent, vnde videas aliquando in hypochondriacis stercora instar caprarum globulata; Eo vero casu frustra fuerit, carminatiuis



natiuis anxietatem & dolores adaugere potius, quam tollere; Tum potentia, ob acorem stypticum. Obseruationes ergo & experientia practica testantur, semper ad vias simul respiciendum; & in colica ad carminatiua vtiq; confugiendum, modo cœtera dicta sint paria.

6. *Flatus & causa morborum non eque etiam manifesta attendendi.* Maxima est vis elastica humidi, varie promota a calido. Calidum perpetuo agit in humidum, perpetuo rarefacit. Cum itaque sæpe ab elatere hoc extrauagante *σάσις* contingat & impedimentum circuli humorum, cum debeat esse *ἕβγοια πύα ἕβου- πνοια πύα, confluxio vna, conspiratio vna*, iuxta Hippocratem l. de alim. c. 4. r. 24. non inæqualis; Hinc præter dicta, etiam dolores flatulenti in extimis partibus sæpe sunt. Hinc quod interius sunt carminatiua, id exterius sunt discutientia, rarefacientia, diaphoretica, laxantia, quæ nempe humorem in vapores resoluunt, quæ vapores & fuligines per poros cutis apertos & dilatatos exhalare faciunt.

7. *Carminatiua interius humida, exterius sicca forma aſtiora.* Interius quidem, quatenus humida citius penetrant & subtilitate sua dispoſionem optime procurant, nominatim in essentia, simplici & composita. Ita enim *Vi*, generosum vehiculum aromatici oleosi carminatiui, optime se gerit; Hinc spiritus & essentia carminatiua optimæ sunt omnium. Notabilis vero est cautela, non bene carminatiua in decocta recipi, quod tenuis volatilis vis ab igne facile propellatur & aufugiat. Id de aqueis valet, non tamen ex toto, sed de interius assumendis potissimum, cum maxime cauendum sit, ne loco virtutis desiderata humidus excrementitiuſ iners hauriatur liquor, nec quæramus in decocto, quod in auram exhalauit. Leuis tamen cum vino ebullitio non obstat, sed optima est. In clysteribus eadem ratio valet, cum lege artis parentur ex emollientibus & carminatiuis, (horum enim connubium in colica, calculo ileo debet esse perpetuum,) cum prius radices, folia, herba, hinc semina recipiantur, cumque hinc coctio illa itidem sit leuior. Hinc tum aliis pluribus formulis, tum in clysteribus conuenientissime



sime præscribuntur. Exemplo sint tormina in infantibus, quæ placantur optime, si propinetur gialapa, si cinnabarina & anodyna, si adhibeantur clysteres. Horum primum si non suffecerit, secundum præsto est, nec hoc sufficiente, tertium auxilium fert, quia pluribus indicationibus satisfaciunt, & inter has quoque eluunt pituitam sæpe affixam intestinorum cameræ. Olea vero destillata vt commode cum essentia carminatiua miscentur, inprimis caryophyllorum; ita quoque prouide clysteribus & in pauca quantitate remissent quidam, cauendo vredinem.

8. *Carminatiuis viam sternunt stomachica, purgantia & diætæ.* Cum enim in omnibus flatibus crassioribus concurrat ventriculus, velut obstetrix, quatenus cruditates generantur neglectime euoluuntur particula alimentariæ chylosæ utiles, optime se gerunt stomachica, calorem roborantia & menstruum ventriculi, vt & domestica debilitas siue intemperies frigida tollatur in se, & ab assumtis exorta flatulentia dometur. Cum productum morbosum sint flatus ex humido, velut materia, illud vtrumque expediunt recte purgantia, vel aluum saltim lenientia. Hinc optime sunt eo casu pilulæ aloeticæ, quæ dempto visco sunt mitiores, nec tenesimum hæmorrhoidalem inducunt. Denique cum singula vel producat vel foueat diætæ, illa quoque mutanda est; plurima enim sunt flatulenta, vt ex vescis dicta oleracea, ex potulentis potus nimius, cereuisia & vinum recens, vtraque seculenta & alia. Hæc nisi attendantur, non possunt feliciter vel impendi carminatiua, vel curari flatibus debiti affectus.

## LIBRI II. SECTIO II. CAPUT VIII.

De

*Anthelminticis.*

**I**Nter causas morbificas easque latetiores non minima est verminosa putredo, ipsique vermes varii generis. Obseruamus nuper vomitum cruentum a vermibus sat grauem



duobus vero lumbricis per os excretis, ab adhibitis scilicet balsamicis & traumaticis, breui æger conualuit, qui sibi moriturus videbatur ac aliis.

Adeo sæpe communibus præfidiis excutiuntur vermes, & causam patefaciunt. Neque enim vel soli infantes lumbricis laborant, vel solos lumbricos oppugnant ANTHELMINTICA.

Vt vero non tangamus hoc loco ortum vermium primum, vtrum generatione vniuoca, vel æquiuoca generentur, satis erit nobis tangere ortum secundum, focum, locumque, ex quo crescunt, nutriuntur & viuunt; deinde ipsorum vitam & *οὐραν*, quibus destructis sine dubio exturbari eosdem ex corpore & interimi oportet.

His igitur breuiter præmissis dicimus: I. *Quæcumque focum & mineram vermium destruant, sunt anthelmintica.* Putredo saltem in animato corpore, & si non a priori, tamen a posteriori est nidus vermium. Hac itaque destructa vermium ruina præsto est. Omnia ergo putredini resistentia sunt anthelmintica, cumque talia etiam sint alexipharmaca, omnia etiam bezoardica sunt anthelmintica. Cum vero hæc non sint vnus eiusdemque generis, præstat ea specialius destinguere. Sic

(1.) *Anthelmintica sunt amara & balsamica, v. g. rad. carlinæ, rhabarbari, gentianæ, aristolochiæ, filicis (quæ specificè laudatur in tenia,) zedoariæ, diptamni; Ex herbis scordium, absinthium, tanacetum, abrotanum, mentastrum, gratiola, sabina folia & flores persicorum, centaurium minus; aloe, myrrha, & essentiæ horum ac præparata alia, vt essentia absinthii, centaurii minoris, scordii, zedoariæ, myrrhæ, theriacæ balsamica, elixir proprietatis, pilulæ aloeticæ variæ; oleum absinthii, tanacetii, laurinum, spicæ, corylin. colocynthidis, fel tauri; item semen santonici siue zedoariæ, vulgo quoque notissimum.*

Amaricantia hæc occasionem suggerunt cogitandi quoque de causa vermium secundaria, nempe bilis inertia, quam cum expugnent amara, bilemque aduant magis, etiam hoc nomine sunt anthelmintica, quo facit & alterum, generari illos magis in humidioribus & pituitosis corporibus.



(2.) *Anthelmintica sunt acida, simplicia, composita, & præparata; Acetum simplex, rutaceum, bezoardicum, succus citri, limonum, aurantium, berberum, & us*  $\ominus$ lis.  $\ominus$ li.  $\ominus$ i. *tincturæ rosarum, violarum, clyssus*  $\frac{1}{2}$ ii. M S. Non ferre possunt acida vermes, vnde imprimis conueniunt in coniuncta nausea & febribus. Valet id quoque de nitrosis. Hinc itinerantium remedium commodum præstant *& us*  $\ominus$ lis, & dicta alia, ad aquarum vitia corrigenda, instillatis aliquot guttulis.

(3.) *Anthelmintica sunt acris, sale volatili prædita, falsa, lixiuia, nitrosa.* Sic allium licet sit remedium rusticum, reuera tamen est præstantissimum, vt & nasturtium omne, cochlearia, infusio ceparum crudarum & minutim concisarum, cum aqua fontana, per noctem facta & pota, quod *Hieronymus Tragus* pro singulari habet remedio, semen sophiæ chirurgorum. Sic & aqua falsa, aqua marina, lixiuium quodcunque tum per se, tum cum oleo oliuarum concussum, quod nonnulli habent pro arcano. Sic & spiritus cornu cerui, eboris, alique vrinosi potentissime necant vermes; vt & ex his mixta, vt elixir proprietatis cum *& u*  $\ominus$ lis \*ci, liquor cephalicus, quæ ob id quoque sunt polychrestæ. Sic spiritus vrinæ in auribus verminosis pro externo specifico, arcanum duplicatum interius commendatur. Imo spectant huc actiua quasi omnia, quæ humorum motum promouent, exiccant & corruptioni aduersantur. Hinc et iam

(4.) *Anthelmintica sunt sulphurea, quod ipsum latius explicari possit, h. l. vero saltim de internis nobis proponetur.* Sic v.g. anthelmintica sunt succinum album præparatum eiusque oleum, flores sulphuris & balsamum sulphuris, camphora, putredinis antidotus singularis, &  $\oslash$  bezoardicum, aliaque.

(5.) *Alcalina terra & lixiuia sunt anthelmintica; vt cornu cerui vstum, mucus marinus corallinus, in specie vero nomine corallinæ saxeus frutex conspicuus, quod præcipuum est pro lumbricis expellendis secretum.*

II. *Quæcunque vita vermium sunt contraria, sunt anthelmintica.* Vita vero vermium consistit in transpiratione, illam igitur destruentia & impediencia omnino hunc censum subeunt. In



aquis quidem notabile est viuere infecta, quin imo in acidis liquoribus, vt aceto, ipfisq; amaricantibus nonnunquam iis viuere datum est. Nullus vero vermis in oleo viuere visus est, quantum quidem per experimenta cognoscere licuit. Hinc *quæcunque oleosa sunt anthelmintica*, præcipue simul balsamica. Oleosa suffocant & suffocando destruunt seminium verminosum. Hinc *Ebnsina* non inepte laudat oleum oliuarum. Quo magis hinc sunt sulphurei liquores, eo minus vermes ferunt. Hinc non solum *Vi* ipse sola lotione plattulas necat; verum imprimis oleum quodcunque, eo quidem magis, quo ipsum est penetrantius, adeoque expulsuum, tum interne, tum externe. Remissius id præstant aquea, quo nomine aqua graminis, tanaceti, hyperici, scordii & alia laudantur.

III. *Quæcunque visceræ & corporatura verminosa sunt contraria, sunt anthelmintica.* Corporatura vermium consistit in mucilage lubrica, exemplo lumbricorum terrestrium, qui mediantate putrilagine in liquorem fatiscunt, putrilaginosum & nausebundum, sale tamen volatili penetrante seorsim quoque separando. In specie vero *omnia mercurialia sunt anthelmintica*, quippe liquant pituitam & dissociant, vnde & nutrimentum vliginosum destruitur, & *ινόςασις* quasi ipsorum mucaginosa consistere nequit. Hinc inter præcipua anthelmintica ambulat etiam mercurius, vermium mors, & exin parata vermibus inimicissima. Mercurius simplex adhibetur hoc fine & interius, & exterius per inunctionem. In minimo agit vix comprehensibili, ob sal metallicum volatile & sulphureum, vnde fundit pituitam potentissime, simulque pigriorem archeum eorum penitus atque penitus destruit.

Operæ pretium est adhibendi hos modos paulo lustrare. Pertinet enim huc (1.) *coctio* aquarum vel *infusio* facta cum mercurio, quando aquæ graminis, hyperici, scordii, tanaceti, coquuntur cum eodem, ad sensum nulla fere facta extractione siue ponderis diminutione, inde haustulus ad ℥ij. vel iij. habetur pro insignissimo remedio, vel tantillum nempe sal, tam potens, tam acti-  
 ym, potest sufficere.



Pertinet huc etiam inprimis (2.) *preparatio*, vel magis sub-  
stantifica & grossior per agitationem, vel subtilior per sublimatio-  
nem. Ita ꝛ facchari cantii rubri, vel albi ꝓ. mercurii curren-  
tis depurati ꝓ. misce tandem in mortario vitreo, non æneo, in  
quo adhæret magis, donec mercurius cum faccharo per mini-  
ma sit mixtus, nec amplius viuis appareat.

Valet id quoque de externo mercuriali usu. Non solum  
per experientiam certum est, pediculos & vermes omnes ex-  
terius per contactum vnguenti mercurialis mortificari; verum  
etiam vis illa visitur in linteaminibus aurifabrorum, quibus ad  
detergenda vasa inaurata, per amalgama mercurii, usi sunt,  
quicquid vocant, quæ valent ad plattulas, pediculorum ge-  
nus magis abominabile, si affricentur iis partes affectæ, quod  
aliquoties probatissimum experti sumus.

Est vero & hoc ipsum infusi vel decocti mercurii cum  
aqua exemplum subtilitatis effluuiorum. Licet enim *Glauberus*  
irradiationem (per quam Chimici agere volunt mercurium;) )  
negare contendat, & corporalem immersionem per subsidentiam  
demonstrare satagat; negari tamen non potest, sal illud mer-  
curiale etiam per minutas atomos in aquam ingredi, quam  
etiam hinc, proportionem obseruata, aliquo modo a corruptibili-  
tate præseruat.

Par ratio est ꝓ. *dulcis*, cuius vsus in purgantibus & un-  
guentis contra vermes frequentatur, licet in his remissius agat.  
Verum tamen est monitum *Glauberi*, mercurii dulcis usum, ma-  
iori quantitate præsertim, infantibus minus fauste cedere. Mer-  
curius dulcis, *inquit*, infantibus datus a 10. ad 30. gr. pro ver-  
mibus, plerumque (nisi robustiores sint) debilitatem & infr-  
mitatem membrorum causatur, p. 2. F. P. c. 38. p. 82.

Duplici quoque nomine anthelmintica sunt *cinnabarina*,  
tum ratione salis mercurialis, tum ratione sulphuris metallici,  
hæc ipsa vero latius patent & virtutem suam diffundunt, quam  
vt hac solum ratione, anthelmintica quod sint, præsent cinna-  
barina. Facit id *Simon Pauli quadrupartito Botan. p. 107.* ubi cin-  
nabarim antimonii solum in epilepsia a vermibus concedit,  
alias



alias vero non esse epilepticis satis conueniens medicamentum, quin nec illo casu tanto apparatu opus esse, cum solus mercurius eos pellat, excusandus omnino more seculi, quo inter venena ipsa cinnabaris omnis, maxime vero vulgaris pictorum, relata fuit, cum tamen iam dudum *Crato* cinnabarim magnetem epilepsix vocauerit, non quidem in operibus suis, vbi frustra id quaras, quam in *prefatione operum Fallopii*.

IV. *Quaeunque expellunt & necant vermes, sunt optima anthelmintica.* Coniunctim omnia haecenus dicta explent purgantia. Necant acri, amaricante & sulphurea virtute; expellunt communi illa vi sua, acrimoniae salino-sulphureae debita. Potissimum vero chalagoga, & proprie dicta. Hinc helleborus albus in phthiriasi optimus est, & inter vnguenta recipitur, etiam non mercurialia, fusoria virtute conspicuus, vnde & sunt qui, cum *Cardano*, sui venerae opponunt talia. Valet nempe id tum interne, tum externe, vbi aloë eiusque extractum & trochisci alhandal ad vmbilicum, item alia ad vlcera verminosa, aliaque verminosa seminia consulto adhibentur. Vnde & elixir proprietatis purgans huc pertinet, & idem in vlceribus consimilibus vtiliter iniicitur. Rhabarbarum, & species diaturbith cum rhabarbaro maxime etiam dilaudat *Welschius in addit. ad Scipionem Mercur.* p. 820.

Inter hæc vero anthelmintica cum etiam alia quædam reperiantur, de iis quoque dicendum, nominatim de *dulcibus & lumbricis* ipsis. De his notandum I. *Dulcia necandis & auerruncandis vermibus insidum sunt remedium.* Sunt enim amica potius vermibus, quatenus plurimum nutriunt & plurimum excrementitii humidi gignunt. Hinc notatum est quotidiana experientia, non solum a lacticiiniis & saccharatis promptissime enasci in infantibus vermes; verum etiam ab iisdem, vt & ficibus, pediculos gigni ex eadem causa copiosos. Ne vero quis putet, non esse, qui dulcia statuant esse anthelmintica, laudabimus vnum *Scipionem Mercurium*, qui libro de obstetricibus p. 3. c. 51. p. 819. id experimento & ratione inductus probare conatur. Vidi, ait, apud Lombardos, nobiles infantibus suis saccharata



rata & dulcia alia largius concessisse & pro lubitu, ex quo ipsi a vermibus minus, siue non amplius fuerunt diuexati, quod admiratione dignum est, cum ex dulcibus potissimum alias gigni visantur. Tandem, *addit*, in propriis liberis causam expertum, & vidi saccharum eoque obducta ideo esse anthelmintica, quod dulcia non solum laxant aluum & educunt vermes; verum etiam his dulcibus ad nauseam vsque & crepaturam saturatis moriendum & exeundum fuisse; suspectum tamen fatetur hoc remedium, quod humores vitiosi inde excitari queant, & ex his febres & diarrhœa, lumbricis peiora, enasci.

Sed hæc duo fundamenta sunt admodum infirma. Quod enim experimentum spectat, (1.) dubium est, an vermibus laborauerint, non enim promiscue verminefcunt infantes quoque a dulcibus, sed magis humidiores & quibus est bilis iners magis. (2.) Notum est, ieiunos & famelicos magis vexari a vermibus, saturatos minus, quia cum non habeant quod edant, lancinant ipsas partes lumbrici; quando vero a dulcibus saturati fuerunt, conquiescunt quidem, ideo tamen non necantur statim. (3.) crepere lumbricos nimietate nutrimenti, minus probabile est, & si id fiat vel maxime, per accidens id fit. Inde vero (4.) credibile potius est, quo plus nutriuntur, eo etiam magis sui propagare seminia. Satius ergo est eis abstinere potius. Inconueniens enim fuerit morbum nutriendo oppugnare, hinc dulcia magis ad fallendos & inescandos, quam necandos vermes facere certum est, neque esse eadem, nisi impropiè anthelmintica.

2. *Lumbrici proprii antidoti loco non habendi*, siue lumbrici, e corpore excreti, minus tutum, imo damnosum potius sunt remedium. Vt ergo autores nonnulli id ipsum dilaudent, & empyrici agyrtae vulgo persuadeant, fallit tamen. (1.) enim nulla est ratio, cur simile pellat simile, quod contrarietatis est potius, lupus lupum, cornix cornicem amat magis. (2.) Vermium seminia sunt admodum materialia & infinitis modis hinc propagabilia; hinc (3.) excretos vel maxime ab hoc assumpto putatitio remedio expulsiuo lumbricos non tam in corpore præextitisse, quam generatos potius esse, vero est similis. Lumbricos vero terrestres



præparatos anthelminticos esse licet quidam asserant quoque, præstat tamen & eos ex dictis iudicare, præcipue cum sufficientissime prostent alia.

Conueniunt vero hæctenus recensita interius quidem in quocunque vermium genere, & inter hos in molestissima tenia, hinc & in symptomatibus inde exorientibus variis, epilepsia, nausea, atrophia &c. exterius in pediculis, plattulis, in neglectis & putridis tum vlceribus, tum vulneribus quoque verminosis, in vnguētis, clysteribus, amuletis adhibita.

Quoad applicandi eadem cautelas, 1. *Et nidus & inibi nidulantes vermes exturbandi.* Non satis est vermes interimere, maiores turbas duros putredine illa sua actuali & maiori, sed & destruere materiam. Vtut enim natura ipsa mortuos excludere allaboret, minus hinc repugnantes, sed sequentes motum scybalorum; Præstat tamen non fidere solis ipsis, sed vel purgantibus, si id licet, demandare hanc prouinciam, vel saltim non sine illis vnice interimentibus reliquis vti.

2. *Dulcia vermium illecebra, reliqua dicta mors.* Est etiam his animalibus sensus & appetitus animalis, vt grata amplectantur, ingrata refugiant, quicquid etiam in contrarium asserant nonnulli. Mel quasi fellis debet esse vehiculum, lac veneni, vt alluciantur his ipsis, cæteroquin non facile hauriendis, nec effectu consequente desiderato. Sic etiam cassiam nonnulli cum semine cinæ dare assolent.

3. *Dato ciborum delectu non facile anthelmintica hauriunt vermes.* Delectantur iidem & gaudent principio cum reliquis animalibus communi, calido & humido, non solum ratione originis, verum quoque respectu nutrimenti. Si ullibi itaque, fame in his non miscenda medicamenta vel confundenda cum alimentis. Et licet facilis videatur res, propulsare ex corpore infantum lumbricos, non tamen id facile semper est in adultis, in tenia, & vbi maior copia in intestinis confederit.

4. *Mercurialia in se desidia aliis acuenda, nec ipsis tamen abuten-dum.* Præstat semper succenturiati tum reliquis, tum mercurialibus purgantia & anthelmintica alia, vt & ipse & enecti una vermes



mes e corpore mature secedant. Præcipue autem infantum tenellis corporibus minus mercurialia frequentanda, vel dosi maiori danda.

5. *Non uno facile, grauiori casu, remedio vermes expediuntur.* Resistit omne viuens necanti suo & nocenti, quantum licet, eo igitur casu, vbi maior impetus in corpore confedit, mutatio remediorum quoque locum habet, non tamen proletaria, temeraria & quotidiana.

6. *Anthelmintica alia per os assumuntur, alia per anum infunduntur, alia ventri admouentur, alia exterius nido verminoso.* Per os dantur anthelmintica necantia & expellentia; per anum allicientia, vt, in lumbricis quidem, clysteres ex lacte, melle & saccharo; vmbilico applicantur magis amaricantia & purgantia, ex felle tauri, oleo colocynthidis, trochiscis alhandal, oleo tanacetii. Notabile vero est porro circa hæc, (1.) *externis his magis vtendum in subsidium & pro solamine symptomatum, ad dolores, tormina, &c.* (2.) *via ordinaria expulsionis magis est os inferius, quam superius.* Quod si vero extraordinarie versus superiora approximent, illuc quoque aliquando citandi, magis tamen alia toto genere præter naturam, vt bufones, ranæ &c qui leguntur lacte aliquando prolecti. Imo aliquando etiam hoc casu emetica, vt tartarus emeticus, habent locum, quo memini teniam duarum vlnarum aliquando excretam, sed per anum tamen.

7. *Ascarides topicis auscultant magis.* Corripiuntur iisdem magis fere senes & pueri, pruritu & visu excreti cum fecibus deprehendendi. Hic vero vsus sum feliciter (1.) clysteribus, vel, qui illud renuerunt, balneis ex absinthio, centauro minori, abrotono, scordio & aliis; (2.) vnguentis & suppositoriis ex oleo colocynthidis, hiera picra & aliis. (3.) interius elixirio proprietatis, essentia myrrhæ balsamica & similibus. Notabile vero, amaris non balsamicis minus fidendum, nec salitis. Obserua- vit B. Schenckius noster aliquando puerum pharmacopœi ex panis saliti vsu nimio tot vermes sibi accersuisse, vt in epilepsiam inciderit, datis anthelminticis & inde excretis vermibus curatam. In ipso etiam absinthio & sale vermes generantur.



8. *Symptomatum horrendorum causa ut esse possunt vermes, non tamen extra sphaeram suam, etiam summe, aetiuitatis extendendi.* Certum est, sapissime morbos grauiore, etiam pro incantatis habitos, a vermibus vnice ortos, vt merito in aurem sibi dictum putare debeat medicus: Datis insolentibus symptomatibus, de insolenti, licet non statim supernaturali causa esse cogitandum, & nominatim de vermibus, inprimis vero in conuulsiuis motibus. Notabile enim est, hos potissimum, vt & vermes ipsos, esse inter symptomata fascinatorum, sed non sola, quia etiam in corpore obtinere possunt mineram. Obseruationem vnica hanc in rem narrabimus, ab amico nobiscum communicatam ante aliquod tempus. Fœmina scilicet per duos ferme annos miris & capitis & brachiorum, imo totius corporis conuulsionibus, siue potius gesticationibus, in stuporem & scandalum spectantium, tentata, saepe inuersis atque erectis pedibus nolens volens in lapide stare visa est. Medicus a verminatione causam deducens spondet curationem, sed propter opinionem radicatam vulgi, veneficam esse & omne id a veneficio, frustra. Mortua vero ea, tres lumbrici ex ore egressi fidem faciunt dictorum, vnde secto cadauere totum abdomen fecibus vndiquaque interfertis lumbricis scatens repertum fuit, egressis vtrisque per foramen intestino ieiuno factum, omento simul omni quasi penitus consumpto, & intestinis velut gangranosis & putrilaginosis. Nouimus puerum decem annorum laborantem tumore pedum insigni, quem cum aliquando scalperet intensius, prorupit, rupta cute, manipulus ingens pediculorum. Illustrauit alias vermium hoc scrutinio Physicam & pathologiam *Langius & Hauptmannus*, lignum v. g. putridum lucens, ignem fatuum, dolores omnes & tantum non morbos vniuersos verminosa animata putredini acceptos ferentes. Sed valet etiam hic de excessu: quisquis amat vermes, vermes putat esse omnia.

9. *Anthelmintica animatis peregrinis omnibus in corpore aduersa.* Sic pediculos & phthiriasin necare licet iisdem siue decoctis, seu etiam vnguentis adhibitis, ex oleo laurino, helleboro albo, floribus sulphuris, oleo spicæ, semine staphidis agræ. Sic



Sic crinonibus & fironibus eadem debentur; sic lendibus & aliis. In specie vero per aquas impuras hausto bufonum vel serpentum seminio siue spermate, quod in corpus humanum latum ipsa hinc aliquando animalia produxisse obseruatum est. Hanc in rem notabilis historia, nostro seculo quæ contigit, relata est a *Bartholino cent. 4. obseru. 19. p. 255. & Anno 1. Ephemer. German. obs. 103. p. 236.* Ancillæ nempe Altenburgensis, quæ annis retro quasi viginti bufones non paucos similibusque saburræ plurimam colluuiem vomitu reiecit. Vbi duo saltim notantiora excerpemus, ipsam præter alia tempore verno insano appetitu aquarum & lactis vexatam; deinde assumpta theriaca primum bufones & lacertas viuos reiecit, digna quæ legatur.

Ex his coronidis loco illud quoque addemus, leuem quidem rem videri vermium exterminium, sæpe tamen leui apparatu non posse debellari & ipsos, & inde producta symptomata horrenda, tonum viscerum læsum aliaque inconuenientia. Item alterum, traumatica quoque esse debere anthelmintica, & optima esse balsamica vel quasi talia, ne putrilagine concepta semina verminosa in actum deducantur, quod sæpe etiam in fracturis ossium, vt vidimus, & alias euenit.

## LIBRI II. SECTIO II. CAPUT IX.

De

### *Resoluentibus.*

**V**T in morborum & symptomatum classe quidam primarii sunt affectus, quidam symptomatici, & comitati; ita quoque in remediis se res habet, vt alia sint principalia, alia comitata. Exemplum huius rei præbent imprimis **RESOLVENTIA**. Profunt hæc coniunctim visenda in diureticis, nephriticis, diaphoreticis aliisque pluribus, imo ipsis quoque purgantibus; quæ hinc congrue *Sibenckius tractatu de humoribus* optima ait esse præcipitantia, quippe quæ vna sint præcipitati expellentia, *cap. 25. p. 163.* Sunt tamen & seorsim quoque, siue principali-



cipaliter, in quibusdam casibus necessaria, vnde operæ pretium est, eadem peculiari capite scrutari.

Quod enim exterius sunt dissipantia, id interius sunt resolventia; illa dissipant humorem congestum, & consistentem hic illic in extimis partibus, hæc interius.

Hæc vt pateant melius & tum ad sanguinem seu grumos sanguinis, tanquam exemplum illustre, tum ad feri quoque simultaneam vel separatam coagulationem applicari queant, notabimus:

(1.) Humores in corpore in perpetuo esse motu, (2.) vehi eosdem tum propriis canalibus, tum communibus poris, tum etiam cavitatibus, vt corde, vtero; (3.) simulac vero motus hic quocunque modo non producat, nec vnda velut vndam trudat, eosdem coire & coagulari, quod in dicto exemplo grumorum nomine speciatim venit. (4.) coagulatos extra archei iugum, spheram & imperium ire, ichorescere, putrescere. (5.) adeoque symptomata horrenda, febres, anxietates, dolores excitare, v. g. subsistentem sanguinem, vt verbis utamur *Langii, l. 2. epist. 3. p. 695.* intra cranium & cerebri panniculos epilepsiam; in pectoris cavitate aut pulmonis arteriis, (bronchiis) tabem: in ventriculo cardialgiam & lipothymiam, in matrice hysterica vteri suffocationem, in vesica vero vrina obstructionem & dysuriam, imo plura alia, de quibus ibidem legi potest.

(6.) Speciatim vero grumescentiam esse duplicem, aliam *in facto*, actu talem, de qua testantur inter alia, exterius præsertim, liuores, fugillationes & vexationes, quæ dant intellectum; aliam *in fieri*, quod in palpitatione cordis & aliis patet, adeoque differre gradu, aliam minorem, aliam maiorem esse.

(7.) Fieri vel a causa externa, vel interna; Externa vel violenta, vt in contusionibus, casu ab alto, vel coagulante, vti v. g. in puerperis sæpissime grumescit sanguis vel lochia in vtero a solo admissa aere frigidiori.

(8.) Non fieri grumescentiam a solo acido figente & coagulante a priori, sed etiam a disgregatione & dimotione fibrarum ex ordine, vti videmus id ipsum quoque, facta per V. S. extrauasionem.

Hinc



Hinc 1. *Quæcunque sanguinem & serum in vasis suis vel poris, internis vel externis, subsistentem in motum cient, & coagulum fiens respiciunt, sunt resoluentia.* Cum enim in motu vacillent, cum *scilicet* patiantur, merito citanda sunt in motum.

2. *Quæcunque sanguinem & serum in cavitatibus his illis perfecte extraxerunt & contentum disiciunt, & in motum cient, sunt resoluentia.*

Resolunt hoc pacto vniuersaliter & vtrisque communia. (1.) *Diaphoretica*, tanquam communia & optima præsidia in omni vitio sanguinis extra circulum suum moti, eaque vel fixa, vel media, vel volatilia, v. g. Ra bezoardica, *Urus* cornu cervi, mixtura simplex, theriaca & similia, item  $\frac{1}{2}$ ium diaphoreticum, opiata omnia, licet secundo fere magis & cum aliis, quod *Sylvius* maxime probavit & asserit.

Resolunt (2.) *Diuretica*, *nephritica* seu *lithonriptica* & *purgantia* eatenus, quatenus liquant, fundunt & disiciunt, aliunde huc mutuanda. Resolunt speciatim, quæcunque sulphureo vel salino activo principio pollent. Vtroque putredini resistunt, vel saltem defendunt hoc ipso sanguinis tonum, & archeum, ne tam facile eadem afficiatur, vel detrimentum capiat.

Resolunt (3.) *sulphurea*, quatenus balsamum sanguinis vigorant, siue ipsa sint balsamica, siue sale volatili, acido, mercuriali immutata, v. g. myrrha, mumia, sperma ceti, sanguis draconis, radix zedoaræ, rhaponticum, sanguis hirci, cinnabaris, flores sulphuris, mel ipsum & alia.

Resolunt (4.) *salino* stimulo facta, incidentia & attenuantia, vt *acida*, acetum, spiritus salis, vitrioli, mixtura simplex, oxy-mel; *alcalina*, vt oculi cancrorum laudatissimi, siue præparati, simplices, siue in magisterio, corallia, sigillum Salomonis, exterius in fugillatione specificum, & planta traumatica variæ, vt bellis, summi vsus in coagulo humorum & lymphæ, in primis ab haustu frigido exarsuante corpore facto, commendata hoc nomine a *Minderero*, comprobante id experientia; item cerefolium, eiusque aqua in pleuritide, retentis lochiis, casu ab alto utilissima; millefolium, eorumque succus & alia. Huc etiam spectat, quod chirurgi



rurgi carbones tiliæ eo casu quoque adhibent, licet meliora pro-  
sint, item terra sigillata, medulla saxorum siue lithomarga, bolus  
armena.

Resolvunt (5.) *mixta*, v.g. acetum cum puluere contra casum,  
vel sanguine hirci, oxymel, quod *Galenus* expertus est, per se, abs-  
que adiuncto haustum, sanguinem concretum difficere, expe-  
ctorare vel per lotium prolicere; inprimis etiam vinum cali-  
dum, summum contusionum præsidium, & huc spectantes, cum  
eodem coquendi, sacculi capitales in contusione & vulneribus  
capitis summi & unicusus. Ex compositis huc spectant puluis  
contra casum *Langii* item puluis ad casum Augustanorum, ex ter-  
ra sigillata, sanguine draconis, mumia a. ʒii. spermate ceti ʒi.  
rhabarbaro ʒß. misce; spec. diamum. *Mysf.* item ex zedoariâ,  
sanguine draconis & floribus sulphuris, descriptus a *Ludouico*,  
*tractatu von Feld, Kranckheiten.*

Vno verbo sal coagulationis & resolutionis est principium,  
vnde maxime attendendum. Coagulationis, si combinetur cum  
terreis, grauibus, ad motum ineptis, vnde tartarus enascitur  
chimicorum; si deficiat quandoque, vnde pituita plurima; si  
vinculum cesset esse inter sulphur & aquam, vtrobique concur-  
rente archeo motore vniuersali; vel si excedat in genere & im-  
proportionatum sit. Vti vero sal est principium coagulationis inter  
actiua principia; ita passiva aqua & terra, quippe desidia in se,  
& motui minus apta. Hinc ex aquæ & terræ symbolisatione,  
iuxta quosdam, fit calculus non inepte. Est vero etiam prin-  
cipium resolutionis ex dictis rationibus, quia attenuat, incidit,  
fundit, vegetat & in motum ciet inertes humores, mediante,  
quidem sero & sanguine, tanquam menstruis corporis vniuersa-  
libus, vt, caractere hoc recepto, fluxilior sanguis redditus se-  
cum abripiat cessantes hic illic & tardantes particulas, coagulo  
proximas.

Cum ergo partim dubium sit de quibusdam, an talia sint,  
partim vsu differant, de iis quoque seorsim dicemus quædam,  
idque repetitis thesibus.



1. *Sperma ceti est resoluens.* Negat id quidem *Langius* & reicit *l. c.* (qui optime de his affectibus egit & latius) *p. 696.* sed citra additam rationem, nisi quod vulgus chirurgorum imperitum id adhibere soleat, quæ insufficientis est, nam & a plebeis saepe, vel *Coo* teste & experientia, selectissima discas remedia. Quin ipse *Langius* dilaudat alibi *l. 3. epist. 3. p. 979.* sperma ceti & præscribit ad *Œii*, vnde colligimus laudatissimum esse id ipsum, vti reuera in asthma, in calculo, in respiratione difficili, phthisi, pleuritide, tussi grauiori est vtilissimum, blanda sub pinguedine condens sal, vnde etiam durabile magis reditur.

2. *Mumia est resoluens traumaticum*; itidem contra *Langium l. c.* & alios qui vilipendunt, imo plane exesse iubent; est enim balsamica, non tam quod ex aloë, croco & myrrha confect, quam quod asphalto debeatur vis illa, quod, immutatum vna ipsum, resoluit. Sunt qui longe præferant elixir proprietatis, quod elementa genuina contineat, & verum est, resoluens esse ad grumos sanguinis dissoluendos laudatissimum, quo nomine in putrilagine corrigenda, v. g. fœtu mortuo, lochiis retentis optime se gerit, nam & aloë inter purgantia resolutentia optima est. Notanter vero diximus resoluens traumaticum, vnde & in essentiam nostram traumaticam recipitur.

3. *Acetum est resoluens.* Videtur hoc ipsum primo intuitu minus cum veritate congruere, quia acetum coagulat. Verum ratio ex regula dicta de salibus facile patet. Vt salia, sic & acetum in specie coagulat & resoluit, pro diuerso statu suo, & in primis subiectæ, cui debetur, materiæ. Hinc acetum non per accidens hisce in casibus conuenit, sed maxime per se, quatenus est remedium insigne resolutiuum. Distinguendum vero est inter tempora & acida ipsa. Non tam conueniunt in coagulatione sanguinis in fieri, quam vbi pars iam incipit scedere ex ordine, & hoc ipso coagulari. Visitur hoc in experimento domestico & culinari, quando sanguis anserinus vel leporinus cum aceto miscetur, ne grumescat, quatenus particulas magis vnit, quæ alias prompte concresecunt, & a putredine præseruat,



seruat. Deinde acida alia sunt sibi relicta, alia refracta, & cum aliis data, vbi magis mitescunt, minus coagulant, optime resolunt.

Conueniunt vero hæc ipsa externe quidem in contusionibus, sugillationibus, aliisque casibus, vbi sanguis ad quietem invitatur vel cogitur magis; interne vero in casu ab alto, qui affectus quasi primarius eadem indicans, alias vero satis frequens & comitatus est, contusionis species, item in vulneribus recentibus quibusuis. Interne in pleuritide & inflammationibus aliis, asthma, tussi, palpitatione cordis, abscessibus internis, angina, affectu hypochondriaco, hysterico, a sanguinis in utero grumescencia, coagulatione lactis in mammis, & similibus. Taceo usum secundarium non minus laudatum in vomitu & sputo cruento, aliisque.

Restat, vt de cautelis adeoque vsu speciali & limitato dicamus quoque. Hinc notandum 1. *Alia resoluentia sunt generalia, alia specialia, adeoque inter se non confundenda.* Generalia dici possunt, quæ sanguinem & serum simul respiciunt, vt alcalina, lapides ☉. Specialia, quæ magis alterutrum, vt sulphurea & acida. Illa enim velut serum magis respiciunt, hæc sanguinem. Hinc sperma ceti v. g. magis in vitis feri prodest, respectiue, vt in tussi, grumescencia lactis in mammis, vnde externe quoque specificum eo casu est. Hinc acetum iisdem casibus noxium potius fuerit, vbi serum coagulum patitur, nisi secundario, & cum aliis maritetur, vel per accidens quoque. Sic v. g. spiritus salis in pleuritide datur, non tam primario fine, vt inflammationem disiciat, quam vt febrim coniunctam mitiget, & cum primis tussim absolute necessariam vel excitet, vel conseruet adeoque expectorationem promoveat. Et hæc ratio quoque est, cur non solum acetum in casu ab alto, sed cum puluere contra casum mixtum propinetur; & vice versa, quare acetum cum semine carui decoctum prodest in tumore mammarum; cur item calidum assumatur magis. Alcalina vero cum fluxile faciant serum, & acorem auertant, præcipue quasi sunt *laxia*, quædam ob sal volatile latens eximia, vt oculi cancerorum, qui non minus



minus ac chelæ cancrorum destillatæ, spiritum vrinofum fundunt.

2. *Hinc eadem quoque sunt distinguenda ratione affectuum*; facile enim patet ex dictis, non conuenire omnia omnibus. Sic nitrosa licet resoluant, non tamen in tussi, adde & pleuritide æque conueniunt. Sic ipsi flores sulphuris licet sint pectorales, pleuriticis tamen non adeo solatium afferunt, quia siccant magis, vt alia taceamus. Adeoque pro diuersitate affectuum diuersa quoque resoluentia seligenda, vnde alia sunt resoluentia cephalica, alia resoluentia pectoralia, quæ inter flores papaueris rhæodos, tantopere deprædicati, stant post principia, si in pulueris forma eligantur, & pro primario medicamento; alia resoluentia nephritica, alia traumatica, & sic porro.

3. *In resoluentibus medicamentis distinguenda quoque sunt tempora morbi.* Alia scilicet conueniunt in principio laesionis ne colligatur sanguis in suppurationem iturus; Alia in progressu, & factò grumo perfectò, idque de internis & externis valet, illo enim casu intentio est, vt anteuertatur, hoc vt auertatur grumefactio. Videmus hinc in ambustis & sugillationibus, quomodo vel ab adhibito medicamento resolvente, vel etiam aliquando per se, hinc inde a loco vno ad alterum liuor vel rubedo prouehatur, & colorem quoque diuersum sanguis induat.

4. *Resoluentia stypticorum & traumaticorum actionem moderantur, adeoque medio casu cum iisdem iungenda*; v. g. in sputo cruento & vomitu cruento intentio est gemina (1.) sanguinis fluxum sistere, (2.) eum qui effluxit dissipare, seu resolvere. Neque enim satis fuerit consolidare vnitatem solutam, nisi simul prospiciatur humori extrahato. Ergo & tunc resoluentia habent locum, licet secundarium, vt traumaticum & disiiiciens, imo curationem absoluunt, vnde facta adstrictione in vtroque illo affectu, sub finem decocta & essentia traumatica, pulueres ex lapidibus cancrorum, coralliis, &c. optimi sunt, qua methodo adhibita plurimos feliciter curauimus, inprimis non ommissa simul venæsectione in pede, & aliis.



5. *Resoluentibus interius succenturiantur vniuersalia, vt diaphoretica, emetica & purgantia, &c. exterius emollientia & paragogica.* De diaphoreticis res clara est, eaque optima sunt resoluentia in inflammationibus omnibus internis & externis incipientibus. Emetica vero & purgantia, vbi ipsa indicantur, quod vtrumque exemplo illustrabimus: Ancilla ab alto lapsa sentit anxietatem circa præcordia, instantem lipothymiam, respirationem difficilem; aduocatus Medicus, non attendens casum, præscribit cordialia & resectoria, potiones, pulueres, vnguenta & nihil non, sed frustra, in horas deterioratis symptomatibus. Aduocatus alius, pensitans accuratius circumstantias, propinat emeticum, quo eductus e ventriculo grumatus sanguis, ægra in momento adiuta.

Imo cum aliquando pleuritica desperate quasi succumberet, nec propter viscedinem materia & copiam eiici posset expectorantibus, desperata quasi re, ausi sumus propinare spermaceti cum tantillo tartari emetici, ḡb. circitur vel  $\frac{1}{4}$  vnde vnico vomitu alleuata adeo est, vt hinc valetudinem recuperaret. Vt non reperamus, ipsum spermaceti datum infantibus pro resoluenda pituita in pectore, vtpurimum vomitum ciere, idque felici cum successu. De purgantibus vero hoc notauimus. Faber ferrarius in pago Schlöben ante aliquot annos laborabat abscessu interno infra diaphragma, quod a posteriori confirmatum est, adaucta difficultate respirandi & tumore pedum accedente. Dato purgante, materia purulenta copiose per aluum educta, integerrime conualuit. Notauimus quoque alibi, a datis resoluentibus pulueribus abscessum in pectore, per aluum reiecto pure, curatum. Nimirum archeus omne extraneum & peregrinum exturbare gestit, vel lenicule adiutus. Illo vero grauatus non potest id commode exequi, vnde si copia sanguinis maior sit, quam vt resolui possit, educenda est, siue sit in capite, vnde trepanum inuentum, siue in ventriculo, siue alibi.



## LIBRI II. SECTIO II. CAPUT X.

De

*Diureticis.*

**D**E DIURETICIS, seu quæ per vrinam euacuant, dicturis commodum videtur, breuiter præmittere, quæ vrinam absoluant, quantum quidem huius est loci; ita enim quæ eandem promoueant, facilius patebit. Supponemus nempe (1.) vrinam non esse priuatum renum excrementum, sed vniuersale seu massæ sanguineæ, seu speciatim potius seri vniuersi.

Adeoque (2.) diuretica non solum vt particulare remedium, vasis vrinariis debitum, sed vniuersale esse & generale, non minus ac purgantia & diaphoretica.

(3.) Possè tamen & sine illo publico adhiberi, sicubi circa hæc se remora offerat.

(4.) Vrinam constituere duo elementa essentialia, aquam, seu phlegma potius, & sal, eaque.

(5.) Variè inter se proportionata; a cibo & potu magis aqueum, tempore vero remotiori magis salsum prædominari.

(6.) Facta horum improportione, inprimis excessu salis & sulphuris, moderatissimum quod esse deber, vrinam esse morbosam, adeoque vitia corrigenda, quæ supponit in corpore præsentia.

(7.) Sal esse primum diureticum, aquam vero seu humidum fereum primum fluxile materiatum. Sal primum est diureticum, quia fluxilitatem aqueam conseruat, incidit & artenuat, quia poros aperit & aditum parat illuc, quo humor sibi relictus non tranare tam prompte posset, quia partes membraneas vasculorum lymphaticorum & glandularum renalium blande stimulat & ad exitum sollicitat promouendum. Hinc vt salsedo maris motus eiusdem intestini est concausa, eaque non vltima, ita quoque salsedo feri ad motum eiusdem facit. Aqua prium est fluxile, quia, quæcunque fluida sunt, propter aquam sunt talia, variis licet characteribus alteratam.

Bbb 3

(8) Sal



(8.) Sale esse interpretem amicitiae seu sociationis terrae & aquae, aquae item & sulphuris. Unde huius mediatione cœnum sabulosum, sulphur biliosum cœnosum vna cum vrina educuntur.

(9.) Calorem dilarate poros, frigus constringere, adeoque calorem & salium actiuitatem coniunctam esse potentiozem.

Hinc de Diureticis colligimus in genere: *Quocunque elementa vrinae essentialia & mediantibus hīs secundaria ad exitum promouent, illa sunt diuretica.* Ad sunt & hic mouendi humores, naturae ductu continuo per destillationem per descensum educendi. Adest motor, archeus faber, materia. calor, sal. Quaecunque ergo, vt diximus, in motum eadem citant, illa sunt diuretica. Ex quo & latitudo patet horundem medicaminum, & clauis ad explicanda omnia & singula diuretica in specie.

*Quaecunque ergo I. fluxile reddunt serum particulis aqueis, non admodum crudis, & sale sc̄ris, illa sunt diuretica.* Duplici nomine aquea sunt diuretica, (1.) mole sua, qua potissimum polent, vnde vt omnis potus ad vrinam ciet ordinarie, ita etiam hæc aquea, seu potulenta, seu imprimis medicamentosa, ex necessitate quasi materiae; (2.) qualitate salina, licet magis vel minus diffusa. Cum enim sal sit primum diureticum, per dicta, secundarium vehiculum liquor quicunque, imprimis aqueus, in genere diuretica sunt, quæ his principiis polent; ita vt, quaecunque seu terrea seu aquea magis salino caractere sunt embryonata, magis sint talia, & vice versa. Et vtroque hoc modo stimulat, seu exitum sibi promouet & vrget vrina, mole, etiam aquosa penitus, & virtute, sale manifesto prædita.

Si itaque specialius hæc pensitemus, diuretica sunt (1.) *Salino-aquosa*, seu quæ substantiam aqueam habent, non penitus sale in recessu diffuso orbam, vti ex simplicibus seu per se prostantibus vinum, ob aqueum acidum sulphureum principium, aquosum imprimis, & album, ὀλιγοφόρον, largius haustum; serum, ob aqueo nitrosum, thermæ, ab aqueo alcalinum, acidulæ ob aqueo-acidum. Ex præparatis & compositis aquæ, decocta, infusa v. g. ex aquis aqua asparagi, bardanæ, alkekengi, apii, graminis, ononidis, rusci, vincetoxici, cerefolii, hederæ terrestres, vrticæ, genitæ,



niftæ, petroselini, virgæ aureæ, saxifragiæ; decoctum & infusum respectiue ex radice asparagi, quæ urinam nigram & fetentem reddit, bardanæ, ononidis, glycyrrhizæ, s. aper. mai. & min. aliorumque nominatorum, imprimis ligni nephritici, betulæ, cic. rubr. decoctum chinæ. Taceo succum betulæ aliaque.

Diuretica sunt (2.) *aquea-salino-mucilaginosæ*, seu quæ in mucilaginem temperantem & emollientem concreta sunt magis, siue in puluere ipso exhibeantur, vt radix althææ, glycyrrhizæ, ipsumque rhabbarum, & plantæ emollientes, in mucilagine & sale nitroso virtutem suam obtinentes, externe in vnguentis, balneis & clysteribus summe vtilis pro vrina cienda. Adeoque sal his omnibus quasi animam tribuit & confert.

Diuretica sunt (3.) *aquea-salino-oleosa*, vt imprimis semina 4. frigida coniunctim vel seorsim, violarum, quod probatissimum est in ischuria, alkek. nuclei persicorum, avellanæ, & ex his cum aquis paratæ emulsiones, non omissis conuenientibus aliis.

Hæc vt melius pateant, prius, quam prouehamur vterius ad reliqua, tenendum est, diuretica diuidi communiter in *proprie & improprie dicta*. Improprie dicta, alias vretica quoque vocant, quæ magis urinam, quam per urinam pellunt, seu quæ vberem copiosamque aquosam materiam suppeditant, seu aliis modis, vno verbo, quæ sunt frigida, non calida; proprie vero talia, quæ sunt calida. Hinc, autore Galeno l. 5. de simpl. cap. 13. *διετητικὸν* seu urinam ciens, per urinam pellens, est calidum & ficcum, & vi incidendi præditum: Sanguinem enim extenuare debet, fundere, & quod in eo aqueum est, tenue & serosum, secernere. Esse autem hoc remedii genus calidum Galenus duobus modis probare videtur; vno, quod ex acrium est genere. Atqui acria omnia sunt calida. Altero, quia diureticum sanguinem primum debet fundere, id est, dissoluere & extenuare, deinde ab eo serum segregare, quo facilius renes ad se, quod tenue aqueumque in sanguine est, attrahere valeant. At neque fusio neque segregatio absque calore peragi potest. Verum ex his colligimus quidem modum agendi diureticorum, nempe serum, latius sumptum, aqueum & potulentum & sanguinis fundendi & educendi, est



non tam intuitu primarum qualitatum id fit, quam potius ob principium salinum. Hinc cum videamus a temperatis quoque ob hoc ipsum fortiter satis pelli urinam, minus usum habet hæc ipsa distinctio, sed altera potius intemperata & calida, fortiora & debiliora. Neque ipsa aqua, sibi relicta & cruda, i. e. vegeto actiuo principio destituta, est diuretica, hinc etiam alia potulenta minus sunt talia, sed inflatiua, wollen nicht fort.

Satis est, hæc ipsa omnia fluxile magis & mobile reddere serum, pro mixturæ modulo variantia, quod cum præsent a quea quoque instructa salino stimulo, & terrea, imo illa longe optime, nil impedit, quo minus inter proprie dicta suo sensu referri possint.

II. *Quæcunque serum reddunt fluxile resoluendo & stimulando magis, sunt diuretica.* Resoluunt, quatenus separationem partium ferrosarum a sanguineis faciunt, velut præcipitando, vnde solet huc referri exemplum lactis. Acida separant a lacte serum; eodem pacto etiam in corpore secerni volunt aqueum a sanguine. Sed si paulo penitius hoc experimentum contemplerur, nil est nisi simile, quod illustrat, non demonstrat. Neque enim hoc valet de omnibus diureticis, non separant serum lactis alcalia, potentissima tamen diuretica, non alia. Ideoque præstat in genere nosse, salia quidem omnia esse diuretica, verum non eodem modo. Alia reddunt serum fluxile per se, quæ expandunt vna sulphur, vt alcalia & nitrosa, vnde citius in vasis suis decurrens, ob additum hunc stimulum, facilius etiam separatur, maxime accedente altero requisito dicto. Alia vero idem fundunt & fluxile reddunt secundo, si viscidius sit, in coagulum vergens, pituitosum, mucosum, sabulosum, incisoria & attenuante sua virtute, vt acida.

Stimulant, quatenus particulis suis inæqualibus & hispidis partim fero & consequenter renum archeo stimulum efficacem addunt, vt promptius ibidem fiat fermento proprio immutatio & secretio; partim poros eorundem intimius subeunt, & sic in peluim penetrant magis, seu deducunt partes aqueas. Stimulant itaque, citra molestiam tamen, si proportio seruetur, partes mem-  
brano.



branosas; stimulant glandosas & porosas. Dum ren cessat, ac pene obliuiscitur sui muneris atque destinationis, & velut indignatus exorbitansque laticem alio deponit, id furorem archei vocat *Helmontius tract. ign. hydr. p. 415. t. 31.* sed minus proprie, torpor potius est & desidia, vnde non tam placandus, quod idem vult, quam excitandus.

Vt itaque maxime naturalis & vniuersalis est vrinæeductio, quo serositas superflua, excrementicia, & alendo corpori inconueniens, quo etiam salia consistentiam massæ sanguineæ alioquin turbatura fecernantur; ita motum illum seri & salium impeditum ad renes & vias vrinarias promouent tum primæ classis aquea, tum eximie secundæ huius salina.

Illustrari potest diureticorum hæc actiuatio, (imo & reliquorum ad horum instar medicamentorum,) si consideremus sal esse primum solubile. Hinc diuretica effectum hunc suum edunt, siue eadem in ventriculo characterem suum communicent cum euolutis partibus chylosis, vt alcalina, siue vterius euecta salinam acrimoniam ad renes & vias vrinarias euibrent.

Commode vero hæc ipsa quoque in suos gradus partiri licet. *Resoluunt & stimulant* debilius seu minori gradu *alcalina*, seu terrea, vbi particula salinæ terreis prædominantibus sunt immersæ, seu quæ sale pollent magis implicito, v.g. oculi cancrorum præparati, diureticum laudatissimum, quorum vis alcalina ebullitione cum vino quoque elicitur, eorumque magisterium, aselli præparati, quorum vis alcalina-nitrosa resoluens insignis est, testæ ouorum præparatæ, cochinilia, in ischuria hinc laudatissima, lapides lithonriptici, nephriticus, lycis, pisolithus, item arilli & nuclei cynosbati, &c. Imo ex plantis quoque huc spectant tum insipidæ plures, vt radix chinæ, ononidis, tum amaricantes & acriusculæ, rad. s. aperientes, bardanæ, apii, pimpinellæ, rubiæ tinctor. rusci, graminis, vincetoxici. Ex herbis virga aurea, hederæ terrefris, capillus veneris &c. flores genistæ, semen fraxini, saxifragiæ, improprie ita dictum, milium solis, baccæ & trochisci de alkekengi. Hinc in hydrope euporiston est & commodissimum infusum ex absinthio, centaurio minori & baccis iuniperi.



*Rofoluunt & fimulant, quacunq; fale explicito & magis paffo gaudent.* Sic diuretica funt *alcalia* omnia fixa, vt fal anonidis, geniftæ, iuniperi & alia, quorſum & thermas referre integrum eſt, item lixiuium benediſtum Mynſichti, vel ex ſimplicibus quoque paratum, vt ex lixiuio dipſaci, imo & aliis, leguntur quandoque curati hydropici. De fale vel cineribus buſonum memorabilis obſeruatio exſtat apud *Wierum in obſ. p. m. 8.* meminit nempe Romæ marito aſcite diutius excruciato, puluerem buſonis vſti, vt veneno tolleretur, ſumptuum pertæſam vxorem exhibuiſſe; vnde copioſum hic lotium reddidit. Hinc ipſa denuo eundem propinat puluerem, vt citius ærumnoſam ſumptuoſamque vitam cum ſubita commutaret morte: qui ab vberiore aqua conſertim per veſicam exoneratus præter coniugis expectationem conuulſit. Tacemus commendare quoque, citante *Helmontio l. c.* auctores aliquot buſones viuos vtrinque renibus alligatos, pro ſolvendo hydrope per lotium. Sic & Ra tartari ſimplex & compoſita, ꝑii, ſilicum Glauberi hac faciunt.

Volatilia vero *alcalia* omnino etiam ſunt diuretica, vnde cochlearia & naſturtium vrinam pellunt quoque, item  $\ominus$  ſuccini volatile, ſpiritus ſalis tartari vrinofus, in hydrope egregius,  $\ominus$ is ammoniaci. Pertinent huc allium & czpæ, non ſolum interne, ſed & externe archeum ſphincteris veſicæ egregie excitantia, vnde ſoliti ſumus his ſub cineribus coctis vti, addito pro re nata, cerefolio, baccis iuniperi, ſem. lini &c.

Diuretica quoque ſunt *ſalia acida*, vt ſpiritus ſalis, aperitiuus *Penoti*, *Ludouici*; ex tartaro & vitriolo, tartari, vitrioli, *olyſſus antimonii* *Æratus* & *Æreus*, Ra aperitiua *Mæb.* ex fortioribus ſpiritus ſalis compoſitus, mixtura antihydrica ex ſpiritu cochleariæ, tartari & nitri, item ſumme laudanda nitroſa omnia, arcanum duplicatum, via ſicca & humida paratum, ſummum in hydrope & vrinæ ac ſeri *ſædæ* arcanum; & huic congener nitrum vitriolatum Mynſ. nitrum antimoniatum, ammonia cale, lapis prunellæ.

Diuretica ſunt *ſalia media*, tartarus vitriolatus, arcanum tartari f & materiale, & mixta alia,



III. *Quaecunque & fundunt sanguinem & dilatant excitato calore poros, sunt diuretica.* Id vero præstant salia maritata & immerita sulphuri, vt acria, oleosa, aerea. Sic rosmarinus est diureticum egregium, inter infusa anthydropica hinc referendum omnino. Sic chamomilla Romana eiusque decoctum triplicatum, ad ductum *Sim. Pauli*, baccæ iuniperi, semen dauci, hinc inter lithon- triptica & anthydropica militant. Sic semen lycopodii exper- tissimum est remedium in vrina restitante in infantibus, quod sæpius experti sumus. Sic succinum album præparatum po- tenter pellit vrinam. Meminimus quendam insignem virum, cum per aliquot dies mane sumisset ʒʒ. & amplius succini, inde copiosè excreuisse vrinam, vt timens diabetem desistere coactus sit.

Sic inter temperatiora etiam referenda rob iuniperi & alke- kengi, quod cum successu dedimus in dysuria iuuenis studiosi, habitus humidioris & pituitosioris. Quicumque enim sunt ca- lidiores tum in genere, tum quoad renes, citius emittunt vrinam. Quicumque vero phlegmatici magis & segnes, obesi, tardius & minus, viri præ fæminis. Indeque paratum maluaticum iuni- perinum, spiritus iuniperi, fragorum, nephriticus noster, descri- ptus *tractatu de Cynosbato Hagendornii*. Sic potenter vrinam pel- lunt terebinthinata omnia, vt in bolo, colostro, emulsione, pilu- lis, seu *MP* de terebinthina, ♁us & ♁o terebinthinæ, ♁o scorpio- num interne quibusdam vulgo, & præcipue externe, simplex & compositum, ♁o succini, anisi, iuniperi, macis, terebinthinæ, pro interno & externo vsu, item balsamum sulphuris omne, a cuius vsu aliquando diabetem in studioso obseruauimus.

Potentissime omnium vrinam pellunt cantharides, ob sal vo- latile copiosum erodens & stimulans, vnde ad salinorum siue se- cundam classẽ pertinent, & sulphur volatile, quod per destilla- tionem patet. Neque enim tam propter hispidas aculeatas partes agunt quod nonnulli pro ratione allegant, nam tritu & mixtione cum aliis viscidis, rotundis, oleosis, pereunte illa figu- ra nihilominus potenter id præstant; sed caute iis est vtendum, ac dosi refracta.



Sulphurea nimirum cum aqueo principio mixta mitigant & laxant magis vias, cum salino stimulant, & calore suo dilatant poros, motumque promouent. Medio modo se gerunt cum terreo, vnde glandes quercus insigne aliquando in stranguria remedium notauimus, & ossa dactylorum huc spectant.

IV. *Quæcunque humores in motum cient & fundunt, etiam pro alia primaria intentione, sunt diuretica.* Non dicemus latius de *diaphoreticis*, quorum actio cum diureticis sororiatur, & sæpe v. g. ab  $\frac{1}{2}$  diaph. magis vrina quam sudor cietur, quatenus tum hoc, tum alia consimilia humores in motum cient & fundunt. Præstant id inprimis *purgantia*, quæ omnia & singula sunt diuretica, tum a priori, quatenus fundunt humores, & fusione hac sua ad vrinaria vasa magis dispensant serum; tum a posteriori, quatenus per consensum alui necessario quoque ad excernendum sollicitatur vesica, quod experimur quotidie, licet e contrario id non valeat. Commune id est omnibus purgantibus, non soli cassiæ vel rhabbaro, quæ in specie nonnulli in censum diureticorum, vocant, sed omnibus adeo aliis, neque enim fere exolui potest alvus, nisi producta opera simultanea & omni quasi exhausta vrina, quod in dysentericis cum ipsorum molestia insigni vidimus sæpius. Præstant idem quoque *aperientia* mediate, quatenus his in glandulis intestinalibus & mesentericis humores restitantes promouentur, fermentis partium non neglectis, sed restitutis potius simul.

His de materia diureticorum dictis, de vsu quoque iam vltius dicendum est. Hic vel vniuersalis est, vel particularis & specialis. *Diuretica* nempe (1) *pellunt urinam*, vt, quando cunque restitet, præsto sint hæc præsidia, adeoque intentione primaria locum habent in vrinæ vitiiis, inprimis in defectu, dysuria, ischuria, aliisque specialibus mox recensendis.

(2.) *Diuretica sunt seriduca & seri correctoria.* Vsum hunc ipsius itidem vrinæ consideratio suggerere & illustrare potest. Educunt non tantum aqueum superfluum a potulentis, sed & aqueum sereum superfluum; Educunt salia superflua, acida & alcalia; educunt partes terreas, tartareas, singula massam sanguineam



neam & speciatim serum inquinantia. Quod quantum sit, vix dici potest, cum ex hac separatione denegata innumera scaturiant vitia morbosa. Sed videamus hæc paulo distinctius & specialius.

(a) *Diuretica scilicet vnice corrigunt aqueum superfluum, seu serum excessu, seu quantitate & motu peccans*, quod nempe non tam in glandulis subcutaneis hæret, per sudorem magis dissipandum, quam in vasis & glandulis corporis internis. Hinc profunt in cachexia, hydrope omni, anasarca, tympanitide, quippe & in his serum excedit, præcipue vero in ascite, quando vel aliorum viscerum vel strenum vitio cumulatur lymphæ, & ex vasis suis excidit, collectum in poris partium infimarum, pedum, & cavitæ abdominis, ipsiusque scroti.

(B) *Diuretica corrigunt serum in qualitate peccans, seu sit oleosius, seu pituitosius, seu ichoreus, seu tartaro saturum.* Serum oleosius parit obesitatem, cum torpore quodam, & corporis caloris quiete. Diuretica vero vnica sunt specifica obesitatis nimix, v. g. species diaspolitici Galeni, ob nitrum, hepaticum rubrum, arcanum duplicatum & alia. Audiamus *Helmontium l. asthm. & tuss. t. 44. p. 306.* vt atrophiam, *inquit*, vidi occasionaliter e latice sustentatam, ita & pinguedo seu obesitas, me spectante, vnico bimestri per potum diureticum, loco cereuisix, sumptum abacta est, quod confirmat *l. ius duumu. p. 249*. Sic & Chiappinus Vitellius, Ceronæ Marchio obesissimus, cum vino sibi sponte interdicto acetum bibere ad vitæ vsque finem instituisset, 87. pondo decreuisse compertus est, teste *Famiano Strada de Bell. Belg. dec. 1. l. 8.* Et Sanctio Crasso, Legionensi Regi, Cordubenses Medici certa herba corporis aruinam extenuarunt. Nomen autem herbæ, sine dubio diureticæ & vnus ex recensitis, non addit, qui id refert *Iobannes Mariana Rerum Hispan. lib. 8. cap. 7.*

Pituitosi exemplum præbet cachexia, & calculus pituitosus, (nam præter sabulosum & saxeam etiam pituitosus datur,) imo & affectus hypochondriacus. Vidimus in scorbuticis aliquando inprimis in quæstore quodam vicino, yrinam adeo lentam & spissam, vt exprimi magis & trahi, quam fluere posset. Adde & hinc concretos tumores & affectus varios.

Ichtho-



Ichorefcens serum occurrit in gonorrhœa simplici & virtus lenta, item in fluore albo, ibi vero diuretica ichorefcentiam feri hanc auferentia sunt specifica & optima. Sunt vero hæc speciatim & præ aliis, quæ partes oleofas roborant, ferofas abftergunt & mitigant, vt nominatim fuccinata & terebinthinata. Curavimus plures tales affectus feliciffime effentia fuccini, tum fimplici, tum cum Ra bez. & anod. mixta. Vix dici potest, quam egregie fucciffue ichorefcentia hæc defierit. Imo & fuccinum in fubftantia album cum caftoreo & ebore in fluore albo facit officium. Hinc *Schwalbius* recte: vterus albo foetens fluore diurefi mirifice mundificatur. *disq. therap. f. 5. p. 97.* Imo dudum diuretica pro fpecificis commendavit in hoc affectu *Hippocrates l. 2. de morb. mul. c. 9. t. 23.* Ichorefcentia vero obiter eft, quando serum balsamicum sulphureum amittit vigorem, falia vero extravertuntur magis, vnde in glandulis ftagnat, non reuehitur, & velut fonticulum parit.

Tartaro fetum magis eft serum inprimis in calculo & arthritide, famofiffimis affectibus, adde & affectu hypochondriaco & fcorbuto. Hinc diuretica & horum funt genuina remedia. Hinc quamdiu vrina probe fluit & fudor, vix paroxysmus arthriticus refpectiue, vel nephriticus ingruit. Hinc videmus vrinas arthriticorum copiofo pollere fabulo, quod ipfum etiam in ictero valet, vbi ipfa quoque in figniffime pollent.

(γ) *Diuretica pro varia difpofitione humorum & fua texture varia fortiuntur munia, v. g. abftergunt, aperiunt, educunt, diluunt, temperant, pellunt, refoluunt.* Hinc reciproce hæc prædicantur recte de diureticis: Quæcunque abftergunt, ftimulant feu fundunt & aperiunt refoluuntque, funt diuretica, & contra Aquea & liquida abftergunt, diluunt, temperant & mundant magis, inprimis fimul mucilaginofa & temperata. Salina & terrea magis ftimulant & refoluunt, fabulum expellunt, incidant, aperiant, præcipitant, præcipue fimul sulphure foeta, vt terebinthinata, quæ intenfius id præftant; hæc ipfa tamen & mundant fimul. Valent hæc etidem, quoad yfum particularem, in renibus laborantibus, & generalem totius reliqui corporis. Hinc diftinctio inter pellentia & refoluentia nephritica laudatiffima eft. Hinc vince-  
toxicum



toxicum specificum est hydropicum, quod aperiendo educat. Hinc etiam quod pellant, diuretica etiam partum facilitant, & memini medicum satis clarum præscripsisse eo casu emulsionem seminis milii solis & violarum, cum successu; imo borax ipsa, præcipuum specificum, vna insigne est diureticum, salinæ quippe profapiz.

Nec obstat videri hæc sibi contraria, quod acidâ v. g. franguriam faciant, & tamen eadem, vt spiritus salis, franguriam semilem, molestissimam sane, vt in aliis vigiliz, in aliis pruritus est, tollant. Dudum id notauit *Cous l. de loc. in hom. c. 51. t. 12.* franguriam, ait, idem facit, si non sit, & si sit, idem sedat, non tam per similitudinem, quod ibidem innuere videtur, quam per contrarietatem, correctio hoc modo sero, correcto fermento ventriculi.

(d) *Diuretica natura conatus iuuant.* Crisis per vrinam præ reliquis tutior fere & melior esse consuevit, siquidem natura huic excretioni perpetuo vacat, perpetuo stillante vrina & in recipiens vas suum lata. Quando ergo in febribus & morbis aliis reliquias & mineras morborum per ductus vrinarios expellere, fatagit, optime se gerunt hæc ipsa, selecta pro affectus modulo. Aptissima hæc est via & maxime naturalis, per aluum enim solum scybala crassiora & bilis iners, per sudorem serum tenuius, diffilabile, vinctuosum, salinum tenuius; Per vrinam coniunctim M. S. recrementa educuntur. Idque tanto magis, quando stagnat, nec mouetur, vti par est.

Restant cautelæ, circa vsum horum obseruandæ: 1. *Inter vniuersalia, post principia sunt diuretica;* non ratione nobilitatis, vel prærogatiuæ minoris, sed ratione ordinis. Advertendum hinc in praxi, posse quidem aperiencia diuretica variis in morbis etiam primo loco propinari, vt in hydrope & calculo ipso; sed quando reliqua indicantur simul, semper prius purgandum, vel sudor mouendus est, quam diuresis procuranda. Crassiori enim expedito, & materia imminuta morbifica, melius hinc operari possunt hæc ipsa. Hinc hoc sensu in progressu magis, quam principio morbi statim danda sunt, cum scilicet natura vel arte materia nonnihil est diminuta. In principio enim plerumque copiosa



copiosa est, & vtiliter per ductus vrinarios euacuari nequit, eo quod metuendum, partim ne frustra futura sit eorum actio, non subigenda copiosiori materia seu humore, partim ne copia sua, dum ad angustas vias ruit, eas obstruat, & sibi & aliis transitum, intercludat. Valet hoc in arthriticis quoque, ictericis & aliis dietis. Qui arthriticos v. g. curare præsumunt methodo Helmontiana, sine venæ sectione. sine purgatione, solis diureticis vel diaphoreticis, frustra sunt, & longius maceant ægros, & sæpe ex vaga fixam, ex fixa nodosam arthritidem reportant.

2. *In adhibendis diureticis perpetua esse debet proportio feri, vt non deficiat, sed vel subsistat, vel superfluum, vel sufficiens sit.* Nisi enim hoc obseruetur, varia solent euenire incommoda, hinc inde apud præcticos occurrentia. Valet id vtroque statu, & præferenti, frustra enim ex pumice aquam elicueris, seu non dato sero illud e corpore non licet pellere, & futuro, ne quid nimis, ne educta tenuiori, fluxili, salia diluente & temperante materia, reliqua concreascet, inspissetur & coaguletur magis. Hinc pertinet huc illud *Cratonis* monitum non negligendum: Diureticis calculus inducitur & ischias augetur, *Conf. 154.* Intellige, non legitime vsurpatis. Hinc consulto in febribus potui indimus clystum  $\frac{1}{2}$ ii. Hinc in calidis & siccis affectibus minus profunt diuretica, præterquam aquea & temperantia, vt potiones, emulsiones, vt in febribus heceticis, phthificis & ardentibus, alias enim sua caliditate & siccitate malum augerent. Imo hæc ipsa commoda sunt ideo, quod & vehiculum & stimulum secum vehunt. Esse etiam hic modus in rebus debet, ne ultra quam par est stimulemus, non ultra *ἔνδοξιαν*, alias furibundum reddemus archeum renum, vnde etiam huius rei index est sitis coniuncta cum diabete. Sitis appetitus est humidi, manifesto indicio illud deficere, vnde instar regulæ esse potest: vbicumque adest sitis, diuretica non nisi temperatiora locum habent, pellentia fortiora proprie talia dicta non item. Alias plus periculi erit facile a remedio, quam ipso morbo. Adeoque cauendum, ne mera pellentia, in defectu inprimis feri, intempestiue adhibeamus, neque sanguis nimia fusione de tono suo deiciatur.

(3.) *Diureticorum cum cibis minus commodum est connubi-*



393. Cautela hæc est itidem *Græconis Consil. 143.* non miscenda esse, *inquietis*, cum cibis, sed longe ante pastum assumenda; quia nempe citius, quam par est, in vasa præcipitant chylum, seu euolutionem, euaporationem immoderatus accelerant. Quod ergo de aliis medicamentis in genere hoc passu valet, id *ναί* *ἰσοχρῆν* de his ipsis est intelligendum.

4. *Ipsis vasis & visceribus, vrina excretioni velificantibus, affectis, cautius danda diuretica.* Sicubi scilicet vel inflammatione vel exulceratione laborent, non oneranda sunt nimis vel affligenda. Præstat tunc uti terreis & alcalinis, temperantibus, traumaticis simul, ut trochisc. de alkekengi, ocul.  $\sigma$ . item exterius saltim, quo nomine oleum terebinthinæ, utpote traumaticum, in miætu cruento exterius illini lumborum climati potest commode. Sic etiam cauendum, ne iisdem calculus præcipitetur in vasa, cum lethali sæpe ischuria. Sic & ischuria præsentis non tam pellendum, quam resoluendum, quod de nephriticis diximus quoque.

5. *In Diureticorum usu attendenda etiam est conuenientia seu consensus viscerum,* tum pro generali, tum pro particulari eorum usu. Sic *Galenus l. 5. simpl. c. 13.* monet, diuretica ad expectorationem puris promouendam inepta esse, eo quod natura illorum sit calefactoria & exsiccatoria, tum & concoctoria & secretoria; seu pulmones per vias vrinarias minus commode expurgantur. Hinc ab eodem commendatur euacuatio per vrinam in affectibus hepatis, gibbas seu conuexas illius partes magis obfidentibus, tanquam magis conuenientibus cum viis vrinæ, *l. 13. M. M. c. 15. & 7. M. M. c. 13.* ut, si in parte concaua sit vitium, per intestina, quo per proximiora fiat euacuatio. Sic splenetici commodissime ferunt diuretica, quin præ catharticis feliciter sæpe his curantur, teste experientia & *Sanctorio comm. in 1. a. 21. p. 226.* Sic *l. 2. epid. t. 27.* Bion per vrinæ profluuium liberatus est a lienis tumore. Consensus vero lienis cum renibus, præter alia, est per lienis arterias, quæ arteriis emulgentibus inseruntur; adeoque conuenientia locorum & hic attendenda.



## LIBRI II. SECTIO II. CAPUT XI.

De

*Emmenagogis.*

**C**um in omni foemini generis affectu maxima ratio habenda sit mensium, merito de eorum statu integro seu restitutione per apta medicamenta agendum est, quæ unica sunt hæmagoga. De his priusquam dicamus, pauca quædam, quæ de mensibus huc faciunt, supponemus: (1.) nunquam fluere menses, nisi sanguis sufficienti quantitate in corpore adsit, vel respectiue abundet, & ὄρασμῶ polleat, & quidem maxime proportionato cum sanguine sero. Quod prioribus ætatis annis ad incrementum corporis impendebatur, iam ad speciei propagationem destinatur a natura, quo officio cessante profunditur tanquam corpori onerosum & superfluum. Ex quo ipso argumentum capitur pro materia nutritionis illustranda & confirmanda. Illud nempe sine dubio nutrit corpus, quod nutrit fœtum, & quod corpori prius augendo inseruiebat, illo verum finem consecuto tanquam superabundans excernitur, iam vero non solus sanguis, sed sanguis & serum id præstant, non alius humor.

(2.) Ad mensium fluxum, ut fiat, requiri duo: ipsum mobile, & vias, per quas illud moueatur, testante id ipso quoque Galeno lib. 5. de simpl. c. 22. Mobile sanguis est in venis contentus, viæ sunt vasa capillaria & pori. Seu ad mensium lunare tributum requiritur status uteri quoad vias & poros integer, & sanguinis ὀρασμῶδης. Superfluitas vero hæc est æstimanda non absolute, sed respectu vniuscuiusque individui, vnde non obesa solum, seu plethorica & carnosæ potius, sed & macriores patiuntur menses, imo copiosos sæpe.

(3.) Posse obstrui menses dato alterutro, vel sanguine indisposito ad turgescentiam, vel viis obstructis. Videmus enim toto die sanguinem turgescere quidem, & stato tempore sympto-

mata



mata causari cum fluxuro sanguine communia, sed ad superiora magis ferri, quam ad debitum locum. Et quidem menstruus fit, quod integro mense colligi queat tantundem, quod abundet & tum inclinatione propria, seu archei vteri motu tum lunari remoto nutu exitum affectet. Quod ipsum notat principaliter serum, adæquate sanguinem, velut magis excretionem moliri, non aliter ac in maribus loco mensium sunt pollutiones nocturnæ diætæ, sero tunc ad turgescientiam magis disposito, & phantasia ad obiectum hoc intrinsicum somnium venereum vel quasi largiente.

(4.) Obstructiones, mensium obstructorum vel suppressorum causas, esse vel communes, vel proprias. Communes, quæ alibi quoque v. g. liene, mesenterio, hepate & aliis locis visuntur, a sanguinis lentore, fixitate, statu acetoso. Proprias, quæ soli vtero, quoad vasa & poros competunt. Fatendum tamen est, obstructions aliorum viscerum laudatorum non semper mensium paucitatem vel suppressionem causari, sed sæpe ipsum mensium profuuium immoderatum.

(5.) Acida sanguinis *δρασμὸν* infringere, alcalia promouere. Illa figendo & obtundendo, hæc rarefaciendo sulphur & sal volatile sanguinis. Hinc quibus acidus magis est sanguis, minus fere patiuntur mensium, quibus vero alcalicus, nimis magis fluxum.

(6.) *δρασμὸν* omnem sanguinis deberi salino volatili principio principaliter, secundario sulphuri, vnde fluxilitas feri, vehiculi salium, promptior, vnaque calor dilatans poros rarefactionem maiorem & sequitur & producit. Impedire vero eundem, præter acidum, lentorem, pituitam, viscedinem.

His præmissis dicimus: 1. *Quæcunque impedimenta δρασμὸς* siue turgescientia sanguinis & feri mensuræ tollunt, sunt emmenagogæ. Sunt hæc ipsa sine dubio vel communia, vel priuata, illa primam tuebuntur classem, vno verbo aperientia. Quamuis enim hæc, proprie loquendo, menses, saltim principaliter, non moueant, mouent tamen mediate & secundario, disponendo & sanguinem & vias, vnde vtramque absoluunt paginam, imo reliquis sternunt aditum. Talia sunt radices s. aperientes, apii, aspara-



gi, fœniculi, rufci, petroselinii, decoctum aperitiuum simplex & mistum cum vterinis specificis, ipsisque martialibus. Præcipue enim decoctorum & infusorum huc facit forma. Item folia cerefolii, sal artemisiæ, tinctura tartari, qua in symptomatibus inde productis felicissime vsi sumus, & omnium apex seu præcipua martialia, limatura ipsa cruda, crocus ꝑis præparatus, imo aperitiuus omnis, quo solo, inprimis cum olei destill. cinam. vel caryoph. momento læuigato, cum oculis ꝑptis, vel aliis, vti possimus; item puluis cachecticus minor & maior, additis oleis destillatis; Ra ꝑis prærea, Ra ꝑis pomata & cydoniata, fermentationi sanguinis exfuscitandæ & humectandis corporibus optime dicata, inprimis volatilis, accessione vnius ꝑci, reddita. Hæc scilicet singula acorem & pituitam, duo sanguinis rarefactionis, fermentationis ac *ὀξυγασμῶν*, impedimenta ordinaria tollunt & exsuperant.

Notabile vero est, præcipitantia & absorbentia quidem hæc salina & martialia inseruire huic scopo, & emmenagoga esse, quatenus & acorem tollunt, & pituitam fundunt, & sulphur vna sanguinis rarefaciunt; non æque tamen alia omnia quoque huc facere, quæ ipsa, licet per acidens, menses potius obstruunt, quam referant. Notum enim est, sæpe, vt palleant, cretam comedere puellas, vnde per quod peccant, punitæ hinc chlorosin reportant, seu pallorem cum virore, quatenus fermentum ventriculi acidum volatile obtundunt nimis.

Tantoque magis hæc ipsa aperientia & materialia conducunt, quod salia tartarea siluestria simul corrigant & respiciant, amurcam venarum vocat *Helmontius*. Obseruatum enim est toto die, suppressione mensium laborantes corripì & mori hinc phthisi, etiam alias non adeo macras, vel ad phthisin dispositas, quatenus salia peregrina ad cor tanquam fontem delata, inde ad pulmones regurgitant magis, ibique teneras vesiculas erodunt, vnde & respiratio difficilis ordinarie ipsas fatigat, tum ob sanguinis hanc stagnationem, tum eiusdem lentorem & torporem. Ex eadem ratione pulsus frequens tunc euadit.

Pertinet huc, quod ad cienda menstrua remedium facile & inauditum deprædicat *Zacutus Lusitanus* l. 3. M. P. H. c. 10. obs. 3.



p. 494. terram, quæ in mineris ferri reperitur, siccata & subtilissime trita, eadem dosi, ac chalybs, propinata, quam utilitatis incredibilis dicit, non alia tamen, quam exposita de ratione.

Tacemus aperientia alia sub spleneticis & scorbuticis exposita, unde & cochlearia menses mouet, & alia plantæ antiscorbuticæ omnes

Excipiuntur vero ex hac classe acida & nitrosa, quæ alias inter aperientia & sanguinem fluxilem reddentia militant, quia, licet pituitam incidant, *όργανα* tamen principia, sal volatile frangant, & sulphur siue calorem obtundant. Hinc toto die ab usu acetæ & acetariorum, vt & lacticiniorum, placentarumque esu, obstructio mensium acquiritur. Hinc acetum *ύσσεραλγής* est, nec Raperitua acetosa huc facit. Acidum tamen sub dominio reliquorum secundario huc facere potest, vt in mistura simplici vulgari, & antiscorbutica.

2. *Quæcunque sal volatile & sulphur sanguinis intendunt, expandunt & in motum cient magis, sint emmenagoga.* Facta enim rarefactione & ad ipsum dictum *όργανόν* restitutione, sanguis velut exuscitatur, & qualitate vitiosa & ad motum inepta correctæ, toralis suis non contentus exundat, & *άνασομώσδ* naturali ampliorẽ viam affectans excidit.

Hoc vt illustremus amplius, tenendum est, sanguinem, vt omne humidum quoque, & quasi tale, vt mercurius viuus, esse rarefactiuum, & calore siue intrinseco potissimum, siue extrinseco expandi magis. Altera ergo hæc classis est emmenagogorum, volatilium & quasi talium, quæ calorem torpidum exuscitant & ad expansionem citant.

Excitant sal volatile, sale volatili insignia quælibet, dictæ plantæ antiscorbuticæ, sal succini volatile, res fuliginis,  $\Theta$ is \*ci, C. C. f. & succinatus. Hinc  $\omega$   $\Theta$  \*ci f. & oleosus, vel cum elix. propr. quoque, commode ad aliquot guttas mane & vespere propinatur eo casu.

Excitant enim sulphur & sal volatile seorsim sulphurea balsamica, coniunctim sale volatili oleoso facta, licet maiori vel minori gradu, minori plantæ amaricantes & fixiores, maiori aromati-



matica, magis vel minus volatilia, plantæ aromaticæ, cephalicæ, vterinæ, vt radix zedoariæ, galanga, rubiæ inæolorum, imo & radix præniæ, huc relata a quibusdam; Herba artemisia rubræ, quæ in decocto optima est, calametha, diptamnus Creticus, marrubium album, cuius summitates in vino albo infusas per 3 triduo epotas miræ ad prouocanda menstrua esse facultatis innumeris comprobauit experimentis *Borellus cent. 4. obseruat. 14.* Abrotanum, licet externe magis, matricaria, melissa, pulegium, nepeta, rosmarinus & decantatissima sabina. Adeo enim pellere creditur, vt & fœtum exturbare queat; verum id commune est ipsi cum omnibus emenagogis fortioribus, neque valet nisi in dispositis. Ex floribus cheiri & calendulæ, item baccæ lauri, iuniperi, cicera rubra, anthophylli & aromata alia, myrrha, flores sulphuris, succinum costus arabicus, laudantur. Potentissime idem facit crocus, & ex his parata, v. g. decocta, infusa cum vino, essentia myrrhæ, s & balsamica, cum  $\omega$  \*ci vinoso parata, croci, elixir proprietatis antiscorbuticum, vterinum Crollii, Ra bezoardica Mich. camphorata, qua exhibita in succulentis vidimus extraordinarie quoque menses motos fuisse. Item pilulæ de tribus, trochisci de myrrha, vt & olea  $\Omega$ ta, iuniperi, melissæ, succini, cinnamomi, caryophyllorum, sabinæ, simpl. & crocatum M. quæ potentissime id præstant.

3. *Quacunque & sanguinem fundunt & archeum vteri exstimulant, sunt emenagoga.* Duobus modis officii sui admonetur archeus, partim subministrando adminicula debita, h. l. ad sanguinis  $\delta$ ργασμὸν reducendum, & tollendo impedimenta, quæ id fieri prohibent; partim addendo calcar & stimulum, vt & humoribus actiuior motus imprimatur, & partes membranosæ vteri & glandosæ papillares exstimulentur, vt promptius de se mittant humorem onerantem. Stimulant ex generalibus *diuretica*, quæ licet deficcet, in humidioribus tamen, seu non exsuccis penitus, emmenagoga quoque sunt. Neque enim, quod diximus, ipsa vrina sollicitari potest, deficiente largius humore. Faciunt id tum ob viciniam & consensum, tum ob fundendi serum vim & abstergendi.

Sti.



Stimulant *purgantia* intus propinata, & *vomitória*. Vtraque quatenus fundunt humores & stimulum addunt *ὄλασμαὶδῆ*, tum mitiora, tum fortiora. Ita aloë ad pallidos colores specifica est, multis nominibus, indeque paratus puluis ad pallidos colores Schironii, *Heerio* tantopere dilaudatus; item electuarium hier. picr. elixir propriet. &c. Hinc in genere frustra est menses referre velle citra purgantia, in specie vero cholagoga & phlegmagoga, tanquam magis deterfiua & acria, vel amara, nominatim giapam, scammonium, troch. alhand *Mp.* tartar. non omisiss tartareis fermentatiuis.

Præprimis vero vomitoria, etiam compressoria sua virtute, quam habent coniunctam, sanguinem ad inferius clima inquirant magis; vti etiam suo modo V. S. in saphena facta idem præstat cum successu. Laudant speciatim  $\ominus$   $\oplus$  cum aqua cinamomi. Ipso sæpe illo die, quo purgans vel emeticum datum, menses redire sunt visi.

Stimulant laudata iam secunda sub classe *volatiliora*, vt balsamum *Aris*, oleum succini, iuniperi, quæ cæteris paribus potenter stimulant & pellunt tum menses, tum vrinam. Stimulant seorsim etiam myrrha, crocus, hinc ad partum facilitandum quoque commendata, & communis cum his vsus borax, tanquam sal vetrinum longe laudatissimum, mixta cum aliis dictis oleosis. Stimulatio hæc vt interne conuenit per recensita, ita & externa seorsim consideranda veniunt mox.

Non stimulant vero vel menses cient, quæ lac augent. Legi hanc in rem potest elegans locus apud *Langium Miscell. cur. p. 46.* vbi thesin hanc defendit: menses cientia lac minime augent. Vt contrarium vero nostra hæc omnino vera erit. *Galenus* quidem *l. 5. simpl. c. 22.* emmenagoga similia esse iis scribit, quæ lactis materiam ad mammas promouent, quod nempe vtriusque eadem sit materia, sanguis ex ipsius hypothesi, eadem etiam viz, communes vtero & mammis, quod ex consensu vtriusque probat, addit tamen, medicinas, quæ sanguinem ad mammas promouent prolactis generatione, etiam deficientes & imperfectas vteri purgationes iuuare, prorsus vero suppressis, nullo modo iuuare.



4. *Quæcunque vterum immediate abstergunt, poros dilatant, stimulant, emolliunt, sunt emmenagoga.* Inter partes, quæ topicis iuvantur, eximius est vterus, quia & extus hiat, & partes ibi sunt delicatiores, porosiores & molliores, unde facilius afficitur, adeo ut vel aere frigido solo admisso in puerperis mox lochia supprimantur, in aliis lipothymix obrepant. Emmenagoga ergo specifica quoque sunt, quæ contactu hoc suo actuali & virtuali tollunt impedimenta localia. Suntque

(1.) *Emollientia*, motum humorum blande illuc inuitantia, viis dilatatis & referatis archeum excitando, porosque rarefaciendo. Sic faciunt huc balnea, commodissimi usus, si, præmissis inprimis per aliquod tempus circa nouilunium, vel ordinarium, tempus aliud, aperientibus, balneo infideat ægra, præsumpto emmenagogo interno, ex emollientibus & vterinis dictis, hinc suffimento ex pomis colocynthidis adhibito vel aliis.

(2.) *Dilatantia, abstergentia & rarefacientia*, quibus reliqua externa complectemur. Sic inter halituosa inprimis laudanda veniunt vrinosa, siue ex solo sale \*co, cum alcali quodam, seu ex scoriis croci metallorum, quod *Hartmanno* placet, fiat euaporatio, modo id admittant ægra. Sic *Gesnerus* ceruinam medullam ad ʒii. vel iii. sindone munda inuolutam & filo appensam genitalibus insertam tanquam insigne experimentum ad menses suppressos laudat. Tacemus, quosdam anguillam viuam commendare, quæ immissa vtero pituitam ex fugat ad corrigendam sterilitatem, minus practicabili, ut ita loquar, modo. Nec repetemus pessum helleborinum, ab *Angelo Sala* pro certissimo experimento commendatum.

Imo & clysteres vterini huc spectant, eodem fini adhibiti, vix tamen nisi in maritatis, & vbi id per medici auctoritatem licet, vel morbi, ut sterilitatis, status id exigit.

Hunc ipsum in finem sæpe ad thermas itur, tanquam sterilitatis auerruncum eximium, quod tamen minus locum habet, nisi frigidus & humidus sit vterus, siccoribus enim tum hæc, tum alia minus, per dicta, profecerint. Summatim, hæc ipsa aperientia sunt particularia magis, immediate magis ad vterum deriuanda, quæ



quæ particulis absterfuis, amaris, atribus, aromaticis, volatilibus, conspicua, quorsum & asarum spectat, vasorum vterinorum, capillarium & pororum inhzrentem amurcam abstergunt, pituitosum mucum, lateribus eiusdem adhzrentem, incidunt, fordes eluunt, porosque glandosos penetrant & referant.

5. *Quæcumque serum restituant, sanguinem depauperatum refocillant, & utrisque nouum vigorem conciliant, sunt emmenagoga.* Nisi enim, quod diximus, turgescat sanguis menses non fluunt; nisi vero serum respectiue abundet, non turgescit idem, vnde humectantia hæc talia, vehiculum quasi *ὄργανον* largientia, vnicæ sunt necessaria. Hinc obseruauimus, quasdam fœminas & virgines per totum vitæ tempus, etiam consenescentes, menses non vidisse penitus, ob solam hanc *ἰδιοσυγκρασίαν* vteri, in siccitate, seu feri minori abundantia, saltim quoad hunc actum & vterum fundatam, quod rarum est, idque citra vlla inconuenientia. Aliam notauimus septem liberorum matrem, quæ quadragenaria non nisi ter menses vidit. Præcipue vero febres, ut de aliis morbis non dicamus, feri & sanguinis sunt deprædatrices, vnde si paulo diutius affligant corpora, prompte emanent menses, dubiis non raro medicis, an febrim magis, an menses respicere debeant. Satis fuerit medico attendere mensium suppressionem sub conditione abundantia. Spectant huc, non alia quam hac ratione commendanda, dulcia, quæ v. g. siruporum forma ad menses ciendos insignius laudantur; Conueniunt hæc scilicet non præfenti maiori viscerum obstructione, sicubi vel nutrimentum deficiat, vel fermentatio & turgescencia sanguinis fit debilior, nec stomachus abnuat. Plurimum enim hæc nutrire certum est.

Vtimur emmenagogis in suppressa aut imminuta menstruorum purgatione. Horum nempe purgatio non eveniens, siue retentio, plurimorum morborum est genitrix fœcundissima, quemadmodum id præter experientiam quotidianam Hipp. 5. apb. 57. & Gal. in comment. ac passim alibi testantur.

Profunt ergo speciatim (1.) in mensibus suppressis curandis, præcipue in puellis etiam, si nunquam fluerint, nam & ille



status in præxi toto occurrit die, vt ferius ocuus circa annum 14. & sequentes eueniant symptomata non aliunde, quam a cessante eruptione mensium. (2.) In iisdem curandis & promouendis; Curandis, si emanferint, præcipue in producta inde chlorosi, quæ tamen & priori competit & accidit, quacunque causa externa accedente; promouendis, si tardi, pauci, non sufficientes, non ordinarie, non *εὐφώρως* fluxerint, sed dolorifici, cum doloribus capitis, dorfi, abdominis, imo vteri ipsius *ὀδύξις μῶ*, quod salino acetoso principio debetur, vnde & *Cous* menstruum hunc sanguinem terram radere (profusum) velut acetum scribit, *l. de morb. mul. c. 21. t. 14.* Taceo decolores, aquosos, pituitosos, nigros, ipsosque frigidos actu, quod ipsum idem quoque iam notauit, & nos obseruauimus in virgine hic loci, & arenosos. Imo etiam in fluore albo ipso conueniunt, siquidem hic distinctus quidem omnino est a mensibus, non facile tamen fit, si menses per omnia, vt decet, fluxerint. (3.) Speciatim quoque profunt ad lochia seu purgamenta post partum, in puerperis & partu difficili.

Restat vt de legitime applicandi emmenagoga modo dicamus. **I.** *Emmenagoga urgente natura & aurigante, non quieta, vel inuita propinanda.* Vrget natura, quando se his auxiliis opus habere innuit, per signa seu symptomata, quibus grauatur. Vocatur id in scholis medicis indicatio, seu prolectum ex corporis affecti circumstantiis indicium, hoc agendum esse, vnde vt alibi, ita & hic præsertim perpetuo medicus sibi dictum putet: hoc age, tanquam naturæ minister nimirum. Hanc in rem tenendum est ex praxi, duobus modis, ut menses moueantur, indicari, directe & indirecte. Directe, quando ipsi per se soli cessant & primaria hæc est indicatio, posito, quod vrgeat id natura. Indirecte, si affectus alius adfit, seu fouens suppressionem seu comitans, vnde consurgit indicatio secundaria. Vtrobique instar regulæ esse potest sequens: Vbicunque a mensibus suppressis nulla naturæ vel actionum naturalium læsio vel actu adest, vel ex hoc capite imminet, cessat indicatio menses mouendi; maxime, si stato tempore motus huius intentati vestigia a natura prodantur nulla.

Hinc



Hinc frustra dantur primo in iis, quibus per ætatem non fluunt, ut puellis tenerioris ætatis, nisi extraordinarie natura id urgeat, quod aliquando fit. Vidimus nempe aliquas decimo ætatis anno menstruatæ, quod alias in Orientalioribus non infrequens sed ordinarium quasi est. Par ratio est proæctæ ætatis, ferius ocyus pro diuersitate temperamentorum cessantibus iam iisdem per naturam, quod superfluitate non gaudeat, Vidimus hinc tortas fœminas 40. 44. annorum externis & internis talibus, ad cachexiam inclinantes, cum damno.

Deinde, in quibus etiam adultis per *ιδιουγενεσιαν* menstrua non fiunt, seu illa sit uteri, ficcioris, vnde etiam aliquando partes genitales flaccidius subsident, pro frigidis quidem vulgo habitis, sed vera calidioribus & ficcioribus, vnde & hæc sterilitas fere est incurabilis; seu sanguinis cum primis, in quantitate & qualitate minus ad hunc motum dispositi.

Porro in exhaustis a morbo, siquidem depauperato sanguine vt nunquam fiunt menses, ita nunquam citantia illos exhibenda tunc sunt. Vtque melius hæc pateant, addendum quoque aliquid est de tempore moræ. Cum enim *Senex* mensium suppressionem post sextum mensem *l. i. de M. M. c. 4. t. 11.* vel octauum, *c. 12. t. 3.* incurabilem definiuerit, sunt, qui præscriptionem hanc urgent; sed id omne nostro hoc sensu intelligendum est. Mens siquidem genuina illius est: Si motus naturæ vrgens in sextum vel octauum mensem non sibi reddatur, facile affricari posse inde corpori reliquo labem, & nominatim tabem seu phthisin, vel hydropem, quibus datis impossibile esse, vt supersit *ibid. c. 6. t. 1.* Hæc vrgentia naturæ sæpe hæmorrhagiis miris, per vomitum cruentum, per alia se exerit, testibus analectis medicis; vel si alia non sit via se liberandi, in alios terminatur morbos. Denique speciatim in grauidis. Nam

2. *Emmenagoga sunt ἐκβολια*, seu ipsa illa, quæ factum exturbant, consulta & inconsulta adhibitione. Non danda ergo sunt hæc grauidis intentione primaria, vt vel menses cieantur, vel fœtus exturbetur, quod contra conscientiam est, & medico Christiano indignum. Vti vero hoc non faciendum *ἐκ πειραστικῶς*,



licet, vt fit, aureos polliceantur montes; ita quoque falli non debet aliis pratentis relationibus, menses esse obstructos, siue in virginibus, siue coniugatis ipsis. Quodcumque enim menses in his coniugatis cessant, hoc indicium commune est imprægnationis, & cæteris paribus sufficiens, vt molam adesse, vel hydrophem vteri non temere arguat, vnde toto die abortiones contingunt, deceptis medicis. Idque valet quoque de vniuersalibus, purgantibus, vomitoriis, V. S. Sin casus dubius adfit, vnice profunt Alia & aperientia moderata. Hæc enim & hydropicum, si occipiat, tumorem auertunt, & menses, si natura illud intendat, referant & fœtum confortant, vel eidem non noxia sunt saltim. Quin ex hoc fundamento etiam renunciandum est, si quæstio offeratur medico, vel facti species, an hæc vel illa medicamenta fœtum expulerint, vnde vnde acquisita.

Non danda eadem sunt intentione secundaria, alia nempe quam mouendi menses, v. g. sudandi, resoluendi in febribus ardentibus, variolis, minus theriaca, v. g. cornu cervi & alia, in tussi flores sulphuris, balsamum sulphuris anisatum, in aliis affectibus aromata, olea destillata aliaque rarefactiua, nisi cautiissime. Vidimus sanissimam fœminam variolis mortuam, succedentibus intempestiuo naturæ motu mensibus, tanquam crisi asymbolica & contraria expulsionioni.

Non danda inprimis, præsentente dispositione vel concurrente affectu disponente per se iam ad abortum, vt febrî & similibus. Vtut enim robur naturæ ordinariæ sit in grauidis, vt non leuis laboris sit vel morbi quoque, vel ipsius dysenterix exemplo, fœtum expellere; attamen sunt etiam debiliores, rarioris texturæ, & vterum magis lubricum habentes, qui facile eiicit fœtum, quem custodire debebat.

3. *Emmenagoga iusto tempore data, etiamsi repetenda, felicissime inuuant.* Stato tempore archeus sanguinis & vteri specialis, in glandulis suis serosior, cælorum rythmum explicat, seu serum microcosmi perpetuo etiam suo modo, præsertim in fœminino genere, humidum macrocosmi æmulatur. Ita tamen id fit, vt motus lunæ specificetur etiam diuersimode ad modum  
recepti-



receptiuitatis subiecti, vti videmus in plantarum quoque genere diuersum influxum. Hic vero influxus nobis h. l. erit modificatio humidi diuersa. Tempus ergo mensium mouendorum aliud est commune, aliud proprium. Proprium est, quod vnicuique indiuiduo singulare accidit, siue sit nouilunium, siue plenilunium, siue alia quadra intermedia. Commune est tum quadratura lunæ diuersa, tum præprimis nouilunium. Hinc ut regula generalis est in scholis medicis, remedio specifico & proprio non cognito locum habere commune; Sic quoque de tempore mensium hoc idem valet. Si itaque ægra referre queat, hoc tempore vel illo menses ordinarie illuxisse, illud merito in praxi sequitur medicus, vt nihil inuita dicat faciatve minerua. Sin minus, vt in primo ordine occupatis, solemus in praxi attendere eo casu nouilunium, ut certo adsuefiat natura tempori, simulque insurgat ad ductum communem. Temporibus medicina valet, data tempore profunt, & data non apto tempore vana, (emmenagoga) nocent. Repetita vero diximus; obseruauimus enim, non uno ictu arborem cædi, seu non uno solo actu medendi absolui fabulam hanc. Frustra vero fuerit, alio quouis tempore perpetuo temere irritare naturam, ad motum & fluxum ineptam. Satis ergo fuerit singulo mense hoc octiduum circiter impendere, etiam quoad purgantia, emetica, V. S. balnea. Quin imo videmus & manu ducimur manifesto quasi a natura ad hoc ipsum temporis punctum, quod eodem exacerbari soleant prius latitantia symptomata, ut plurimum enim, dolor capitis, lassitudo & alia *Φανερότερα* tunc temporis apparere solent magis, reliquo vero filere. Quemadmodum in febribus solemus febrifuga ante paroxysmum propinare, ut natura magis in tempore iuuetur; ita & h. l. se res habet.

4. *Prima in applicandis emmenagogis ratio habenda est sanguinis, altera vteri.* Sin vero ordo inuertatur, frustra erit curatio. Quid iuuerit alueum sollicitare, ut humorem fundat, nisi riuus & fontis radix in alueum deriuetur restitans, vel impeditus? Par ratio est emmenagogorum. Nunquam menses fluere norunt & *ὀργασμὸν* pati in vtero, nisi redundauerit in corpore sanguis,



& motu suo *δρμασμωδει* huc feratur. Pellas ergo, empirice, quantum velis, vel ipsa fabina aliisque potentibus propinatis, frustra erunt omnia, nisi sanguinis consensus accesserit vniuersalis.

5. *Fluente bene disposito, pellentis facilis est efficacia, & contra.* Optimum tempus mouendorum per emmenagoga mensium est appetens ver, adæquatè reliqua. Illo enim tempore verno *δρμασμός* velut communis sanguini inducitur, luna cum sole novas quasi vires resumente & conspirante magis. Hinc soliti sumus a Ianuario v. g. ad Maium vsque, vnis solis diebus sex octo ante mensium tempus vel nouilunium, propinare primo aperientia, præcipue simul humectantia, pro diuersitate subiectorum, puluerem cachecticum, Ram *Ἰtis* cydoniatam, pomatam, tartaream, volatilem, quæ probatissima est in his aliisque casibus. Facto hoc vno alteroque mense, elixir proprietatis *Ἄλε*, vina emmenagoga purgantia propinanda, cum vel sine venæ sectione; sequentibus, si opus fuerit, quod rarius nec nisi in contumaciori & radicato quasi malo fit, *Ἰσ*  $\ominus$  *\*ci* oleosus, pulueres ex borace, cum  $\odot$  cinamomi, non omissis externis & moralibus aliis, quantum licet. Adeoque non stimulantibus sine aperientibus, nec aperiendum sine humectantibus, stimulantia magis ante tempus ordinarium, aperientia intermedio tempore conueniunt. Ita & sumptibus parcitur, & ægræ consentiunt magis, natura non obruitur, sed decenter potius inuitatur ad statum tempus.

6. *Emmenagoga & mensibus & partui facilitando debentur, paulo saltim mutatis circumstantiis.* Eadem illa prædicata, quæ diximus propria esse menses citantium, & partum facilitantibus debentur. Speciatim vero ea applicabimus, quæ id præstare solent in praxi vsitatus.

Opus nempe est (1.) ad partum *robore archei*, vt expellat onerosum iam sibi foetum, siue viuum, siue tanto magis mortuum. Robur vero virium in sanguine & spiritibus radicatur; *Quæcunque ergo sunt roborantia, quæ sanguinem & spiritus vigorant, illa partum faciunt, inprimis sulphurea, sale volatili oleoso foeta, balsamica, vt vinum, vinum maluaticum, aqua cinamomi &c.*

Opus



Opus est (2.) *robore villorum*; tenduntur enim tunc magis nerui, quæ tensio moderanda & facilitanda est. In cuius rei fidem *Helmontii* observatio tenenda, epilepsiam sæpe dormire, nec prius in apricum sisti, quam a causa occasionali actuetur, speciatim a partu. Indicium huius etiam est dolor, individuus quasi partus comes, omnis vero dolor grauior aliquid conuulsiui præ se fert, vnde sæpe cum dolore hoc ad opus concurrentes fibræ nerueæ in spasmodum crispantur & in munere suo cessant, quin potius in alium motum adiguntur. *Quæcunque ergo villos & fibras nerueas roborant, nec dolores tamen præterquam spasmodicos demulcent, partum faciunt.* Talia sunt cinnabarina, cinnab. natiua & ꝑii, siue per se, vt de specifico cephalico observatio notabilis a *Langio* recensetur, siue addita stimulantibus.

Opus est (3.) *stimulo*, vt dolores genuini, (non vagi, flatuosi, wilde *Wehen*) intendantur, non remittant; remittentibus enim iis remittitur etiam expulsio, vnde restituendi sunt dolores, debito modo, & citandi. *Quæcunque ergo stimulant & simulando dolores promouent, partum faciunt.* Stimulantia hæc sunt vel salina, vel sulphurea, vtraque vel mitiora, vel fortiora, vel aliis immersa, vel sibi relicta, vt inter aquea, aqua pulegii laudatissima, aqua lil. alb. calcatr. cerefol. &c. ex sulphureis anthera liliorum alborum, semen lithosperm. violarum, quæ alias inter nephritica locum habent, diptamnus Creticus, essent. ad partum facilitandum Michaelis, succinum album præparatum, sal volatile succini, ipsumque oleum succini, cinnamomi, crocus, pluribus indicationibus satisfaciens, roborat quippe & mitigat facultate sulphurea & anodyna, stimulat sale volatili oleoso, vnde & prouide adhibendus. Commendari etiam meretur fel & hepar anguillæ, specificum ad partum facilitandum *Helmontii*. Mulieres, ait, *ius diuuiur*, t. 46. p. 241. observauit, in partu difficili aliquot dies periculoso oblato poculo, mox ad summum ante semihoræ spatium enixas, propinato scilicet iecore cum felle anguillæ siccato pulueratoque in vino, ad magnitudinem auellanæ, nunquam in hoc experimento addi fessellisse euentum. Alibi *l. astr. incl. p. 103.* intra horæ quadrantem effectum hunc se exserere scribit.

Omne



Omne nempe fel stimulat. Inter salina, puta seorsim spectata, eminet borax Veneta, sal mirabile minerale, stimulans & laxans, (unde & inter aphrodisiaca alias numeratur recte) quæ basin constituit puluerum ad partum facilitandum; qualem & nos sæpius cum successu propinauimus, ex borac. Ven. ppt. ʒj. croc. ppt. g. vj. ꝑo cinamom. gut. ij. M. pro 2. dosibus, intra bihorium, si opus fuerit altera, propinandis, cum vino, vel aqua cinam. puleg. Idque & præseruandi sine, siue iuuandi & curandi, si vires naturæ deficiant. Tacemus glaciem Mariæ, decoctum oui gallinacei ex aquâ simplici, quod quorundam arcanum & domesticum est, infusum rosæ Hierichuntia, quod vulgo magni æstimant, & alia, satis sit nobis acquiescere in usitatoribus.

Opus vero (4.) est ad partum *viarum inferiorum lubricitate*, siue non solum pellendum, sed & emolliendum est, qua blanda emolliitione nimis tensi yilli itidem componuntur magis. *Quæcunque ergo emolliunt, siue partes abdominis tensas, siue vteri dilatandam vaginam, illa partum faciunt.* Hæc ergo emollientia, & antecedenter futurum partum ad exitum faciliorem disponunt, & suauiter inuitant. Hinc balnea ex emollientibus & vterinis ac neruinis vltimo mense optime conducunt, ex rad. alth. lil. alb. herb. ʒ. emollient. melil. chamom. orig. agerat. meliss. betonic. &c. Sem. fœni Gr. lin. fursur. rap. exicc. non omisso lacte. Hinc linimentum post balneum ex vnguento dialthææ, balsamum ad partum facilitandum Zobel. vel oleum iasmini aut amygdalorum dulc. solum cum oleo ligni rhodini abdomini consulto illinitur. Hinc pellem leporis recenter detractum magnificiunt quidam, etiam apud magnates, impositam abdomini parturientium. Hinc piguedo viperarum cum oleo succini & aliis vmbilico commode illinitur. Profunt item fetus ex emollientibus & vterinis impositi pubi, vel per suffitum humidum ad vterum delati, v. g. ex radice leuist. matric. artemis. &c. cum vino. Hinc oleum momordicæ tum illitum genitalibus, tum in clysteribus adhibitum facit officium, quod experimentum est *Exc. Volcameri* nostri, signatura etiam hoc confirmante, poma enim momordicæ matura contacta in manu dissiliunt.

Singulis



Singulis his etiam obſtetricantur vniuerſalia, vt venæ ſectio in ſaphena, quo de exemplum legi poteſt apud *Binninger. in obſ. emeticum ex mercurio vita*, de quo legi poteſt *Rolfinc. in chim.* inprimis vèro probatiſſimi clyſteres, a quibus ſæpius præſentaneum auxilium latum vidimus, vt de topicis aliis nil dicamus, de quibus legi poteſt *Fontanus tract. de extractione fœtus mortui per vnicum.*

7. *Duci manuſ natura in fœtu excludendo, quam pelli.* Ducentem ſequitur medicus, & aberrantem, vel ceſſantem ducit, vnde cum proſpectione hæc applicat, inprimis pellentia & ſtimulantia. Primo nempe certus eſſe debet de tempore geſtationis ordinario elapſo, adeoque natura ad partum ſe accingente. Nusquam præcipitantia magis nocet, quam in partus diſcrimine, matri enim, vel vtriſque ſæpe pernicioſa eſt. Certus de præuiis doloribus iisque conſtantibus & effectiuis, ſiue aperitiuis valuarum & portarum. Certus vèro inprimis de ipſo actuali niſu ad excernendum, vnde de eo curioſe ſolemus adſcribere vtendi tempus & modum. Fruſtra ſcilicet ſtimulatur natura, nondum de opere hoc naturaliſſimo exercendo cogitans. Fruſtra ſtimulatur, non remotis prius impedimentis, quæ exitum remorantur. Imo hæc frequentiſſima fere cauſa eſt infelicitum partuum, intempetiua ſtimulatio.

8. *Quo magis natura opis indiga, eo magis iuuanda.* Magis indiget auxilio fœtu mortuo, quod ab excretis fecibus per vterum, a conſequenti horripilatione & immutatione corporis materni, quod inde alteratur, & aliis coniuictim ſpectatis colligere licet. Tunc enim ſola iners pondus excernere debet, plumbeam molem, connitente prius ſimul fœtu & concurrente, quaſi diuiſis operis. Indiget non minus, ſi ſecundinæ fuerint retentæ, præcipue, quod interdum fit, ſi penitus accretæ firmiter adhæreant, nec extrahi ſæpe poſſint. Indicium inter alia huius rei eſt ſummus dolor & quaſi conuulſiuus puerperæ, exerens ſe ſimul, ac ſi vel leuius trahatur moles, mire increſcens, quod vidimus in fœmina, quæ ob torporem, otium & decubitum fere continuum durante geſtationis tempore adnaſcentiam talem ſibi contraxerat.



traxerat. Eadem igitur & hoc casu conueniunt, quæ diximus, expellentia & stimulantia, sed aucta paulo dosi, id quod & de mola aliquando valet, modo per certissima indicia, imprimis motus deficientis, & temporis moram id indagatum penitus fuerit.

Autor fuerim, ne quis vnquam in extimulanda mola sit audacior, nam obseruauimus frequenter in praxi, ordinarie naturam ipsam post tres circiter menses, quasi pœnitentem operis incepti inertis & frustranei, excretionem talismodi motu proprio facere, reclusis mensium portis & ceu nimbo profusis. Deinde facilis est error in diagnosi, vnde vt in dubiis alias mitiorem & tutiorem sequimur viam, ita multo magis id tenendum, vbi de vita hominis agitur. Nisi ergo natura simul se excretioni accingat, frustra erit ille stimulus, quod & de mensibus iam diximus. Laudantur vero pro foetu mortuo & secundinis expellendis tanquam insigne remedium testes equini preparati, autoribus Gesnero, Angenio, Fonseca, Heerio, qui illos omnes laudat & citat, *obs. 14. p. 185. seq.* Cum vero boracis accessione fere dentur, iis solis fidere non æque licet. Agunt ad modum castorei, quod tamen ad expellendum minus, quam dissipandum ac roborandum facit, vnde & experimentum ab Heerio factum, an testes equi preparati menses mouerent, non successit.

Tandem ex hac regula etiam de ligaculis, siue cingulis ex corio humano, ventri parientis admotis, iudicare licet. Commendat hoc, præter vulgatum vsum, Barthol. cent. 3. *bis. 87. pag. 177.* quod cingulis & loris his per medium discincta puerperæ feliciter foetum enitantur; addit, se expertum quoque non semel hystericas passiones siue vteri ascensum corii humani cingulum comprimere. Ratio iuuaminis manifesta est, adstringendo musculos, vnde corium ceruinum idem præstat. Omittimus exuuias serpentum eodem fine commendatas, & alia.

9. Tum puerperis in genere, tum speciatim secundinis retentis bezoardica & vtrorum purgantia optima sunt. Cum enim abiens e statione sua sanguis necessitate consequentiæ grumescat & putrescat facile; cum destituat calor & archeus ipsam secundinam  
ibi



ibi relictam, his unice auertenda *υδοματῶν*, ne massam sanguineam impetant, tutandus sanguinis tonus, ne tam facile peregrino fermento subigatur inuertaturque. Profunt posteriori scopo emmenagoga blanda, vteri purgamenta lustrantia, ex radicibus zedoar. galang. fol. meliss. rosm. anthophyl. croc. Prodest prior Ra bez. cum essentia castorei, elixir. vterino; medio loco se habet elixir proprietatis, vtrique intentioni debitum, tum per se, tum cum Ra bez. mixtum, item essentia myrrhæ balsamica, cum spiritu tartari duplicato parata.

10. *Mensum & lactis proportio sequitur sanguinis & seri abundantiam vel defectum.* Vtraque non fiunt, nisi cum quadam abundantia respectiua, superfluum quod est indiuiduo, ad hoc impensio. Vtut igitur non sint e diametro opposita, quin dato hoc casu simul stare & dari queant, vt & menses fluant, & lac stillent, quod ipsi in nutricibus succiplenis sæpissime vidimus; Quæcunque tamen ita cient menses, vt superfluitatem illam tollant, viam naturæ alteram ostendunt, vnde lac deficere potest. Hinc obiter notandum in praxi, in nutricibus nunquam citandos menses, quando enim non fluunt, vt id ordinarie quasi fit, indicio est, superfluum illud vnice ad mammas amandari. Adeoque vt lac augmentia proprie dicta non menses cient; sic nec proprie dicta emmenagoga lac augment, quin potius amaritie, tenuitate & dissipante vi sua idem imminuunt.

## LIBRI II. SECTIO II. CAPVT XII.

De

*Menses sistentibus.*

**C**VM contrariorum eadem, sed opposita sit ratio, cognitis emmenagogis facile etiam licebit noscere menses sistentia, factis nempe & obseruatis contrariis. Hinc ut ad ea digrediamur, 1. *Menses sistentia sunt, quæ ογ-γασμὸν* siue turgescientiam tollunt sanguinis & seri, siue menstruam, *siue*



*sive aliam extraordinariam quoque.* Non minus scilicet frequenter in praxi occurrit mensium immodicum profluvium, quam suppressio mensium. Licet enim in fœminis, quod instar regulæ valet, minus timenda sit sanguinis etiam largior profusio, quod, ob sanguinis serosiores statum, illam præ maribus ferre magis innoxie possint; attamen id non negligendum, tum propter symptomata, lipothymias præsertim vrgentes sæpissime, tum in futurum propter inde exoriturus morbos, nisi præcaueantur.

Præstant ergo id generatim & proprie talia, quæ motum sanguinis refranant, acrimoniam & impetum exundantem coercent, tenuitatem, fluxilitatem & turgescentiam tollunt, adeoque figunt & congelant. Vno verbo adstringentia, superius iam abunde exposita.

Cum vero *ὀρυσμὸς* hic supponat quantitatem ac respectivam copiam, siue in se & effectiue talem, siue affectiue quoad qualitatem, vnde expansus & rarefactus alueis & poris suis exundat, nec e viis communibus in proprias recipi potest, notandum est in genere, ipsa hæc adstringentia magis deberi posteriori casui, minus priori, vnde observauimus in praxi, ad immodicum mensium fluorem pro *ὀρυσμῶ* illo, sine quo nunquam fiunt, nimio tollendo opus esse depletionem quantitatis onerosæ. Depletionem vero optime præstare venæ sectionem in brachio, non in pedibus, quæ & diuinum est tunc remedium, & nisi administraretur hæc ipsa, tantum abest, vt adstringentia sola profint, vt potius non raro maiorem fluxum cieant, quatenus constringendo vasa vias minores reddunt, impetum vero quantitati debitum retundere nesciunt. Vt non possunt menses promoueri nisi præsentè quantitate sanguinis sufficiente; ita non sisti nisi absente, quod cuius experienti liquidum erit.

2. *Menses sistunt, quæ sal volatile & sulphur sanguinis intensius rarefacta & expansa, quantum licet, deprimunt & serum concentrant.* Faciunt id acida, austera, & nitrosa quoque, habito saltem ad vteri fibras respectu, præcipue in nitrosis, nam fluxilem reddunt magis sanguinem. Sic vsurpauimus cum successu Ramis adstringentem vel solam, vel cum Rra corall. remixtam, in-

terpo-



terpolatam cum puluere styptico anodyno, quæ duo vel sola suffecerunt ut plurimum. Sic infusa quoque locum habent ex concentrantibus similibus, quale describit *Rolsincius in ord. & med. comment.* Sic & Ra antiphthifica ad 15. 20. gtt. data adstringit menses. Hæc enim & dictam exequuntur intentionem, & serum concentrant, quod in omnibus sanguinis fluoribus necessarium est. Interim tamen exterius vires refocillandæ sunt ipsis excitantibus, ut balsamo hysterico, seu salis ammoniaci, aqua apopl. amar. acida & spirituosa cum castoreo, pennis perdicum accensis &c. si lipothymia, ut fit grauiori casu, ingruant.

Contra ea vitanda sunt strenue, quæcunque sal volatile & sulphur sanguinis adaugere vel rarefacere magis possunt, ut vinum, aromata, adeoque tenuium partium, motus ipse, quæ frequentissime & exuscitant & propagant affectum. Addi prioribus etiam possunt potiones diluentes & temperantes, qualis est *Sylviana* ad omnes hæmorrhagias communis, ex aqua v. g. centin. burf. past. torment. plantag. cum corall. præparat. lat. hæmat. sang. drac. laud. opiat.  $\frac{3}{4}$  & sirup. myrtin. subinde cochlear vnum vel alterum dando.

3. *Menses sistunt quæ & sanguinem concentrant, & archæum; tonum & villos uteri roborant placantque.* Certum est & menses immodicos fieri non solum sanguinis, sed & uteri culpa, quatenus non retinet, sed plus iusto hiat, & ἀρασίμωσις eius naturalis plus quam par est continuatur; tum sanguinis transeuntis culpa antecedente, tum debilitate consequente maiori. Patiuntur mensium fluxum immodicum scorbuticæ & hypochondriacæ frequentissime, quorum serum acrius est, sanguis vero minus γλίξεός & glutinosus, vnde ἀδεγός transit nec propriis illis particulis viscidis aditum sibi, uti alias solet, præcludit.

Not. hoc loco, duplicem occurrere in praxi mensium fluxum immodicum, vnum continuatum & velut ordinarium productum, ubi tempus longius & quantitas maior egeritur; alterum impetuofum. Vidimus inter alias & curauimus feminam, iamdum senescentem, quæ sæpius, plurium tamen mensium interuallo mensibus non visis, hinc simul & semel  
Fff 3 vastissi-



vastissimam quantitatem sanguinis profundeat, vnde totum corpus, facies, manus & pedes albissima & omni quasi sanguine exhausta apparebant; idque iterum fiebat, quando onerabatur superfluitate regenerata corpus, saltim respectiua.

Profunt hunc in finem, præter adstringentia, simul traumatica, vnde instar omnium est, puluis stypticus noster. Propinari etiam potest vtiliter essentia traumatica, & vnguentum comitissæ ad pubem & dorsum applicatum prodest, & fragaria pubi applicata. Memorauimus etiam alibi euporiston ad menses immodicos ex centinodio. Cumque martialia insigniter sanguinem roborant, præ aliis ex vfu sunt. Hæc nempe singula archeum roborant, vasa nimis hiantia, laxa, erosa, patula constringunt, glutinant & firmant. Spectant huc & balnea, roborantia & exiccantia, sed infidum præsidium, nisi præseruandi sine, extra tempus fluxus, quod fere magis valet de diutius interpolatis mensibus, quam alio casu. Solet enim fere repetitione citiori hoc profluuium molestum esse, ita vt & singulis mensibus quasi bis reuertatur, & longius siue per plures dies duret. Vsi etiam sumus aliquando liquore styptico ipso, loco pessi cum linteamine adhibito.

4. *Menses sistunt sæpe non tam adstringentia, quam aperientia, licet improprie & per accidens.* Aperientia scilicet in sua latitudine, quatenus & amurcam venarum fracidam abstergunt, erodentem ac findentem acrimoniam scorbuticam, & limo exterso angustatum prius spatium dilatant, ut liberius in alueis decurrens sanguis non cogatur ad exundandum, exceptis aloeticis, & quæ menses proprie mouent, myrrhatis, crocatis, elixir proprietat. &c. Non raro enim ab obstructionibus vasorum mesaraicorum sanguis ferocit magis, & exitum per loca alias consueta affectat. Hinc in grauiori & solenniori malo vtile & necessarium deprehendimus (1.) vti martialibus, in forma sicca & humida, puluere cachectico, M. S. antisc. martiali, Ra ♂ cydon. arcano tartari martiali, Ra martis solari dicta & aliis antiscorbuticis temperatioribus. (2.) Adhibuimus purgantia ipsa, ad serum *ὀρραμα* deplendum; nisi enim serum corrigatur, frustra est curatio omnis. Vna causa præcipua morbi est in sero



fero acriori; vna cura præcipua, in hoc mitigando, concentrando, diuertendo & euacuando. Nec timendum est, purgantibus hisce fluxum excitatum iri, modo extra tempus paroxysmi dentur, nec sint hamagoga, colocynthiaca &c. (3.) quin & sudorifera vtilissima eo casu sunt, ex antimonio martiali cachect. bezoard. *Alio* *quoque* diaphoret. bezoard. minerali, terra lemn. cornu cerui philosoph. &c. Hoc nisi fiat, frustra sunt adstringentia, non ablata scilicet causa materiali, & stimulo illo perpetuo. (4.) Nec fonticuli eo casu sunt de nihilo, exitum sero quantitatè & motu cum primis peccanti largientes.

5. *Menses sistunt, licet itidem improprie, sætum roborantia in grauidis.* Instar regulæ nempe est, quodcumque in grauidis fluunt menses, excepto plane extraordinario casu singularis *ιδιοσυγγεγίας* & abundantia, tunc vel sætum actu debilem esse, vel talem futurum. Eo casu ergo frustra itidem fuerit, solis adstringentibus vti, vel opiatis, sed ipse sætus vel roborandus est, vel tutandus, vt Ra & pulv. corall. medicamentis cordialibus, perlis, ebore præp. aqua cinamom. boragin. melissæ, balsam. embryonum, præcipue exterius quoque, ne dimittat de se alimentum debitum, & hinc fatiscat & marcescat.

Eodem casu quoque laudatissima est venæsectio, quæ hinc in mediis mensibus, imo etiam vltimo quandoque locum habet, licet quoad repetitionem illam cauto opus sit. Seruauimus hoc pacto spem vteri integram non semel. Mensis octauæ initio fœmina primaria mensium eruptionem sentiebat, cum metu abortus. Facta venæsectione, & interius propinatis roborantibus temperatis & stypticis, fœtus restitit quatuor integras hebdomadas, saluus hinc editus & incolumis. Alia vomitu cruento laborans vltimo mense, facta V. S. in brachio, breui post felicissime enitebatur infantem, adhuc dum in viuis existentem.

6. *Fluori albo primario abstergentia & roborantia (lympham,) secundario astringentia conueniunt.* Obiter nempe & de illo dicere voluimus, ne vel confundatur eiusdem curatio cum cura mensium; vel menses decolores, albiue cum fluore albo, siquidem omnino differunt, & antecedendo, consequendo, concomi-  
tando



tando menses, quod variat, manifesto ostendit, non in mensibus sed alibi quærendam esse fontinam hanc, nempe in glandulis, in lymphâ vterichorescente. Optime profunt hinc succinata siue pulueris forma, cum ebore præp. lapid. cancrorum, corall. castor. siue essentia cum bezoardicis, essentia lignorum, anodyna &c. Curauimus aliquando fluorem hunc solo magisterio oculorum cancrorum, cum oleo anisi, item elixir vterini aliquibus dosibus. Eodem spectat rosmarinus & similia, feri vigori restituendo debita.

## LIBRI II. SECTIO II. CAPVT XIII.

De

### *Lac augmentibus & minuentibus.*

**D**E lactis prouentu augendo & minuendo dicturis operæ pretium videtur quædam pauca ex physiologicis supponere, v. g. (1.) lactis *γένεσις* prærequirere in corpore abundantiam alimenti individualis, non minus ac menses, quæ nisi adfit vel procuretur, lac produci vterius nequit, vnde si vigiliis, mære, inedia absumatur corpus, lac suppetit minus.

(2.) Lac esse nil aliud, quam serum chylosum, feri & sanguinis alius materiam, huc, fermenti glandosi & tubulorum secretoriorum beneficio, impensam alii scopo, vt alteri nempe datur, citra ipsius indiuidui vsum proprium.

(3.) Lammæ ex infinitis glandulis constare, iisque minoribus, vulgo conglomeratis dictis, & ordinarie lympham ad cor dispensare magis, ad lactis vero productionem opus esse excitatio, siue impulsu, siue fermento actuali. Est illud partim internum, naturæ motus, vt alatur foetus iam in lucem editus, qui finis vnicus est, cessante vero eodem, etiam lac cessat, & cessare debet. Hinc plura *Φαινόμενα* possunt illustrari, inprimis grauidas



das lac non habere, nec virgines. Deus enim & natura nil faciunt frustra; cessante ergo fine, cessat etiam id, quod eius gratia instituebatur. Decipiuntur sane medici, qui inter signa graviditatis recensent lactis præsentiam, illud enim est contra experientiam quotidianam; loquuntur contra auctoritatem ipsius Hippocratis, qui *l. de nat. puer. c. 20. t. 11, 12, 13.* expresse contrarium scribit: cum mouetur, ait, fœtus, tunc sane lac indicationem sui matri præbet, mammæ enim attolluntur & papillæ gliscunt ac turgent, addit vero: τὸ δὲ γάλα ἢ χερῆει, lac vero non prodit; innuens manifesto, non negligendas quidem mammæ, sed non lac actu expectandum præsens, quod edito demum fœtu, vt *c. 22. seq.* succedit, vbi: Et vbi peperit mulier, principio motus factio, (intellige naturæ impulsus, quem diximus,) χερῆει τὸ γάλα εἰς τὰς μαστῆς, lac in mammæ ipsas procedit, si lactauerit. Notanter vtrumque nominat internum & externum impulsus. Loquuntur contra rationem omnem, nullus enim ibi finis lactis, imo potius lac præsens fœmina gestante fœtum notat debilem & moriturum, indicio quippe, naturam sine priori relicto alterum iam intendere. Vnde lac & menses sunt sororii liquores, vnice speciei producendæ destinati.

Est illud quoque partim externum, nempe suctus, vnde si vel fœtus fuerit mortuus, vel ablactatus, vel papillæ desint, quod a variolis in fœmina quadam obseruauimus, lac cessat, licet aliquandiu sæpe stagnet, & ob molestiam imminuendum fit.

Quæcumque ergo *i. sunt πολύχυλα*, illa etiam sunt πολύγαλα, seu quæ substantifice serum, sanguinem, & horum materiam primam, chylum, adaugent. Adaucta enim materia, ipsam collectionem maiorem fieri necessum est, & quod causa est causæ, per vulgatum axioma, illud etiam est causa causati. Infans sane per diem & noctem ad libram vnâ vel alteram deplet lac ex corpore, pro ætatis modulo. Hinc vt sine Cerere & Baccho friget Venus, ita & veneri litans lac. Pertinent ergo huc, quæcumque ad victum plenum spectant, quæque ex hoc ipso humidum oleosum seu aqueo-sulphureum superfluum principium corpori magis fœnerare norunt, alimenta boni succi, digestionis facilis, moderate calida & humida, & alimenta medicamentosa, &



vice versa, non confundenda tamen inter se; unde frustra sunt, qui vbera vaccina inter γαλακτοποιεῖς puluēres recensent, quod maxime inconueniens est.

Pertinent huc emulsionēs, tanquam lac artificiale, lac vaccinum, & cum eo parata decocta, inprimis florum sambuci, quod non sine causa dilaudat *Langius*. Hi enim flores non minus ac semen nigellæ, fœniculi, anisi &c. oleositate sua chylo ὀρεγασμὸν faciēnerant maiorem, vegetatis partibus aqueis.

2, *Quæcunque serum oleosum reddunt fluxile, & colationi aptum ab intra, sunt πολύγαλα.* Fluxile ab intra & mediate reddunt blanda sudorifera; unde videmus vel ipsa natura indice lactis appulsum a partu fieri cum quadam heterogeneitate, & difficultate, ita, vt nisi accedat sudatio discussoria, & adiuuans hunc illapsū, & prohibens ἀφώρησιν morbosam, facillime & quasi ordinarie oriatur febris, lactaria dicta. Unde diaphoretica eo casu vtramque absoluunt paginam, lac mammis, sanguini vigorem afferunt. Fluxile ab intra reddunt id ipsum serum temperata alcalina, acorem, sulphuri oleoso contrarium, absorbentia, adeoque coagulum in fieri exuentia. Pellunt quasi a centro ad circumferentiam hanc sudorifera dicta, hæc vero alcalina temperata transcolant quoque, vt imperturbato ordine poris illabatur. Hinc quæ plurimo abundant acido in primis viis, lactis imminutionem experiuntur facile. Hinc diaphoretica in febribus ipsis ardentibus sæpe præstant lac, ut, quod contra naturam fere videtur morbi, natura prouida speciei lac possideat; ad vltimum sæpe halitum, quod maius est, infantes in ipsis illis morbis malignis, etiam morientibus matribus non euadant solum illibati, sed & optime habeant.

Faciunt huc ex simplicibus fl. sambuc. herb. vincæperuincix, sem. anisi; ex animalibus, lumbrici terrestres, laudati a nonnullis, licet minus commode videantur in vsu frequentari; ex mineralibus crystall. præp. & lac lunæ, de quo integram curiosissimam dissertationem scripsit *Excell. D. Maior noster*. Ex compositis species diacrystalli, accessione lactis lunæ roborandæ, & rot. lac. aug. Myns, aliaque præcipitantia naturæ amica, poros liberos reddentia.

3. Quæ



3. *Quæcunque serum oleosum reddunt fluxile ab extra, sunt* *πλούαλα.* Inuenias puerperas, quæ nullo modo lac augendo fœtui obtinent, vel saltim alterutra mamma id solum possident, in altera v. g. ob præuium abscessum poris glandosis callescendo subsidentibus. Quibus igitur hæc difficultas fuerit velut nativa, ibi frustra lac citaueris, renitente quippe natura. Vti vero factio impellens est extrinsecum immediatum, & instar antliæ ex fonte hoc hauriens; ita eundem quoque appulsum citant topica. Frictiones blande instituendæ, quæ alliciant, non dissipent. Fomenta paulo rariora, quorum pertinet angelica sylv. erratica, herba Gerhardi dicta, quæ externe cum lacte cocta adhibita lac certo experimento augere dicitur. Emplastra rarissima hoc fine.

Topica tria sicca laudantur, pimpinella recens, crystallus & mercurius viuus. Pimpinellæ odor penetrans est, & aperitiuus, vt conferre aliquid possit manifestis effluuiis, vti & vino indita illud statim alterat. De crystallo vulgaris est opinio, quod dorso applicata lac imminuat, antè vero adaugeat, cuius rei ratio non facile patet, nisi dicamus illud fieri frigore & frictione mediante, (nam de loco Practici consentiunt,) hoc frictione & accubitu, siquidem facile in rarioribus corporibus, vt sunt mammæ, apposita poros gestatione sua dilatant, vt sudent quoque facile. Crystallus vero imprimis id fecerit, quia alienæ qualitatis omnis est expers. Admitti & suaderi igitur hæc vt indemnæ possunt.

De mercurio viuo res certa est, illum mammis externe adhibitum affluxum citare maiorem, & lac restituere. Notandum hanc in rem (1.) quod potenter serum fundat, exemplo salivationis; quod (2.) effluuiis volatilibus calore rarefactus poros facillime afficiat, gaudens maxima vi elastica, quod ad oculum patet, si ad thermometri formam aptetur, vel vase etiam ligneo aperto. Calore dilatantur eius pori manifesto, vt excurrat, & turgeat, frigore constringuntur, vt interiora petat, & in se subsideat, ad instar omnium humidorum, quod mirandum est. (3.) Conuenit tamen, vt omnia hæc, magis præsentè impellente intrinseco, & cæteris paribus.

Patet ex his, quod lac generans medicis sumatur tam pro eo,



quod materiam ad lactis generationem subministrat, quam quod generatam iam lactis materiam ad mammas deducit, quorum prius quasi materiei, posterius vehiculi magis rationem habet. Priori intentioni prima classis posteriori duæ sequentes velificantur, quatenus nempe illa lacti materiam suggerunt, hæc eandem ad mammas deducunt, & promouent, vt inibi lactis formam nanciscatur, moderata nempe incidendi, attenuandi fluxile, aperiendique poros facultate, quo sanguis chylofus reddatur subtilior, meatus dilater, ac per illos humorem chylosum ad mammas transferat.

Vfus lac augmentium est determinatus ad nutrices, seu lactantes, quæ alias sanæ penuria lactis laborant, ad sugentium sustentationem, præcipue si infans fortius sugat. Nisi enim sufficiens quantitas suppetat, nutrire non potest, vnde tormina, inquietudo, clamores. Plurimi sane infantes moriuntur lactis culpa, vnde faciunt hæc ipsa etiam ad lac depurandum quasi, vnde consulto assumuntur frequenter ab iisdem semina carminatiua, anis. fœnic. carui, duplici hoc nomine, vt & flatus abarceant torminificos, & lactis prouentum faciliunt, optimo sane consilio & effectu. Addi & tertium potest, quod subtilisetur hoc pacto lac paulo spissius & oleosius, facile daturum epilepsiam; quod corrigatur lac nimis aquosum, diarrhœas citans. Optime se eadem gerunt, vt lac in prima culina probe concoquatur, nec cruditates generet.

Vtriusque vero hæc generis lac augmentia vt plurimum coniungenda sunt, vel coniuncta saltim efficacius se gerunt. Et suctu ipso videmus toto die continuari illum appulsum, vt ad 2. 3. annos sæpe continuo ordine lac suppetat nutribus,

Contraria his sunt LAC MINVENTIA quæ tamen duo dicunt vel complectuntur, in eundem effectum conspirantia, quæ nempe & minuunt, & minuendo resoluunt, vt e dicendis patebit.

Cum ergo intentio sit lac collectum iam & factum emittere, futurum vero arcere, hinc posset quidem & tenuior victus suaderi, id vero cum fieri non æque liceat, nam ali debet corpus, a natura sæpe huc magis intenta vt lac adsit pro fœtu, quam vt superfluû in corpore alimentum sit; nec concedatur æque a delicatis, & alia, nisi secundario id præcipi solet. Hinc, præter purgantia, & alia,



1. *Lac imminuunt emollientia.* Non obstat, contrarium videri, posse eadem & lac augere & imminuere; variat enim id pro diverso statu. Emollientia poros lac augent, non præfens & collectum æque: emollientia lac imminuunt præfens & stagnans. Quam in rem nota: (1.) omne lac fuctu non prolectum stagnat in mammis. (2.) stagnans grauat, & in coagulum abire promptum est. Ergo (3.) omnino dimittendum est. Hinc aliquandiu etiam emulgeri potest & debet, vt sensim depleatur, nec negotium faceffat. Viæ ergo proximæ sunt dilatandæ, remotæ constringendæ. Dilatant vero emollientia, calida & humida temperata, mammis ipsis applicata. Emollio hæc prohibet stagnationem, prohibet coagulationem. Optimum hoc sine præfidium est empl. diachylon simpl. frequentissime a nobis vsurpatum cum succu. Constat id ex mucilaginitibus, & emolliendo vnice prodest.

Vnum hoc instar omnium est, cataplasmatibus aliisque omnibus contra proficuum. Vt vero natura ipsa copiam lactis effusione e papillis spontanea toto die deplet, ne onerosa fiat; ita fuctu omnino ordinario cessante per hanc viam commodissime depletio lactis restagnantis, laxatis poris, instituitur; quem in finem emplastra illa rotunda quidem esse debent, vt complectantur spheram mammæ, in medio vero perforata, vt ne effluxus impediatur, maxime expetitus. Natura ab vno extremo ad alterum nunquam sine medio, sibi relicta & citra noxam, progreditur. Cessante ergo fuctu, impellente extrinseco, non simul & semel deficcare hunc fontem potest, vnde effundendum reliquum, ipsaque adiuuanda.

2. *Lac imminuunt resoluentia.* Vtroque casu optima sunt hæc ipsa, tum initio statim, tum in progressu, tumore & duritie iam præfente. Resoluunt in genere, i. e. caseationem, grumescentiam & coagulum, turgescientiam ac quietem consequens tollunt *sudorifera*. Resoluunt diuertendo laticem ad extimam vestem, serumque dissipando, vna vero *causa* omnem expedientia, ne febris ac inflammatio, ne dolor inde consequatur, data hanc in rem *Ra bez. camphorata*, M.S. aliisque paulo volatilibus. Puerperis & ablatantibus sudorifera optima sunt præfidia, & velut vniuersalia.

Resoluunt *salina, amara, sale & sulphure aciuo facta*, vt cerefolium,

Ggg 3

lium,



lium, petroselinum, alfine, crocus, sal, saluia, & quæ alias semen imminuunt, inprimis enim hæc ipsa oleosum characterem fero demunt, vt attenuatum hinc diffuat magis. Actuali suo frigore aliquo modo repellunt, salino principio actiuo calefacta resolunt, & dissipant, vel sola exhalatione sua cum glandulis extimioribus communicata. Pertinet huc etiam herba medica, quam lac extinguere dudum *Aristoteles* asseruit, ad mouenda mammis, facillimo & *εὐπερίτω* remedio.

Resolunt *frictiones*, quæ grumositatem impediunt, qua facta glandulæ, alias conglomeratæ putatæ, ipsas conglobatas æmulantur duritie & magnitudine. Inprimis vero sperma ceti inter resoluentia pectoralia, traumatica, nephritica alias laudatissimum, seu cum empl. diachyl., addito gummi ammoniaci cum acet. sol. & camph. parum misceatur; seu sparadrapum Myns. de sperm. ceti apponatur mature.

Resolunt, experimento *Helmontiano*, magnetice quasi pruræ, si in eas vel laterem candentem lac emulgeant. Sine dubio hoc fit ab auersatione archei, quatenus incutitur eidem velut horror, vt, dum alii fini impenditur idem, hinc amplius renuat profundere hunc vtilem succum, vt taceam ipsum hunc actum expressionis per se quoque conferre. Resolunt quoque *acida*, præsentente scilicet coagulo vel quasi tali, & cum aliis mitigata sulphureis, vt fofus apud *Morellum* laudatus, modo prouide id fiat.

3. *Lac imminuunt repellentia*, quæ, vi vocis vsitatæ, illapsum & aduentum in poros glandosos prohibent, vias & aditum præcludunt, ne turgeant tam & dilatentur, quam constringantur pori, Repellunt actu dicta frigida vegetabilia, repellunt, non æque tamen tuta, oleosa, terrea, aquea. Repellunt acida, austera & quasi talia. Repellunt angustantia thoracem, omnia tamen cum moderatione.

Conueniunt nempe lac imminuentia indicatione præseruatiua magis, quam curatoria, imo illa ipsa fere potior est; tum absolute, si lac ne quidem generari debeat, sed auerti, tum secundum quid, quando generatum subsistere debet, nec stillare & fundi amplius. Vna vero eademque est curatio. Suasimus illo casu emplastra comendata bina, emolliens & repellens. In iunioribus vero



ob cosmetica, falso licet persuasa, studium maius, quasi emplastris forma decens pereat, notauimus illud non facile admitti, vbi noduli saltim suaderi gaudent.

Cauto ergo opus est imprimis 1. ne mamma patiantur inflammationem. Inflammatio sequitur subsistentiam; quæcunque ergo inflammationem, subsistentiam & transpirationem difficiliorem causantur, omnia absint. Absint pingua, oleosa, vnguina; illa enim inflammationem vel causantur, vel augent, non aliter ac in erysipelate quouis idem fit. Hinc licet videantur dolorem lenire, magis tamen eundem promouent hoc loco, longe humidiori & delicato, glandoso ac spongioso. Absint spirituosa, quæ alias, si locus id permittat, optime profunt, etiam in gangrana, exemplo  $\Psi$ i camphor. Laborabat puerpera dolore & inflammatione mammarum incipiente, obstetrix, vt solent primam quasi instantiam sustinere, mammis applicat  $\Psi$ i: Inde vero febris inducebatur manifesto motu, sudoriferis abacta. Absint aquea & humida quævis, seu sola, seu cum terreis mixta, sola scilicet & frigida, aqua enim calcis viæ leni sua alcalina natura discutere apta nata est, modo itidem cum cautela id fiat.

2. Cauendum, ne mamma patiantur suppurationem. Nullibi in inflammationum accessu tam conueniunt discutientia, quam in mammis; nullibi magis nocent repellentia, quam in mammis, ob copiam nempe maximam humorum, qui istis globis insident, tanquam spongiæ imbibiti, ob infinitos poros, qui facile obstrui possunt, præsentem  $\rho\epsilon\upsilon\mu\alpha\tau\omicron\mu\omega$ . Si qua repellentia conueniunt, profunt terrea, sicca, ex iis, quæ alias in erysipelate profunt, & mitiora, vegetabilia cum resoluentibus mixta; profunt acidula, dicto modo adhibenda.

3. Repellentia origini, quam insertioni viarum certius & tutius applicantur. Originem intellige viarum; viæ vero, per quas humores adpellunt, sunt duplices, communes pori, propriæ vasa, quod nullibi magis quam in mammis patet. Vbi ergo id licet, inconueniens est repellere in loco insertionis, seu influxus. Repellere enim est, non admittere influxum, arcere humorem, defendere poros & partes recipientes. Turpius & hoc loco eiicitur, quam non admittitur hostis. Valet id in aliis quoque, vbi repellentia sub  
defen-



defensiuorum nomine locum habent, in fracturis, gangræna & sphacelo, ac similibus. Tunc nempe ipsi affectæ parti traumatica, sanæ defensiva applicamus, illique remotæ, quæ sustinet tanquam origo & via propior influxum. Si itaque hanc rationem attendamus penitius, facile patet, repellentia hoc casu non mammis, sed dorso applicanda esse. Sine dubio viæ istæ, seu notæ, seu ignotæ quibusdam fingantur adhuc, per quas ad mammas ducitur lac, ab inferioribus respectiue *â* tendunt, ex quibus tanquam centro ad circumferentiam spheræ mammillaris prodeunt. Hunc in finem non solum crySTALLUS ibi appendi potest, sed & empl. de sperm. ranar. alb. coct. seu seorsim, seu coniunctim optimo consilio dorso imponuntur, idque immediate citra obductionem sindonis rubræ.

5. *Ex duobus malis minus, & natura propius magisque conueniens eligendum.* Valet id in genere de omni inflammationum genere, tum speciatim de mammis. Seu quandocunque eo vsque progressa est inflammatio, vt ob copiam & *â* maiorem discuti non possit, naturæ ipsius nutu & ductu, optimum est suppurationem iuvare. Nam & serum oleosius in pus abit, imo nullum pus fit sine sero, vt facillime sanguine & sero magis vnitis, difficilius separatis. Hinc tumores glandulorum respectiue difficilius suppurationem subeunt, quia minus de sanguine participiant. Hinc serum minus oleosum, vt in arthriticis, non suppuratur, sed ad absurda chirurgica id pertinet. Hinc vulnera facilius pus concipiunt. Hinc rebelles sunt cancrofi & cacoethici tumores.

Adiuuanda hinc suppuratio tum emplastris emollientibus, tum ipsis vnguinosis & resoluentibus, ne nempe augeant inflammationem, quam adiutum eunt. Et mirandum est, sibi relicta natura, hoc modo tamen adiuta, quomodo tam cito vlcera hæc, a suppuratione mundata, consolidentur, cessante scilicet affluxu, & continente solum materia in pus promota. Contra ea induratio omnis in mammis est periculosa & suspecta, etiamsi diu duret. Est vero & tunc naturæ conuenientius, tolerare quietum, vel in centro detinere morbum, quam suppurantibus irritare.



## LIBRI II. SECTIO II. CAPVT XIV.

De

*Anodynis, Paregoricis & Narcoticis.*

**N**ihil tam contra naturam est, quam dolor, nihil tam naturæ gratum, quam dolores placari. Morbi cura doloribus coniuncti tortores sunt & carnifices, duplo magis crudeles & sæuiores reliquis; indolorifici facile omnes feruntur, neque sentiuntur, nisi ex actione læsa. Sin dolorum faces accendantur, duplex quasi est morbus, ipsa partium læsio, & læsionis huius sensatio tristis.

Cum vero agendum nobis sit de remediis dolorum in genere, consultum erit pauca quædam præmittere, quæ illustrare illa magis, imo facem porrigere queant.

Supponemus ergo (1.) in omni dolore sensum tactus esse expressum & actiuum, ubi id fieri non debebat. Reliqui sensus respectiue magis possunt dici actiui, siue celeritatem agendi, siue subtilitatem, siue inprimis obiecta respiciamus, quæ passiuæ se magis habent, vt paries albus videatur, vox audiatur, odor exhalans, sapor percipiatur, tactus autem est magis passiuus, quod immediatum & corporeum, vel quasi talem contactum patiat; sentiat qualitates tactiles, calidum, frigidum, passiuæ magis, obiecta & res tactiles alias itidem magis passiuæ, vt refugiat statim archeus ingrata. Passiuitas hæc non minus ac ipse sensus vniuersalis est in omnibus & singulis partibus. Hinc reliqui magis ad extra, tactus ad extra & ad intra se habet, vt diiudicare vtrumque posset, & extranea & intra corpus. Est hinc tactus inter externos quasi sensus communis, reliquis omnibus adstans; Passiuæ se gerens tum in proprio subiecto, tum in reliquis omnibus qua talibus. Quando ergo exprimitur & actiuus fit, locis indebitis, dolor ille est κατ' ἐξοχήν, vel saltim molestus sensus, si pruriti vna concludere velimus. Hinc præ reliquis etiam tactus intra

Hhh

se ipsum



se ipsum fit, cum oculus alia magis, quam se ipsum, non minus ac reliqui percipiat, si forsan tinnitum aurium excepero, quando aures intra se ipsas sonant.

(2.) *In omni dolore dari aliquod peregrinum obiectum, quod sensum tactus exprimat, & actiuum ex passiuo reddat.* Corpus ipsum est, vt ita loquamur, vel esse debet in se ἀναισθητόν, nihil in se sentit, vt extra se quæ sint, sentire vnice possit. Quando-  
cunque itaque sensus tactus exprimitur, oportet, vt aliquod sit mouens, agens, quod illud præstet.

(3.) *Dolorem esse vel extrinsecus illatum, vel intrinsecus, huius vero genuinam rationem mechanicam ab externo esse regulandam.* Cum ergo sensibus notum sit, omnem dolorem externum produci ab *inaequali & acuto*, inprimis fortius moto, nullum vero ab æquali, rotundo, quadrato, plano, leui, molli, qua tali, id ipsum omnino etiam putandum est de interno; similibus enim eadem perpetua est ratio. Hinc vt tinnitus aurium ratio non alia reddi potest, quam ex ipsius auditus ordinarii consideratione, requiri vtrobisque sonum & hunc percipiens subiectum; ita & hoc loco se res habet.

(4.) *Dolorificum omne, licet parti peregrinum, sine dubio consistere in humido ipsi destinato, vel inbærenti.* Partes solidæ sensum sustinent, nominatim membranæ, nervæque, spirituosæ illas vigorant, humidæ vigorant & nutriunt. Hinc membranas tendi & vellicari, spiritus irritari, & vitiose moueri, dicimus, humores vero obiecti vicem sustinent. Licet enim nonnunquam & solidæ partes dolorem in corpore excitare, soleant, vt a vulneribus ossium ipsæ particule acutæ fissi ossis membranæ infixæ, v. g. costa fracta, ordinarie tamen magis humido id tribuendum est vnice. Quin amulantur solida illa ex assumptis, vt acus, vel ex ossibus externa dolorifica pungentia. Hinc

(5.) *In omni dolore obiectum esse improportionatum, seu qualitate, & figura, seu motu.* Quamdiu scilicet humidum est in partibus æquabile, sibi relictum, vitiosis moleculis non imbutum, & vt vna vndam trudit, tamdiu dolor abest omnis, & contra.

(6.) Hu-



(6.) *Humidum, in specie serum, salium esse vehiculum, tum acidorum, tum alcalium, tum mediorum, singula vero acutis rigidis, inæqualibus particulis gaudere. Has ipsas, quamdiu seruant societatis & proportionis leges, non explicant vel exerunt. Dominium vero nacta eadem promptissime dolores pariunt & excludunt.*

(7.) *In omni dolore esse quasi spinam infixam & circulum sanguinis impeditum. Spina infixæ est, quatenus spicula salina inæqualibus rigidis suis particulis infiguntur partibus membranaceis, vnde inæqualis necessario fit sanguinis transumptio; facta vero hac impeditus circulus. Vnde per mechanicam spinæ inæquæ doloris optime illustratur ratio. Facto enim hoc v. g. in digito, statim adest pulsatio, tumor & dolor, nisi protinus eximatur iterum, vnde circulatio sanguinis impedita signatur.*

(8.) *Dolorem omnem ab acido non fieri. Hoc enim solum, quod contendit Helmontius, non exhaurit vel constituit obiectum improportionatum, inæquale & dolorificum, sed acutum potius, τὸ ὀξύ, & acidum & acutum notans, quod ipsa dicta mechanica est longe verissimum.*

(9.) *In omni dolore archeum esse irritatum. Irritatus est ob inæqualitatem, cum ipse omnia in plano & placido exoptet; Irritatus ob impeditum circulum, vnde iugum eiusdem excutiunt exorbitantes humores. Irritatus ob denegatam quietis & vigiliarum vicissitudinem. Irritatus adeo sæpe, vt motus conuulsiuos, pauores, lipothymias producat. Vnde omnes dolores grauiores conuulsionum sunt æmuli, ipsasque prompte efficiant.*

(10.) *Pro diuersitate agentis acuti & patientis membranosi diuersos quoque oboriri dolores. Quo magis membranæ & nervi vegeta est pars, eo maiores dolores & cruciatus sustinet; quo rigidæ magis & pungitiuæ acutæ particulæ, & inæquales, eo dolor est maior, & contra, vnde diuersi gradus & differentiæ dolorum numerantur.*

(11.) *In omni dolore concurrere, per dicta, & pungentem spinam,*



spinam, & punctam partem, & sentientem seu irritatum archeum; causa vero occasionali ablata, hunc ipsum prompte quiescere. Frustra sane fuerit, vel doloris hoc exemplo, roborare archeum, non ablata causa morbifica, vel auferre hanc ipsam non simul considerato archeo, qui tamen est morborum medicus genuinus, & immediatus, uti eiusdem minister, medicus, mediatatus.

In genere hinc ulterius iam inferre licebit: 1. Tria esse dolorum adequata remedia, non plura, nec pauciora, quæ paregorica, anodyna, & narcotica audiunt; licet vnum suppleat alterum, nec opus sit, illa semper coniungi. Sumuntur nempe singula hæc vel latius, vnde quodlibet illorum dolorum sedatiuum est; inprimis anodynorum vox generalior præ reliquis esse consuevit, reliquis quoque competens; vel strictius, pro distincto, quem respiciunt, effectu. Ex quo patet, quare Gal. l. 5. simpl. 6. 19. duplicis generis statuat anodyna, aliud reuera tale, aliud tantum nomine, siue apparenter tale. Vere & proprie anodyna dolorem ipsum respiciunt eiusque causam, vt paregorica & anodyna, nomine saltem & apparenter narcotica dicta. Respiciunt scilicet hæc singula concurrentia; paregorica spinam pungentem, præcipue serosam & salinam, anodyna punctam partem, sensilem, membranosam & neruosam, narcotica sentientem seu irritatum archeum.

2. Quæcumque singulis his sunt adequata, vna & sola esse anodyna, seu dolorum remedia. Faciunt vero id vno verbo principaliter sulphurea, singulis apta, opposita irritantibus salinis particulis vnice; apta demulcendis partibus, apta placando archeo, licet vsu & mitionis modulo differentia, adequate aquea.

3. Anodyna esse vel interna vel externa. Interna magis archeum, externa magis partem punctam vel humores respiciunt.

Ex his porro fluunt, quænam & quomodo id præsentent in specie, nempe 4. (vt ordine procedamus:) Quæcumque demulcent & placant partes punctas, sunt anodyna, seu dolorum reme-



remedia. Demulcent fibras, plus iusto tensas & contortas *emollientia*, dolorem ipsum seu tensionem & vellicationem respicientia, vt remittatur hæc strictura, mitigetur hæc punctio. Emollientia fibras ipsas, velut tensas, & tendendo quasi convulsas. Emollientia poros, vt euacuent & digerant, vt rarefaciant, extenuent, concoquant, & æquabile reddant, quicquid in partibus dolore vexatis, aut humorum acrium, lentorum, crassorum, multorumque, tenuibus spiramentis infarctorum, aut etiam vaporosi crassi, frigidique spiritus, exitum commodum non habentis, est inclusum. Hinc nihil adstrictionis habere debent, etiamsi pars quædam aut etiam affectus, vt in dysenteria, id exposcant. Ratio est, quoniam adstringentia poros claudunt, inclusam vero materiam retinent, ex quo dolor augetur. Hinc tepida, calida & humida sunt dolorum *ιάματα*, tensioni maxime debita, & fibras insigniter laxantia; hinc mucilaginosæ calidæ sunt anodyna, vti lac emulctum recens super partes podagricas dolentes.

Atque hinc regula nostra laudatissima est, narcotica externo vsu esse emollientia, seu emolliendo dolores sistere, ob sulphur mucilaginosum. Sic huc pertinent rad. rhod. herb. solani, hyoscyam. de quo experimentum vid. apud *Dravvium*, nicotiana, scrophularia, linaria, cicuta, petroselinum, herb. 5. emollientes in balneis & fotibus, herba & flores chamomill. simpl. & Roman. verbascum quoad totum, fl. papav. rhæad. & sambuc. sem. anis. papav. hyoscyam. lini, nucl. persic. cort. mandrag. vitell. ovi; sic ex pinguibus ol. hyoscyami, lini, ovor. lumbricor. persicor. express. ad dolorem capitis & aurium; sic vnguentum dialthææ, anodynum; sic empl. de hyosc. de melilot. de cicuta huc faciunt, & emolliunt, & dolores sistunt. Par ratio est lumbricorum terrestrium, qui ob mucilaginem sali volatili intertextam sunt anodynæ, interius in arthriticis, & exterius in doloribus nervosarum partium, ischiade. &c.

Hæc ipsa pro re nata etiam hinc fiunt & sunt suppurationia, quatenus fouendo & demulcendo partem, calore suo blando, & corpori familiari laxant, referant meatus atque



emolliendo suppurationem, si quidem illuc tendat materia, promouent.

5. *Quaecunque dissipant subsistentes humores, & corrigunt salia pungentia, sunt anodyna paregorica.* Dicuntur hæc communiter respicere causam dolorum, & recte. Licet enim & emollientia modis dictis secundo humoribus simul corrigendis prospiciant, & hæc omnia sint symbolica & affinia; seorsim tamen pro diuersitate agentis p. n. & partium & hæc locum habent. Dissipant humorem rodentem, partibus iam illapsum, acrem, acidum, vellicantem, *digerentia, laxantia & carminativa*, v. g. rad. zedoariæ, galang. in doloribus colicis, vteri, ventriculi, fl. chamom. Rom. (tacemus melissam, & aromatics alias propriis partibus dicatas; ) summit. aneth. crocus, oculi populi, sem. 4. carm. bacc. laur. iuniperi, sale volatili oleoso facta, seu sulphure subtili digerente. Facit huc sal ipsum, & furfures, vnde sacculum paregoricum polychrestum, ad dolores pleuriticos, colicos, nephriticos & alios conficere suauissimum sæpe ex chamom. sem. lini conuass. furfur. tritic. sem. carvi & sale, quæ nullibi non prostant. Sic oleum paregoricum polychrestum ex oleo hyoscyami, anisi, carui, succini, iuniperi, ligni rhod. &c. eidem fini inferuit, præcipue si vtriusque accedat color. Calor enim rarefacit, calor digerit & dissipat, calor est anodynus, vnde & opercula ollarum, lapides serpentinos, huic fini aptatos in figura, calefactos, & sacculos toto die dolentibus partibus adhibemus, etiam vulgo sæpe ex sola auena ad colicam, ex milio ad dolores dentium, vt dissipemus. Contemperant nempe hæc afficientes causas, & partes, humores & flatus mitiores reddunt, ac per insensibilem transpirationem discutunt, quicquid horum in parte continetur, & molestat. Faciunt id tenuitate substantiæ, vnde se poris insinuant, vnaque secundo etiam archeo sunt, amica, & parti ipsi benignitate sua grata. Hinc *Galenus l. c.* scribit, anodyna aliquando & dolorem lenire & affectui ipsi prodesse, adeoque facultatem habere dupli-



duplicem, anodynam & sanantem; interdum dolorem tantummodo mitigare, affectum vero nihil iuuare, q. d. illa genuina & *κατ' ἐξ ἑνὸς* esse anodyna, quæ singula tria requisita dicta exhauriunt. Sic & oleum scorpionum dissipat. Fœmina puncta ab aranea, dolorem & tumorem summum in manu patiens breui præsentaneam opem sensit ab oleo scorpionum inuncto.

Dissipant & demulcent *neruina & narcotica* exterius adhibita. Ex gummatibus gum. tacamahaca in doloribus catarrhalibus, non minus ac gum. carannæ & mastiche succin. g. iuniper. &c. in empl. vel suffitu proficua dolorum remedia. Sic olea iam dicta & alia destillata extemplo sæpe dissipando iuuant. Sic in otalgia ol. perfic. vel amygdal. amar. cum pauillo ol. anis. & carui prodest. Sic ol. nucistæ tum in doloribus capitis ad frontem cum vnguento alabastr. requie Nicol. gum. tacamahac &c. prodest. Tacemus vsus ad balsama stomachica cum aliis generalem. Sic & zibethum in colica & torminibus infantum cum aliis, vel solum quoque optimum est, vmbilico illitum,  $\odot$  ceræ in dysenteria & fissuris papillarum expertum,  $\odot$  saponis in podagra quibusdam commendatum, quod in frigidiori statu aliquando concesserim neque enim *Sylvii* experimentum, qui oleo succini in hunc finem vsus est, facile imitandum. Ex vnguentis hac facit vnguentum populneum, alabastrinum.

Inprimis vero spiritiosa vtrumque insigniter expediunt, summi vsus in doloribus, vbi discussione res peragi potest, v. g. in catarrhalibus defluxionibus, doloribus, colli, scapularum, brachii, imo extremis seu artibus in genere, in arthritide probatissima. Sic solum vinum calidum in doloribus a contusione optimum est, vel cum sacculis dissipantibus applicatum; sic sp. vini simpl. & camphoratus dissipat; sic *formic. acidulo-sulphurea* qualitate non satis deprædicandum est neruinum, vt & cum ea commiscendi & seorsim commendandi spiritus vrinosi. Sic theriaca, mithridatium, requies Nicol. Philonium Roin. exterius quoque nonnunquam applicantur, vt in dolore capitis, in dysenteria & alias, sicubi, vt diximus, discutiendum fuerit. Tacemus Rem odontalg. *otalg.*



(2.) Somnum habitare in humido, vigiliis in sicco. Vnde quo maior copia feri in sanguine, corpore, & cerebro, eo facilius somnus; quo minor, eo magis vigiliis vrgent.

(3.) Ad somnum concurrere necessario duo, ligans & ligatum. Ligati sunt spiritus, vt cessent naturaliter, & cessatione quidem oppositiua, agere. Ligans est serum ipsorum vehiculum, cui implicantur & obuoluuntur quasi, vt poros dispandere, & influere in sensuum organa cessent.

(4.) Somni causam esse geminam, positiuam, vaporefam, quæ obstruere secundum naturam poros cerebri queat, & priuatiuam, spirituum respectiuam fatigationem, debilitatem & defectum, vt stationes suas deserere, & retrocedere cogantur, secumque habitare, postquam per vigiliis, per labores, magna quantitate & nisu mouendo varie corpori inseruiunt.

(5.) Somni principia esse eadem, quæ nutritionis, aquam & sulphur. Hinc posita nutritione, somnus etiam irrepit, & contra. Absque Cerere & Baccho friget somnus. Hinc post pastum inuitamur ad somnum, & maxime delinquant, qui, accedente tempore vespertino spirituum lassitudine, eos nihilominus ad labores pristinos lucubrando adigunt.

Ex his breuiter adductis facile patet, quamam & qualia somnum citent, & somnum citando, dolorum etiam fiant sedatiua, seu coniunctim vtrumque præsent, humectantia scilicet & vaporosa blanda, adæquate etiam anodyna inuertentia, vnde tres fluunt conclusiones;

I. *Quæcumque εὐεργητικὰς humectant, & serum deficiens suppleant, somnum cient, & consequenter etiam dolores sedant.* Humectant potus largior, vnde in febribus absurdum est, expectare somnum, & abstinere a potu. Humectant aquæ destillatæ in potionibus & emulsionibus, vt aq. fl. samb. pap. rh. acaciz, & refrigerantes aliz, & nomine hoc composita aqua hypnotica Dorncrellii, quæ εὐεργητικὰς acquirunt maiorem, imo vnicam, a seminibus frigidis, sem. 4. frigid, mai. præon. papau. alb.



alb. lactucæ, amygdal. dulc. ipsis pro re nata, additis appropriatis alterantibus. Hinc optime humectans refrigerium dolentium est desiderium, & emulsiões laudatæ blande demulcent & sopiunt dolores capitis, arthriticos aliosque. Nimirum optime se gerunt eo casu humectantia, quod non solum somnum per se inducant; sed & per se dolores sedent, quatenus diluunt & contemperant acrimoniam salinam rodentem & vellicantem, vnde itidem obtunduntur spicula.

Humectant exterius *epithemata* frontalia, in febribus, hinc & vigiliis necessaria & optima præsidia. Vnde vel sola  $\nabla$  rosarum, vel sambuci, anethi, pulegii, verben. & alia, addita theriaca, philon. Rom. &c. vigiliarum in ardentibus febribus remedium optimum præstant, quod experti sumus sæpius.

Humectant suaviter & demulcent, somnumque hinc inuitant *pediluvia*, quorum virtutem insignem, cum neruulorum extremitatibus in pedibus communicatu facilem, extulimus, quorsum spectant ex anodynorum classe fol. salic. vitium, cortic. mandragoræ, cap. papau. cum femin.

2. *Quæcumque sulphure pollent vaporoso, blando, resoluibili, somnum ciunt, & consequenter dolores sedant.* Vtut enim id præstent omnia inebriantia dicta, & ipsa quoque noxia, quod somnum ciunt quasi  $\chi\delta\lambda\alpha\kappa\epsilon\omicron\nu$ , profundum, & stupefaciant consequenter: illa ipsa tamen demonstrant agendi hunc modum suis exemplis ac illustrant. Somnifera hinc vaporosa distinguemus melioris explicationis gratia in alimentosa, venenosa, & medicamentosa. *Alimentosa* sunt vinum, (vigiliis, non item doloribus aptum, vnde *Coi* testimonio, in dolore capitis, adde quibusuis aliis pungitiuis, podagricis, pleuriticis, &c. non dandum) cereuisia, spir. vini, quæ hinc in vigilacibus, imo & sanis ordinarie insignem conferunt operam ad ciendum somnum in oculos. *Venenosa* in hyoscyamo, cicuta, mandragora &c. hærent; imo per accidens talia etiam euadunt & alimentosa & medicamentosa. Quis enim nescit ab ebrietate somnum lethalem aliquando inductum? quis



opium non hoc nomine accusat, quod necare, incaute datum, possit? *Medicamentosa* sunt tum interna confortantia, tum ligantia. Confortando ligant spec. diamb. & diambosch. quæ in vigiliis senum egregiam opem ferunt, quatenus & roborant spiritus, & vaporositatem addunt debitam vappescenti & minus implicanti ac liganti sero.

Ligantia sunt *crocus*, & præ aliis *papaueracea*, & ex his orta *opiata*. Hinc promiscue hæc & anodyna & narcotica adiunt etiam in compositis, & ex iisdem præparatis. Sunt enim talia extr. *croc.* extr. *op. f.* & comp. sub titulo laudani opiati. eff. seu *Ra anodyna*, seu laudanum liquidum, vario modo paratum, magist. anodyn. pulv. anodyn. confortat. troch. narcot. *Plat.* theriac. mithrid. el. diafcond. & similes opiata, vt de requie Nicol. philon. Rom. & similibus, exterius fere magis hodie vsitatis, nil dicamus; it. pil. de cynogloss. quæ pro basi nihilominus habent opium.

De his ipsis dubium est in scholis medicis, quo modo agant. Licet enim saniores omnes negent falsam illam & decantatam veterum hypothesin, narcotica omnia esse frigida, & tanto frigidiora, quo magis talia, desumptam forsan a mechanica externa, quod viderint, externa narcotica esse stupefactiua, vnde hæc cum soporatiuis eadem gaudere virtute, putatum est; vnde etiam in opiatis electuariis omnibus, vt theriaca, mithridat. ne ipso quidem el. diafcond. penitus excepto, calida, piper, sinapi, cardamom. & alia velut genuina corrigentia addidere; in diuersas tamen abeunt partes. Vt rem summatim complectamur, & dictis nostris applicemus, eo res rediit, vt alii ad priuatiuam, alii ad positiuam magis vim agendi inclinent. Priuatiuam voco, qua statuunt, partim destruere & pessundare spiritus opiata, qua strage edita, consequantur effectus opio proprii; partim eorum motum, impetumque sistere sufflaminareque, vnde consequenter fibrarum sensiuarum tensiones, tantum non spasmodicæ, & inordinationes tum ipsarum, tum fusorum humorum sistantur, idque ob solos spiritus, adeo vt humores actionem nullam ab opiatis  
in se



in se sentiant. Positiuam, quando ab inducta humoribus serosis simul alteratione, & iis & mediantibus hisce spiritibus tum vitalibus, tum animalibus, ligatio quædam inferatur.

Hanc omnino locum habere statuimus, quia 1. non datur medicamentorum interiorum actio in spiritus, nisi per medium humorum; non agunt, nisi sint soluta, licet non opus sit, vt mole sua ingrediantur M. S., sufficit, quod menstruum vniuersale serum imbuant & figillent sua qualitate; 2. quia serum est vehiculum vt alimentorum, ita & medicamentorum & venenorum ipsorum; 3. quia sero proportionaliter non presente, nulla spirituum ab opiatibus in somnum fit propensio; 4. quia somnus ipse fit etiam in sanis occlusionem pororum cerebri per humidum vaporosum, ligans, sulphureum, neque somnus hic, ab opiatibus illatus, cum somno, a priuatiua causa, lassitudine & pauperie spirituum producto, conuenit, sed potius cum aliis vaporosis, exemplo ebrietatis.

Quin ipsa phænomena alia, male euenientia, ab obnubilatione spirituum optime possunt deduci. Vbicunque ergo, vi regulæ dictæ, sulphur adest vaporosum, blandum, resolubile, ligans spiritus & poros occludens, ibi est positiua talismodi causa.

Neque obstat minima illa quantitas, ordinarie pro vigiliis sedandis dari solita, sulphur enim vaporosum in minimo agit, calore & humore h. l. mediante. Nihil tam diffusiuum sui est ac sulphur, alas adeptum, seu sal volatile, oleosum, sulphur volatile, exemplo moschi, quod plus quam millesima sui parte odoriferum est, & hinc ad gr. j. datum etiam interiorius, quibus non prodest, vaporositate sua, alia licet, afficit humores & spiritus. Tacemus emetica, eodem minimo sui pondere summe actiua, vt v. g. tartar. emet. gr. j. vix vigesima sui parte antimoniatum est, imo vltterius progredi licet, & tamen vomitum mouet, agendo in humores eosque fermentando, & irritando, Argumentum ergo illud: Quicquid



minima quantitate agit in corpus, agit in spiritus solos, non humores, non partes solidas, non succedit, vel valet. Tacemus mercurialia, vel similia minima mole summe actiua, etiam præ opio. Neque enim obseruatum fuit quempiam tartarum emeticum vel ꝑ diaph. potuisse sumere innoxie, vel citra effectum ullum, ad ꝑ. ad ꝑ. ad ꝑ. ad ꝑ. quod de opio obseruatum est.

Hoc ipsum sulphur anodynum & narcoticum vero, si externum vsum spectemus, non possunt exerere opiata vel alia, nisi refracte, quatenus communicata cum M. S. similem vaporosam ligationem inducunt, v. g. applicata temporibus, pone aures & sic porro, neque enim promiscue id vsum habet.

3. *Quacunque sulphure gaudent absorbente & fundente, terreis remixto, licet minus respectiue vaporoso & resolubili, dolores sedando somnum cient.* Ut nempe narcotica seu anodyna interna vaporosa dolorum sunt sedatiua, quatenus archeum ligant & sopiunt; ita anodyna quoque seu dolorum sedatiua, sunt narcotica, somni pararia, secundario, quatenus quietem denegatam archeo restitunt. Talia sunt inprimis sulphura mineralia & metallica puriora, pluribus communia, maxime tamen id visitur in cinnabari natiua, vnde specificum est cephalicum & anodynum, vbiunque humores salini irritantes & vellicantes negotium facessunt, & tantum non spasmodicos motus his illis partibus inferunt. Vidimus huius rei effectus aliquot insignes. Laborabat infans torminibus clamosis, iisque insignibus, a datis gr. iij. cinnabaris nativ. puræ solis, statim in somnum incidebat blandissimum. Tacemus alios casus hinc inde annotatos. Idem dicendum est de sulphure vitrioli anodyno. Anodynum enim dari concedimus, licet ob venereas atomos remixtas magis exterius, vnde terra vitrioli dukis, seu sulphur eiusdem vulgo dictum est vlcera dolorificorum dulcedo & quies, interius vero facile vomitum subinfert simul. Quin talismodi sulphur anodynum constituunt etiam antheræ, in epilepsia vtitatæ, inprimis lycopodii; imo etiam in sulphure eiusque floribus vis anodyna



dyna contra tussim obseruatur, vt de vlceribus nil dicamus.

Profunt anodyna, proprie & κατ' ἐξοχήν dolorum remedia magis, in quibuscunque dolorum generibus, inprimis vrgentibus & auctioribus, oculorum, aurium, dentium, renum, vteri, intestinorum, capitis, articularum; idque morbo quasi eiusque causa, euacuanda vel alteranda, tantisper neglecta, quatenus symptomatis vrgentis titulum subeunt præ aliis, vires prosterunt, vigilias excitant, fluxiones creant, aliorumque hinc symptomatum causæ euadunt, vnde merito vrgentiori succurritur; adæquate in vigiliis, Narcotica vero principaliter somno citando, seu vigiliis, adæquate doloribus placandis; sensui quippe communi & hinc reliquis torporem infertunt.

Prius vero, quam dicamus vltèrius de opiatis in specie, eorumque actiuitate ac cautelis; breuib; de applicandorum anodynorum externorum modo agemus. Hinc instar regulæ nobis erit sequens: Variant anodyna topica pro diuersitate (1.) affectæ partis, & (2.) pungentis spinæ, seu vellicantium humorum.

Affectæ partis ratione: quo pars dolens est tenerior, eo blandius tractanda, semper seruato eiusdem tono. Sic dolenti ventriculo absurdum fuerit vel frigida, vel emollientia applicare, ipse enim calidis & adstringentibus gaudet. Inconueniens mammis partibus spongiosis, mollibus & laxis frigida vel adstringentia, sicubi turgeant, apponere. Noxium inflammationi eadem adhibere, v. g. erysipelati, quod tunc pori constringantur magis; vel vbi suppurationi eadem proxima est, quæ emollientibus promouenda.

Materiæ dolorificæ intuitu, notandum est, aliam esse r. *dissipabilem* ad extra præcipue, hinc & ad intra, quam & remeabilem vocant, aliam *traductilem*, aliam *fixam*; 2. aliam *tenuem*, aliam viscidam acidamque; 3. aliam *vaporosam*, flatulentam, aliam *humidam*, serosam, aliam *solidam*, vt plures differentias non laudemus.

Hinc



Hinc vi medendi methodi, a contrariis & qualitate & quantitate desumptæ: Prout materia doloris magis vel minus est dissipabilis, præcipue ad extra, hinc & ad intra, tenuis, vaporosa, serosa, modo conueniunt *digerentia* calida sicca, vt sacculi, exemplo doloris colici, arthritici, pleuritidis flatulentæ, cardialgiæ, odontalgia, doloris nephritici; modo *oleosa spirituososa*, vt in pleuritide, calculo, colica, cardialgia, tum per se, tum cum sacculis dictis; modo *unctuosa* & emplastica, vbi laxandum, vbi suppurandum; modo *balsamica* & mercurialia ipsa, vbi resoluendum & dissipandum; modo *terrea* temperata, vel sibi relicta, vel siccis balsamicis leuiter medicata, vbi alterandum & dissipandum, vt in erysipelate; modo *humida calida*, oleosa & spirituososa, vt lac calidum, epithema seu focus humidus e spirituososis in podagra, vinum calidum in contusione &c. modo *frigida* ipsa, vbi repellendum, idque tuto licet, vt inprimis capiti, osium vallo munito.

Quæ nisi distinguantur, in externorum horum vsu maxime peccari potest, siue solis illis vtamur citra discutientia, resoluentia, sudorifera interna, siue improvide, vt ex materia remeabili fiat fixa, ex hospite incola, ex podagra simplici, nodosa, vt plura non adducamus. Summatim & hic perpetua inter agens & patiens debet esse proportio, vt profit medicus, non noceat.

De narcoticis vero, quæ loco cautela & illustrationis melioris dici possent, complectemur exemplo opii. Hinc not. 1. *Opium est anodynorum apex.* Anodynum est, cum primis internum, de quo seorsim mox, cui tuto fidere possis. Sunt quidem & interna paregorica, vt chamomilla specificè prodest in cardialgia, vt carminatiua in colica, vt rad. galang. & zedoar. in dolore post partum, vt spirituososa aliaque; illa tamen militant sub opio, & cum hoc maritata demum felicitus agunt, vt essentia carminatiua cum anodyna præsentaneum est cardialgiæ & colicæ remedium, sine illa minus pollet. Sunt anodyna mineralia, vnde cinnabaris est quasi panacea dolo-



dolorum, ob vim neruinam insignem & dissipantem, fundentem, cedit vero opio. Prodest v. g. optime, arthriticis specificum cephalicum hoc, adde opiatum, & presentius iuuabis, vnde in arthriticis vti solemus bezoard.  $\mathcal{S}$  li cum cinnabari & laudano opiato, cum successu; imo in arthritide vaga scorbutica vidimus successum ab essentia opii liquida circa noctem vsurpata felicissimum, siue alternis diebus, siue vno alteroque ex ordine sumpta. Maxime etiam dilaudant chimici sulphur vitrioli anodynum, illud vero infidum est medicamentum, seu liquidum secundum *Salam* venemur, seu solidum, neque enim tam pansum, tam neruis amicum & ventriculo est, ac cinnabarina & opium. Peccatur hinc in excessu & defectu, aliis ad cælum extollentibus opium, aliis ad barathrum detrudentibus.

2. *Opium anodynum est genuinum, non palliatium, non temporarium solum.* Palliatia medicamenta proprie dicuntur, quæ non tam tollunt affectum, quam interpolant, quæ non tam restitunt, quam restitutionem fingunt, quæ tegunt ipsum malum, non auferunt. Sic oculus vitreus est palliatia cura cæcitatæ, pes ligneus est cura palliatia pedis ablati; par ratio est auris, manus. Aut si fucis inficiatur facies, est palliatia curatio deformitatis. A qua extrinseca propria denominatione palliatie etiam curare dicuntur, quæ ad tempus iuuant, vel iuuare videntur, citra ablationem radicis, vel causæ morbificæ ex toto. Id vero solenniter quasi obiicitur opiatis, vt hinc medicus, qui, prima accessione ad ægrum, propinando circa noctem sirupum papau. noctem quietam præstitit, palliatie dicendus sit curasse. Verum vtut negari non possit, non ablata causa non posse tolli morbum, non vnus tamen auferendæ causæ morbificæ est modus, neque ablatio causæ in euacuando vel alterando per alia solum consistit, adeoque præsidia *xiuatica* & alterantia, imo omnia sibi inuicem sunt succenturianda.

Hinc distinctione opus est & regula triplici sequente;

Kkk

(I.) V-



(1.) Vbicunque materia peccans quantitate maiori reperitur, quam vt subigi & vinci possit, ibi opiata stant post principia, & præmissis præmittendis vniuersalibus dictis vulgo, V. S. purgatione, sudoriferis demum danda, vel saltem felicius tunc data operantur. (2.) Vbicunque vero adest dolorum aliorumque symptomatum similitum vrgentia, opiata etiam citra illa præmissa locum inueniunt. (3.) Vtrobique enim opiata causam morificam aggrediuntur, non illa sola intacta agunt, & consequenter non palliativæ, nisi secundum quid, idque *negotius*, secundum M. M. leges. Exempla dabimus sequentia: Laboret quis febrī tertiana vel quartana, cui medicus velit mederi solo pulvere febrifugo, vel, quod ipsum quoque visum est non semel febrim abegisse, vel solum, vel cum aliis, opiato laudano, non datis emeticis, purgantibus, alterantibus bilem, acidumque fermentificum. Huic si febris emanferit, redibit tamen, seu recidiuabit, adeoque erit palliativa cura, secundum quid, per fallaciam nempe methodi. Illa vero obseruata, curabitur optime. Pulveres itaque eiusmodi febrifugi, aliaque ante paroxysmum data tollunt febrim, & hinc dicuntur febrifuga, etiamsi præmissa illa optime fuerint adhibita; nemo tamen hanc palliativam curam dicit, quin potius paroxysmo ablato, ipsa febris ablata & curata recte putatur. In dysenteria obseruauimus, dato laudanto opiato doloribus sopitis, somno inducto cessasse alui fluxum, rediisse tamen mane altero; interim vero acrimoniam domari, morbum in centro quasi, vt loquitur *Paracelsus*, detineri, archeum furiosum, irritatumque, & spiritus sopiri, motum ac impetum humorum coerceri ac figi, quæ singula genuinam curationem esse per anodyna monstrant. Alias enim nullum dolorum vel aliorum morborum esset remedium genuinum, v. g. non epilepticum, quod paroxysmi recurrant, a specifico cephalico dato; non nephriticum, quod non simul & semel tollantur morbi. Valet enim & hoc loco illud, quod athleticis olim acclamari solebat: Repete.



3. *Opium anodynum est & narcoticum.* Non solum dolores sedat, sed & somnum inducit, & vice versa. Ex quo ipso patet, anodyna & narcotica certo respectu conuenire inter se & differre. Differunt subiecto speciali, conueniunt generali, spiritibus placandis vtraque debita. Differunt vsu, anodyna latius patent, interna & externa existentia, narcotica, principaliter interna, adæquare externa. Differunt interna, saltim gradu. Opium vero vtrumque sustinet. Vidimus sæpius ab assumtis anodynis opiatis dolores sopitos, v. g. in dysenteria, nullo insequente somno, vt contra ea aliquando somnus succedit, repetente post somnum dolore. Quin imo dantur remedia dolores mitigantia, quæ vigilias potius quam somnum inferunt, exemplo herbæ Thee, quæ in doloribus capitis egregium experimentum est, (sine feбри quidem,) si decoctum eiusdem ex ʒij pro vice per 2. 3. dies continuos calidissime, vel post pastum quoque hauriatur. Dissipat nempe sulphur grauatium *καρσινόν*, vnde & ob vigilias, quas infert, abusu, infame quasi nonnullis est. Hinc patet quoque, non omnia anodyna esse hypnotica per se, nec omnia narcotica, externorum exemplo, esse hypnotica, singula tamen admodum sibi sunt affinia & succedanea.

4. *Laxitati vasorum & fluxilitati humorum optimum remedium sunt opiata.* Animam præbent adstringentibus, quæ vtrisque illis debentur quidem, sed infirmiter & insufficienter absque opio. Et laxitati quidem vasorum mediate magis & secundario, fluxilitati primario. Siue serum sit tenuius, salsius, acrius, titillans, vt in tussi & sputo cruento, catarrhis, incrassat opium, & coquit, maturat, vnum solum propinatum; siue bilis cum sero tenuata spumescat in vomitus, in diarrhœas, dysenterias, choleram, prompte eandem subigit, infringit & refrenat; siue sanguis cum sero efferatus excidat in hæmorrhagiis quibuscunque.

Qua occasione dictorum duo addemus axiomata: (1.)  
*Serum fluxionum omnium esse principium in corpore, siue intus,*



seu extus spectentur eadem, tum solum, tum cum bile & sanguine, quos fluxiles reddit. In omnibus ergo fluxionibus feri habenda est vnice ratio. (2.) *Opium esse frenum feri genuinum*, quo moderari id ipsum, quocunque modo excedens & plus iuste fluitans, licet. Incrassat opium, seu consistentiam sero foenerat, vt alueis suis non exundet, si sudorem exceperis, quo ipso tamen pacto freno regi non desinit. Incrassat, vaporositate sua resolubili, sulphurea, quæ mixta sero, id ipsum retardat satis in motu, ligando simul spiritus.

5. *Posito vno indicante opii, fortius est contraindicans.* Patere posset, vi contrariorum, quando opium non conueniat, quatenus enim est frenum feri, eiusdem non est stimulus, nec in eodem torpido, spiffescente, & ad motum sollicitando est aptum, quin noxium potius. Clarius tamen id emicat, si attendamus & h. l. indicantia & contraindicantia. Polychrestum est opium & dolorum, fluxionum, vigiliarum panacea, feri, irrequieti in singulis & causæ horum, frenum, non tamen crudo modo & promiscue, citra illum feri statum, qui refrenari debeat. Laboret vigiliis asthmaticus, anxietate insigni correptus simul, absit opium. Phthisicus, expectoratione mintus succedente, inquietus sit & vigilans, absit opium. Hydropicus vigilet & indigeat sopore, fessorum remedio, absit opium, integra puta dosi. Contraindicans scilicet est humorum crassities, contraindicans in aliis virium deiectione, contraindicans humorum copia, restagnatio, improportio, vt alia taceamus, quibus non obseruatis non erit proportionatum remedium opium, sed noxium potius. Moriuntur ægri, quibus per aliquot dies vita prorogari potuisset. Vtque tria illa sunt indicantia opii: dolores, fluxiones, vigilia, tres furia microcosmi; ita regulam ex praxi construximus maxime notabilem: Vbicunque dolores & fluxiones vrgent, audacter porrigi potest opium, in terminis debitis puta; in vigiliis non item, sed maxima cum cautione. Exemplo sint solæ febres. Febre laborans ardente corripiatur simul tussi, diarrhœa, dysenteria ipsa, hæmorrhagia, exhibeatur cum



cum reliquis bezoardicis, cordialibus, opium, salutaris erit vitæ anchora. Vigiliis crucietur, proderit itidem, sed restricte magis.

6. *In opiatorum exhibitione vniuersali spectanda actiuatio.*

Non actuantur, non operantur, non profunt opiata, nisi menstruo vniuersali corporis, sero, præsentē & disposito. Frustra est, maniacos curare opiatis, quamdiu serum non restitutum est sufficiente quantitate. Frustra vigiliis adhibetur a siccitate fosis, vt a doloribus, a fluxionibus talibus optime. Hinc optime dantur eo casu cum humectantibus alimentosis & medicamentosis, vt emulsionibus. Hinc optime etiam profunt forma liquida hausta sæpius præ solida, vbi hæc fuerit intentio. Fortius enim operatur opium pilulari forma, sed liquida actiuatur feliciter; non neglecto vbiuis indicante primario. Opiata plurimorum remediorum sunt subsidia, colophonem addunt, hinc in multorum morborum declinatione vniuersali profunt, vt in febribus, pleuritide, & aliis, vbi in principio minus proderant. Robur fœnerant inprimis bezoardicis. Inter bezoardica & ipsum opium militat, sed secundario, quatenus seri frenum constituit & consistentiam firmat, & sudores procurat, & spiritus roborat. Frenum est seri, & frenum bilis opium; seri per se & sine aqueis, bilis per aquea & cum aqueis, nam ipsum quoque serum, per nota, est frenum bilis. Ergo speciatim in malignis dandum est cum bezoardicis, seu mixtis, seu interpolatis, & præmissis ad minimum, vt decet. Quod si hæc actiuatio & modus agendi non attendatur, tantum abest, vt somnum in oculos vocet opium, vt arceat potius longius.

7. *Opium sudoriferum est primarium & secundarium.*

Mouet sudores per se, solum quoque datum, vnde, experimento *Dioscoridis* & *Æginete*, aliorumque etiam odorem papaueraceum suum in sudorem deriuat, quatenus intime sero resolutum, ipsum concentrat, ligandoque spiritus ad



glandulas cutaneas progressum vi sua vaporosa, tenuius quod est, per poros expirat. Hinc sudor ab opiatīs cum somno proueniens optimum est signum. Laboranti dysfenterico, & tantum non prognostico relicto ægro ab alio medico propinatur puluis anodynus; labitur in somnum æger & viscido sudore madet, liberatur breui ad stuporem medici prioris. Primarium ergo est in variis casibus, variis quoque medicamentorum generibus, dosi maiori, secundarium refracta mixtum, utrobique salis volatilis textura & concursu coniunctis.

8. *In minimo præbio operantur opiam, non temere augenda dosi.* Mirari liceat sæpe, quomodo tantillum opii in puluere absorbente, in mixturis bezoardicis, vterinis, pectoralibus operari queat, vel vires augere, & verissimum id tamen est, ob sulphur & sal volatile suum maxime actiuum. Hinc præstat, non solum maritare hæc illa accessione opiatorum; verum quoque consistere in minori pondere, nec ordinariam dosin, citra vrgentiam, transcendere, quod in lue venerea, in melancholicis, defluxionibus catarrhalibus & aliis quibusdam aliquando necesse est. Imo præstat sæpe discreta quantitate repetere idem, quam continua maiori peccare. Præstat intentione secundaria, roborandi archeum, consistentiam humorum moderandi &c. sæpe eodem vti, quod longe optimum est, vbius tamen obseruato, quid consuetudo, quid *εὐφορία* & *ιδιουνηγεία* potest.

Ita enim vidimus sæpe, ascendendum fuisse ad dosin maiorem, & repetitionem etiam quotidianam quandoque fuisse necessariam. Miles diarrhœa carnosa laborans, cum summis alui cruciatibus, vnice leuamen sentiebat ab opio in pilulis dato, quod nisi quotidie daretur, ipse mori malebat, quam cruciatus istos sufferre priuatus remedio, non facile primum illa quantitate concesso. Fœmina arbritica & nephritica, feбри continua absunta seu exhausta, vnice leuabatur *Ra* anodyna, qua, circa noctem assumpta, tanquam clypeo utebatur,



tur, eamque anxie repetendam poscebat, tanquam clypeo, inquam, quo opposito, mox dolores remitterent per integram noctem pacati.

9. *Externo usu opii vis remissior, non tamen noxia.* Plurima de opio relata falsa nata sunt ex falsa hypothese, quoad agendi modum. Hinc sine dubio fallacia non causa vt causa fuit, bellatorem quendam, cuius galea opium fuerat illitum, hinc mortuum; doloribus dentium inditum mortem accersuisse, & quae alia sunt huius commatis. Neque illi sunt audiendi, qui tutiorem usum in clysteribus statuunt, iungentes hac via opium, ne propinatum noceat; theriaca, philonium Rom. & alia in vigiliis & doloribus possunt temporibus, pone aures, imo & fronti in epithematibus applicari, umbilico in dysenteria, aliisque partibus in emplastris, modo interius non negligatur eiusdem adhibitio. Non noxia est vis, eo modo, vt intus exhibitio eodem, ultra quam par est; hinc dosi maiori exterius praescribitur. Noxia tamen aliquando fit per accidens, ob morificationem & improportionem, quod valet de collyriis. Oculis dolentibus opiata minus prosunt extus applicata, quatenus amaritiae ista ardor potius conciliatur, quam lenitur: & si quis acriusculis oculum gaudere obiecerit, id verum est quidem, sed praestat eo casu aloen eligere, quam opium, obtundente mucilagine constans.

10. *Natura succumbente, nec alia generosa, nec opiata imprimis locum habent.* Nemo audet eo casu emetica, purgantia & similia adhibere, viaticum ad mortem futura. Vires ergo vt tyranni sunt indicationum in applicando opio, si atterantur positivae a doloribus, & acrimonia; ita & in deuitando, si supersint paucae, nec ligari spiritus possint citra machinae derelictionem. Opium est scopulus offensionis, cuius adhibitionem fugillant & calumniantur saepe medici, tum ex ignorantia cum vulgo communi, tum ex malitia, vt ex aliorum famae funere trophaeum aliquod inglorium



glorium sibi erigant. Nullum ergo sub sole medicamentum est, quod maiori egeat cautela, præ opio, & vbiunque timeri potest sinister euentus, non dandum opium. Cordatus debet esse medicus in eius vsu, & cautus. Cordatus contra osiores eiusdem, mortem inde timentes, vel prædicentes, vano metu, vt in dysenteria & aliis casibus. Cautus, ne famæ maculam aspergat, quam cautissimus sæpe vix euitare potest. Quod si hinc præuideat hæc medicus, siue moriturum ægrum, & reuera conclamatum esse, consultius est, vt fata suo mori finat, nec in medicamentum mortis causam deriuari patiatur, siue cauationem exinde enasci posse. Optime progredietur, si minori dosi acquiescat. Generatim etiam nocet, magis opium, vbi mors imminet a suffocatione spirituum, minus respectiue, si resolutio sit nimis, in hac enim, si intra terminos naturæ adhuc consistat, prouide reliquis iuncta cordialibus opiata, refracta dosi, spiritus quasi dispersos & palantes vniunt, ne dissipentur. Ast si deiectæ vires penitus, nec æger facultate animali amplius pollet erigendi se, ligando easdem, succumbere faciunt.

## LIBRI II. SECTIO II. CAPUT XV.

De

### *Errhinis & Ptarmicis.*

**I**Nter topica euacuantia insigniora sunt ERRHINA & PTARMICA. Vt faustum omen ex sternutatione & veteres sumpserunt, teste *Xenophonte, l. 3. de exped. Cyri p. 286.* & hodie id vulgatum est; ita & medici merito prognosticum hoc attendunt, & ipsi sternutationem cient non raro pro salute corporis.

Illu-



Illustrare horum actionem licebit, si quædam a parte agentis, remediï, quædam a parte patientis, narium, consideremus huc facientia. Ponemus enim (1.) vt expirationem, ita & excretionem feri per nares fieri continuam, eamque duplicem, insensibilem, quæ cum respiratione eadem est, seu coincidit saltem, & manifestam, pituitæ mucique nomine venientem. Hæc vero non raro impeditur, vnde videas quosdam vix gaudere beneficio emunctionis, ita vt ne mica quidem feri recrementitii viam hanc ordinariam teneat, defectente hinc cursu vitioso ad bronchia, vel remorante & stagnante eodem in poris ossis ethmoidi, seu cribrosi. Promouenda ergo hæc ipsa est excretio, si vitare velimus inconuenientia inde enata, imo & olfactum sæpe ipsum reparare, adde & excrescentiam polyposam præcauere, quæ non raro ex hoc fonte propullulat, vel promouetur saltem.

(2.) Prospicere nares & toti, & parti; toti quidem, seu cordi imprimis per insensibilem illam *ἐκκρίσιον*, parti vero seu cerebro per sensibilem magis. Glandulas cerebri cribra esse, per quæ perpetuus humoris fluxus destillat, pluribus experimentis abunde constat, vt adeo non diu durauerit sententia, illorum, vel applausum meruerit, qui cerebrum ab omni reatu in catarrhis absoluerunt sustinuerunt, quasi sanguis ad sacrum cerebri ascensurus omnem in naribus deponat serosam viginem, non aliter, ac Turcas calceamenta exuere oportet, ingressuros in Moscheas suas, quas vocant. Adest sane humor serosus, adsunt viæ, adsunt pori, adest os cribrosum, vt peruium esset transituro humori, adsunt papillæ glandosæ infinitæ, stillantes & exudantes serum.

(3.) Vim feri elasticam nullibi magis, quam in naribus visi. Admiranda est actio, sternutatio, licet primo intuitu videatur leuissima. Ponamus enim absolui eandem irritatione, fusione & liquatione, & excretionem ipsa; hæc tamen nondum satisfaciunt, quin desiderari aliquid queat. Id vero optime suppleri posse videtur, si attendamus vim feri elasticam, expansiuam, explosiuam, hoc loco maxime promotam a conditione & archeo loci. Elasticum est serum in naribus & explosiuum ob re-



ritudinem subtilis membranæ, quæ facillime cum afficiatur, facillime quoque in motum citatur aereum & rarefactiuum eiusdem. Elasticum est ob transeuntem aerem, qui continuo dum traducitur, huic virtuti elasticæ inseruit, primo quidem quasi remoram passus, vt hac ipsa pausa sua maiori impetu explodatur, vnaque cum ipso rarefactum & attenuatum serum. Elasticum est ob anfractus, gyros, cavernas, & cavitates, quæ omnia strepitum adaugent, & multiplicant. Elasticum denique ob spirituum animalium concursum, vnde fibræ nerueæ concitatae & papillis glandosis exprimunt humorem, & hic rarefactus easdem membranulas & fibras sollicitat, vt, concursu hoc facto, tota quasi anticamera cerebri, membranosa compages, exurgat, & explosionem vna præstet.

(4.) Sal stimulare, liquare, tundere & in motum ciere serum. Proprium hoc est omnium & commune singulis. Idque tum per se præstat, tum explosiuo principio inprimis fœrum. Quicquid explodi debet, elastica vi gaudeat oportet; quicquid elasticam vim exerere, attenuari, moueri, agitari, cieri, nihil enim est aliud vis elastica, quam mutus citator, expansio, rarefactio. Vnde tantisper in motum citatus humor serosus differt aerem illuc ferendum, hinc vero eo promptius & citatius accersit, ex quo fit sternutatio. Omnis sternutatio fit ab aere tanquam materia prima. Omnis sternutatio fit a sero rarefacto & explosio, tanquam a materia secunda & aerem modificante. Quin imo ipsa mora laudata vim elasticam vtriusque accersit. Subiectum enim humidum calido successiue & æqualiter effumat, exhalat, & in æqualiter facta quasi conclusione, exploditur. Par hic est ratio.

(5.) Sal magis pansum magis stimulare, obtusum & implicatum minus agere, & refracte. Illud enim sui iuris est, hoc principio destructiuo, humido, retusum & dilutum. Si vllibi id valet, merito attendendum est in ptarmicis & errhinis. Non agunt salia, nisi soluta; soluta vero in minori liquore vt magis concentrata, ita fortius & efficacius agunt; & contra vis dispersa debilior est unita. Valet id ipsum tum ab extra, quando studio, vel inuiti experimur id ipsum ab admissis effluuiis consimilibus aptis; tum ab intra quoque, quando serum, salium vehiculum, eadem narium mem-



membranæ aduehit, vt ibi expandens stimulum effectum hunc exerat, vt in catarrhis.

Ex his ipsis fufius paulo allatis facile patet, quænam sint errhina, quæ sternutatoria, seu quæ naribus debentur coniunctim topica.

Hinc 1. *Quæcunque vim elasticam feri promouent, & consequenter aeris conclusi & remorantis eruptionem, sunt & dicuntur ptarmica.* Promouent & inferunt vim elasticam hanc, experimento vel aeris fudi magis, subtilissima effluua mercurialia, siquidem toto die id experimur, quando ex conclauis occluso prodimus in sudum. Nouimus virum reuerendum, qui tempore verno æstiuo florentibus rosis vel vitibus nunquam poterat exire & cum reliquis communi vitali aura resectoria frui, quin statim in infinitas sternutationes rueret.

Promouent & cient eandem omnia acria sicca, particulis salinis foeta, tum volatilibus, tum fixis sibi relictis, & particulis sulphureis remixtis, nominatim triplicia: cephalica, purgantia & alia; & quidem sicciora vt euaporatio eo magis penetret, & penitus afficiat. Cephalica sunt ptarmica, præcipue, quod caput simul roborent; vt fl. lil. conuall. maioran. spec. de maior. Mynf. diatabac. Mynf. ambra, moschus, quo pertinent etiam ol. maior. ipsum & similia, pulueribus refracte addita, item spec. diamb. diamosch, aliquando castoreum, sem. nigell. pulu. sternut. Rul. &c.

Ex purgantibus instar omnium est helleborus albus, qui & hinc a Germanis vocatur Nieswurts. Tacemus gialapam, colocynthidem, & plurima purgantia alia. Non omnia enim sternutationem excitantia sunt vel dicuntur talia reuera, tum ex hac classe, tum sequenti, sed vt noxia potius cauenda, quod excessiua acrimonia vellicent plus quam par est.

Tertio enim loco quoque quæuis acria id præstant, speciatim vero ex vegetabilibus ptarmica, tabacum & piper omne, inprimis vero euphorbium; ex mineralibus vitriolica, ptarmicorum apex, inprimis vitriolum album, quod & ptarmicum est & errhinum eximum, vt alia non memoremus,



Hæc ipsa sunt sternutatoria, tum ἐκ πνευματικῆς adhibita, tum per accidens, inuitis admissa naribus, quod in operationibus chemicis & pharmaceuticis, vt & alias toto die contingit. Vnde, quod ex dictis claret, alia sunt vsitata, alia inusitata, alia vt sciantur & caueantur, alia vt applicentur & profint.

2. *Quæcunque serum liquant & fundunt e papillis glandosis narium, citra vim elasticam seri, aeris & spirituum animalium, sunt & dicuntur errhina.* Licet enim vi vocis errhina generalius notent omnia naribus indita; vsu tamen recepto specialius illa dicuntur, quæ non sternutationem excitant, sed citra eandem operationem suam præstant. Adeoque ptarmica actionem exerunt magis completam, errhina incompletam; illa fortius, hæc remissius, vnde vt purgantia minori dosi data sunt lenientia, ita & errhina & ptarmica eadem esse possunt, modo dosi discriminentur.

Liquant & fundunt ergo errhina non minus ac illa, sed retusa & correctæ quasi. Retunduntur particulæ aciores salinæ, imprimis aqueis; aqua enim explosioni contraria, ficitas obstetricans. Vnde quæ in sicca forma erant ptarmica, humida porrecta, sunt errhina: maiorana, ☉lum album, ☉ & flores ☉\*ci, ☿tus, colcothar ☉li, subtilibus etiam atomis sternutationem excitant, imo ob violentiam posteriora dicta ne in vsu quidem cedunt. Sin solvantur in aqua, vel alio liquore, non item, & liquant tamen egregie. Atque hinc errhina lustrare possumus familiaria magis & egregia. Tale est ▼ maioranæ, summe depradicanda in variis affectibus. Laboret quis coryza, odoratu amisso, obstructione narium, hauriatur tantillum aquæ maioranæ, compressa nare altera, & aqua s. in os præsumpta; repetatur id bis vel ter, sentiet levamen insigne. In vsu hinc nobis est frequenti tum per se, tum cum ☉lo albo & elaterio, seorsim vel coniunctim remixta, si v. g. ℥℞. ▼ maior. ☉l. alb. gr. j. ij. iij. & elater. tantundem pro re nata addatur.

Tale est succus anagall. fl. purpur. succus maioranæ & betæ, vt ▼ anagall. succ. irid. nicotionæ &c. non memoremus. Vt & vapor raphani rusticani ex tritu culinario exsurgens id satis docet. Tale est mus ☉\*ci, imprimis vinosis, qui & penetrantior est



est & efficacior, errhinum nunquam satis deprædicandum, in epilepsia, lipothymia, apoplexia, affectibus soporosis, hysteris & similibus, quin etiam in anxietatibus summis a doloribus ipsis confurgentibus.

Fieri etiam errhinum tale ex tempore potest, quando  
 ⊖\*cum in lixiuium quodcunque iniicitur, mox enim vrinositatem pandit, quo pacto nouimus inter alia quendam iuuenem doloribus capitis intensissimis, & a fascino ortis putatis leuatum. Adhibetur ~ ⊖\*ci ad odorandum solum, efficacissimo cum vsu. Soliti etiam fumus quandoque, in epilepsia v. g. addere ☉ rutæ, salu. succ. gtt. j. vel alteram, & parum ∇ apopl. vel eff. castor. insigni cum effectu. Tale est liquor ☿i ~ati, si affuso ∇i extrahatur, quo remedio polypum aliquando curauimus, item ∇æ ☿les alia, si vlcera narium marigna adsint.

Retunduntur particula aciores etiam aliis formis mollioribus, quibus irretiuntur quasi & inuisantur, adeoque mitius agunt, quod exemplo elaterii, mellis rosati, insignis absterforii, & linimentorum errhinorum ex fl. lil. conuall. cum ol. nicot. irin. &c. add. ☉ maior. gtt. j. vel altera clarum est.

Retunduntur, si non immediate applicentur, vt particulas acutas infigere membranosis partibus possint, sed adoretenus saltem, vnde nigella appensa amuletum est catarrhorum, odore suo dissipans & in motum ciens serum. Par ratio est aliorum, diuerso fine applicatorum. Facit huc, si grossiores paulo pulueres recipiantur. Tacemus, retundi eandem acrimoniam, & liquantem saltem reddi, per mixtionem naturalem, si terreis immerse sint magis, quam in rem elegantissimum locum legere licet apud *Potter. c. 3. obs. 63.* vbi puluerem heliotropii seu scorpioidis cum gossypio bis in die naribus immissum polypi specificum remedium scribit, carnes liquans & dissoluens citra morsum.

Retunduntur denique, si minori saltem dosi actiuitatem moderemur, eamque miscela quoque temperemus, vel ipsis etiam corrigentibus debitis, nec attractio fiat penitior. Illustrabimus hoc ipsum exemplo tum ab aliis, tum a *Schotto* deprædicato *Phyf. Cur. l. 12. c. 4. p. 1532.* vbi meminit circumforanei cuiusdam, quæ



in Palaestina aliquot annos versatus erat. Habuit hic puluerem, cuius exigua portiuncula, quantum apice cultelli sustentatur, naribus imposita, & sine attractione retenta, prolicuit e naribus ac faucibus catarrhos ac foetidos humores tanta copia, sine vlla tamen violentia, vt, qui curam patiebatur, sentiret notabiliter dictos humores e capite extrahi atque ad nares & fauces confluere. Multis curam adhibuit semper cum emolumento. Afferuit, puluerem confieri ex radice aliqua Arabiz; nulli tamen, vel nomen radice aperire voluit.

Describit talem puluerem ex euphorbio *Rolsincius O. & Meth. comm. p. 608.* ex euphorb. p. j. rad. ir. Flor. pij. vocant alii apoplegmatismum euphorbii. Hic ex narium & palati membrana spongiosa & glandulosa elicit copiosam pituitam mucosam. Vt fluxus faciliteretur, ligneo bacillo inserto dentibus, os teneatur apertum. Habentur ibidem etiam plura exempla errhinorum egregia. Quod sit attractio fiat, vel in dosi non obseruetur accurata proportio, sternutationem fortiter ciet. Legi de eodem medicamento meretur *Eph. Germ. Ann. I. Obs. 34.* vbi plura habentur. Forsan etiam correctum fuit magis medicamentum, vel, quod ibidem innuitur factum quoque, cum aqua administratum.

Vsum vero horum remediorum cum cautelis coniunctim addemus, sequentibus porismatibus. 1. *Errhina ac ptarmica vsu gaudent priuato, atque publico, viroque late patente.* Priuato, quando indicatio est ipsis naribus medendi, siue sanguis sit sistendus, vt in hæmorrhagijs, vbi ischæma conueniunt, siue vlcera & fetor sint abstergenda ac curanda, vt in ozæna, vbi  $\Theta$  \*ci cum  $\circ$  maioranæ oleosum redditum experti sumus optimum, seu sordes educendæ, vt post variolas, vel in infantibus quoque, vbi emollientia & confortantia ex ol. amygd. d. maior. profunt; vt de coryza & alijs casibus communibus dicamus nihil. Ipsa tamen errhina priuato huic fini, vt ptarmica publico, magis velificantur.

2. *Errhina & ptarmica motum seri promouent;* sicubi restat stagnet, vel euacuari desideret, vnde caput purgia audiunt. Motum promouent, seu blandius, vt priora, seu efficacius & impetuosius, ut posteriora. Motum promouent tum mediate ex capite, vna enim



enim & perpetua est communio valorum salivalium & lymphaticorum, tum immediate ex naribus ipsarumque glandulis. Motum feri, spiffescentis, torpidioris & *συναρτησιον* passi, imo & in ichorem putrilaginosum fatifcentis. Quandoque enim in ossis ethmoidei confinibus residens humor, obstructis poris, nec aere sufficienter ventilatus, odorem ingratum concipit, siue iam in vlcus faceffat, seu minus, quæ causa est fœtoris narium ordinaria. Vbicunque ergo per has vias motus feri promouendus est, illa ex vsu sunt. Euacuant humores præfentes, abundantes & remorantes, vnde in catarrhis & aliis officium faciunt, liquando & liquatam deplendo lympham. Hinc

3. *Perpetua inter euacuans medicamentum & euacuandam materiam debet esse proportio.* Id quod vt valet in purgentibus, diaphoreticis, diureticis &c. ita etiam in sternutatoriis. Omne euacuans supponit humorem, quo denegato frustra est stimulus. Dantur hinc ficciores, quibus idem est, ac si e pumice aquam velimus elicere. Hinc vt in affectibus serosis vnice profunt, ita in reliquis nocent. Hinc peccant, qui continuo pulueres errhinos naribus attrahunt. Sicciores sunt tamen nonnulli, & assuetudine solidatæ magis membranæ, vnde minus læduntur, vel afficiuntur, neque enim sternutant inde. Quem in finem vt hauriri possint tales pulueres inculpate, & cum successu, sine noxa, hodie mitiores & suaues talismodi in quibusdam officinis asseruantur pulueres, qui non tam mouent sternutationem, quam confortant, maioris vel minoris apparatus, imo vel ex solo schœnantho g. m. puluerisato id ipsum parare licet, vna alteraque gutta  $\odot$  rosar. medicato.

4. *Sternutatoria ergo, seu errhina roborant.* In aulis solenne est non paucis, talibus vti frequentius. Licebit & medico s. a. talia præcipere, vt caput leuetur, & tum præseruandi vsu, tum curandi ordinare eadem. Roborant & leuant caput oneratum & debile a causa positina, si graue est, si spiritus non sui iuris, non agiles, sed irretiti & in somnum & lassitudinem proni. Roborant per accidens, euacuatione excrementitii humoris serosi facta; roborant per se, virtute cephalica subtili volatili prædita.

5. *Errhina & sternutatoria excitant archeum.* Excitant archeum



archeum capitis, in affectibus soporosis, apoplecticis, & suffocatio-  
ne hysterica, magis tamen fere errhina in praxi, quam sternutato-  
ria, vnde sub latitudine hac spectant huc naribus admota suffi-  
menta, etiam ex charta accensa in histericis, ex pennis accensis,  
▽apoplectica amara, balsamo hysterico, quæ singula, si fatemur  
quod res est, non tam agunt, irradiatione ad cor per pulmones,  
quam per cerebrum facta. Odores immediatum habent conta-  
ctum cum spiritibus magis animalibus, quam vitalibus. Illi quip-  
pe sensus & motus sunt organa, excitari vero archeus non potest,  
nisi per excubitores vitalis regis, sensum & motum dispensantes  
spiritus animales. Excitant archeum musculorum, adæquate,  
concussu abdominis adiuto & consequente compressione versus  
inferiora, in partu difficili, teste experimento *Heerii obs. 14.* &  
*Harnæo l. de partu;* secundina retenta & lochiis retentis, imo &  
mensibus, quale exemplum habet *Hild. cent. 3. obs. 53.*

6. *Errhina euacuant & corrigunt, ptarmica discutunt & displo-  
dunt humores.* Illa absumunt & minuunt, hæc rarefa-  
ciunt & rarefactos displo-  
dunt humores; hinc caput levant &  
singultum tollunt, quod hinc inter remedia eiusdem præci-  
pua refert *Plato.* Singultus pro causa habet flatum intimius af-  
fligentem, qui dum mouetur, non promouetur, & spasmus ven-  
triculo inducit atque præcordiis, ptarmica discutunt halituo-  
sam mineram, & ne *avo* concuti possit corpus, concussionem totius  
abdominis & diaphragmatis excutiunt, quod ibi male inhæret;  
unaque motu concurrente, & archeo excitato calorem adaugent.  
Hinc *6. aphor. 13.* recte asseritur, singultu detento, a repletio-  
ne scilicet, si sternutationes, *παρανοί*, ad sufficientem discus-  
sionem superuenerint, non vt morbus morbo, sed vt remedium,  
singultum tollunt.

7. *Vbicunque vi elastica peccat serum in capite, vel non, vel  
cautissimo conueniunt ptarmica.* Vt enim quando vis elastica pro-  
mouenda est, vnice profunt, & a natura instituuntur sternutatio-  
nes, ita vicissim data eadem vix locum inueniunt. Fit id ipsum  
in vertigine & epilepsia. In vtriusque his errhina sunt optima,  
roborando & discutiendo, volatilia, odorifera, balsamica, iam ex-  
posi.



posita. Sed cum, iuxta vetus dictum non ineptum, sternutatio sit parua epilepsia, caute mercandum est eo casu cum sternutatoriis. Parua est epilepsia, subiugabilis nempe naturæ, parua est epilepsia ad extra, momentaneo motu, vt epilepsia magis est ad intra, vnde & producta sternutatione sæpe epilepsia oritur. Notum est ex historiis, aliquando sternutatione epidemia, sine dubio cum maligna vel pestilenti feбри coniuncta, plures fuisse mortuos, quem in finem etiam Litania, seu preces illa publicæ inuentæ & exortæ laudantur. Fortior omnino fuerit hic & convulsivus motus. Duo pueri cum certarent sternutationum numero & frequentia, quis alterum superare posset, alter eorum in epilepsiam lethalem incidit, alter in vertiginem periculosam. Hinc sternutatio & præcedit epilepsiam & sequitur, diuersis de causis; præcedit onerata natura, sequitur vincente. Hinc in praxi nostra non facile præscripsimus ptarmica pro epilepticis, ast errhina sæpissime; imo & vulgus hanc in rem allium confiectum naribus admouet solenniter; nec vertiginosis quoque facile, quibus balsama apoplectica magis profunt. Est enim & in hoc affectu vis elastica fumosa, peregrina. Requiritur semper ad sternutationem *materia excutienda*, & *robur natura*, ne inde irritetur magis, quam iuuetur. Hinc etiam eo casu, quando plus iusto sternutatio producit, lac in nares tractum pro acrimonia demulcenda, experimento *Foresti*, *Hildesb.* & aliorum, conuenit.

8. *Partibus afflictis non est addenda afflictio.* Effertur hoc ipsum alio canone in scholis medicis recepto, non esse euacuandum per loca affecta, quæ nempe sustinere id onus excretionis oportet. Adeoque, præter duo illa dicta requisita, ad sternutationem commodam præstandam etiam tertium necessarium est, nempe *robur partium concurrentium*. Vt itaque profunt speciatim errhina eo casu, si domestico vitio vlcibus, excrescentia, fœtore, hæmorrhagia, aliisque laborent nares; sic ptarmica minus habent locum, si nares facile stillent sanguinem, nam & sternutatio hæmorrhagias præcedit, acriore titillante sanguine appellente. Non, si pulmones sputo cruento vel phthisi, costæ fractura laborent; imo nec in astmate, de quo vid. *Cortesi. cent. 2. de quæstio.*

M m m

per



per epist. p. 102. Hinc *Cous Coac. pranot. c. 3. l. 174.* sternutationes in morbis circa pulmonem, & antecessisse & succedere malum esse refert. Non, si abdomen robore concussorio non polleat, ut in hernia quacunque.

9. *Organis sensuum sternutatoria facile nocent.* Concurrent & hæc, licet secundario, patiuntur vna, si non agunt. Animadvertit id *Abr. Schoppius l. de legitima utendi ratione presidiorum medicorum s. 15. p. 94.* vbi male intellecto *1. aph. 21.* quosdam inpingere docet. Aphorismus hic est; quæ educere oportet, (per varia excretioni destinata loca) quo maxime vergunt, (& aptius educi queunt) eo (per emetica, purgantia, diaphoretica, emunctoria capitis,) ducenda (euacuanda esse,) per loca conuenientia (ita ut & sequax eo sit materia, & locus excipiendo, educendoque aptus.) Nequaquam, ait, semper est imitanda natura, ut dum symptomatice per oculos & aures mouet. Seu non conueniunt debilibus oculis, vel auribus, in ophthalmia, auditus difficultate, multo minus vero dolore. Sunt enim (verba sunt auctoris) hæc partes (ut & sensus tactus ipse per se in capite, & organon olfactus) sensu tactus exquisito donatæ, ob id acris medicamentis, quibus vacuationes a capite mouere necesse est, vehementer irritantur, dolor & calor excitatur impensius, quod intendimus non consequimur, imo eius loco surditatem, cæcitatem, aliumve insignem harum partium affectum molimur. Sic ex sternutatione nimia neruorum opticorum obstructionem, & ex hac cæcitatem consecutam obseruauit & curauit *Fabrit. Hild. cent. 1. obs. 14.* Odoratum ablatum, tinnitum aurium, & alia symptomata *idem Cent. 4. obs. 14.* & matronam sternutando mortuam *obs. 12.* notauit. Exemplum talismodi triste & nos obseruauimus. Matrona quædam, adhuc in viuis, ante viginti circiter annos laborat oculi sinistri rubedine & debilitate. Medicus inter alia ordinat succum betæ, vitro misso paulo grandiori, vnciali, vel maiori adhuc; iubetur haurire in nares profuturum humorem, ut deriuato ad nares acriori ferro, liberaretur ab obsessione ingrata oculus. Illa, mole vitri inducta, sanitatis cupida, diligenter naribus inculcat medelam, sed tristis cum effectu, inde enim concussionem facta oculi humores turbati, inuerti,



inueri, & de statu suo deiici, vt paulo post cæcitas omnimoda, cum imminutione bulbi, fequeretur, nullo modo reparabilis.

10. *Ptarmica nec nimis frequenter, nec acriora conueniunt.*

Solet enim commotio cerebri maioris sæpe mali causam præstare, ex conatu ad expellendum fortiori facto. Valet ergo & de his 1. *aph.* 25. si qualia oportet purgari, hoc loco per sternutatoria, purgentur, confert, & facile ferunt; si contraria, difficulter. Et *aph.* 23. Excreta enim non copia sunt æstimanda, sed si qualia oportet exeant, & *Φόβος ἐν Φόβῳ; facile ferat æger.* Valet id imprimis in infantibus, in grauidis, quibus sternutasse inconsultum est, imo & senes ficciores magis ab iis cauere debent. Optima sunt confortantia, & cephalica; moderate vsurpata hæc vegetam reddant naturam, immoderate deiiciunt a tono partes, serum nimis euocant. Tantum ergò est euacuandum in genere, quantum serum peccat in corpore, idque superfluum, ne vile profundamus cum inuili, alimentarium cum excrementitio, vt quidem vulgus confundit eadem,

## LIBRI II. SECTIO II. CAPVT XVI.

*De*

### *Masticatoriis & Salivantibus.*

**Q**uando abuti solet natura viis alimentariis ad excrementa reiicienda, quod vomitus exemplo clarum est; id imprimis quoque fit per os in genere. Maxime enim iterat, vt plura loca essent pro recrementis eliminandis. speciatim vero sero. Non solum per vrinam, & per sudorem ordinarius euacuationis huius locus est; verum quoque per os, tum ordinarie pro capite purgando, tum consecutiue pro reliqua M. S. ipsa. Vnicuique loco nobiliori tanquam conclauis attexiuit locum ignobiliorem, vt expurgaretur camarina.

MASTICATORIA dicuntur ab adhibendi modo. Quando ingesta masticantur, prompte affluit, ceu primum & antecedens menstruum, saliuæ, miscenda cum cibus & deglutienda. Sin opus sit

M m m 2

non



non pro vsu alimentario sed medicamentofo, masticatione vti, quæ id ipsum præstant, audiunt masticatoria.

APOPHLEGMATISMI, seu *ἀποφλεγματίζοντα* dicuntur, quod phlegma, seu serum in coagulum abituriens, depleant; SALIVANTIA, quod per ptyalismum seu sialismum, affluxum salivæ maiorem solito, adeoque expuendum cieant. Quo ipso triplici nomine tres quoque gradus diuersos exprimemus, sub eodem capite singula complectentes.

Claretergo ex physiologicis 1. *Saliuam feri esse progeniem.* Serosum maxime est cerebrum, nulla pars hac ipsa magis humido pollet. Vt cor est calidi sedes, ita cerebrum quasi humidi regia, vnde etiam inducti fuere non pauci, vt a capite nutritionem arcessant, a succo nutritio, quem vocant, neruorum; sanguis vehiculum est spirituum vitalium & materia; serum spirituum animalium. Fauces vero isthmus quidam & cataracta feri, non tam *ἀνω* tendentis, quod sibi persuadent, qui caput exors catarthorum autumant, quam potissimum *κάτω* refluï. Per anatomen quippe clarum est, propagari ductum lacteum seu lymphaticum thoracium versus caput, valuulaque intermedia in rimum ascendentem & descendentem discriminari, vtrumque tendentem ad cor & lympham illuc reuehentem. Sensu etiam patet defluere modo blande, modo impetuose quandoque lympham deuiantem ad pulmones & asperam arteriam, quin & tumores amygdalarum & faucium alios causari non raro.

2. *Stillare saliuam e glandulis, quibus numero infinitis labia & fauces totæ polleat;* Pollent minoribus, quas conglomeratas vocant, sensui obuiis, visui & tactui, & maioribus, conglobatas dicunt, exigua præter hanc differentia, sublingualibus non paucis, & laterilibus, tonsillis. Illustrant se inuicem collatæ hæ partes cum renibus. In vtrisque continua fit stillatio, cessans tamen in faucibus fere tempore somni, vt per ductus detrudi suos queat.

3. *Motu produci & cieri saliuam e glandulis, vt quo plus sunt motæ, plus cieantur aquæ & hæ.* Hinc somni tempore, motu omni animali h. l. cessante, etiam cessat actio hæc. Eo vero impresso ortiori citatur, vel corporeo, facta agitatione labiorum, modo non  
nimis



nimis citato sermone interdum quasi absumatur, facta impropor-  
tione quadam, vnde exiccantur fauces & spissatur saliuæ; vel spiri-  
tualis, si spiritus accurant magis, seu præ desiderio sine nausea ad  
obiecta, utroque enim facto saliuæ os repletur magis. Quorsum  
etiam ventriculus ipse confert aliquando, vnde sialismus prodro-  
mus est nausæ & vomitus, & in hypochondriacis quoque quibus-  
dam obseruatur. Hinc saliuatio alia est *naturalis*, omnibus com-  
munis, perpetuo suppetente liquore hoc vtili, licet excrementitio,  
alia *p. n.* & *symptomata* in dictis casibus; alia *critica* & *medica*, vt  
in febribus, quin & in gravidis quandoque, facta regurgitatione &  
copia maiori huc lata; alia *artificialis*, per hæc ipsa remedia diuersis  
gradibus inducta.

4. Adcoque saliuam aliam esse *utilem*, aliam *inutilem*; illa di-  
citur κατ' ἐξ ἑαυτῆς saliuæ, hæc abusive, proprie vero sputum, vnde  
melancholici sunt sputatores, vnde his ipsis remediis crebrior in-  
ducitur sputatio. Vtilis illa est tenuior, hæc viscidior, vt alias dif-  
ferentias plures non memoremus.

His positis tribus distinctis nominibus tres quoque diuersos  
gradus in vnum eundemque finem generalem collimantes pro-  
ponemus; 1. *Quæcunque in motum cient glandulas miliares faucium*,  
*exprimunt saliuam*, seu in os citatius colligunt, vt expui vel de-  
glutiri possit, sunt vno verbo masticatoria. Faciunt hoc, quæ-  
cunque agitant linguam, subditi globuli quicunque, e crysallo  
inprimis, quale instrumentum est *Sanctorii* pro siti sedanda,  
aqua prius humectatum. Faciunt huc semina coriandri, aliaque  
rotunda ac orbicularia, ad agitationem & motum quippe præ cæ-  
teris aptiora, inprimis vero præ omnibus mastiche, masticato-  
riorum apex. Cum enim vel sola masticatione quasi continuo se-  
rum eliquetur, his ipsis masticatoriis, calore & motu, fluxiliores e  
glandulis redduntur humores saliuales, porique glandularum  
miliarium utroque modo redduntur magis patuli & dilatati, vn-  
de humor amplius colligitur. Mastiche hoc pacto tota albescit,  
tota obsecundat contusioni, per dentium molam factæ, optima  
pro sero educendo, optima pro corrigendo, aromatica sulphu-  
rea roborante virtute.

Mmm 3

Profunt



Profunt hæc ipsa masticatoria pro alterando, & deplendo, in fœtore oris, præcauendo & curando, vnde myrrha, cort. citri, costus verus, cinam. caryophilli, fol. Indum, rad. carlin. angel. & alia masticari queunt, inprimis quoque ad præseruandum corpus a contagio, seu phthiseos, seu putrilaginis cuiuscunque, seu ipsius pestilentis vel maligni. Talia masticare par est medicum, vt & serum alteret, & aerem quem haurit, & ventriculum, quem primario accusat in peste *Helmont. Thomson, & alii.*

Profunt in laxitate gingiuarum, inprimis ex terr. japon. parata, vt pulueres, trochisci, essentia & similia; optima enim sunt vna roborantia. Profunt in hæmorrhagia ipsa narium, vt rad. pseudomelanthii id præstat, sub linguam reposita.

2. *Quæcunque serum proximius in faucibus in motum cient, sunt apoplegmatisata.* Duplici modo conueniunt ad eliciendum humorem hæc ipsa (1) cum masticatione, (2) citra masticationem, sola simplici detentione, qui secundus quasi gradus est, si cætera consentiant quoque. Illa possunt dici proprie dicta masticatoria, quia masticatione absoluuntur; hæc improprie dicta, seu apoplegmatisata, quæcunque forma adhibita, sicca, liquida & media. Sic pro loquelæ defectu in apoplexia curanda solenne est, e simplicibus facile parabilibus, vel solum rosamarinum sub lingua detinere; Par ratio est leuistici & similium.

Sic myrrha, costus verus, cort. citr. zedoaria, aliaque dicta huc referri possunt, seu *ivocuias*, seu præseruationis gratia, si alia forma, quam sola masticatione, quo nomine ad primam classem spectant, in vsum veniant. Et illa enim citant quoque salivam, sed quasi incomplete, vt deglutiat & alteretur. Sic fol. Ind. eodem refert *Roder. Castro.* Imo diuersa medicamenta alia huc spectant, quæ pro applicatione & præparatione alia atque alia ad primam illam & secundam pertinent, v.g. rad. ir. pyrethri, (in doloribus dentium maxime laudata,) zingib. cyper. acori veri, sem. staphid. agr. cubebæ, cardamomum, piper omne, eruca, sinapi, quod a quibusdam pro insigni præseruatiuo epilepsiæ habetur, saluia, rosmar. thymus, satureia, piperitis, & inprimis nicotiana &c. Ex iisdem etiam parari possunt cum melle aliisque modis globu-



globuli masticatorii, qualis est apophlegmatismus Laurebergii, ex nicot. rec. rad. pyrethr. mastich. & zingibere. Ex liquidis spirituosis, ess. lign. sanct.  $\nabla$  apoplect.  $\mathcal{R}$ a catechu,  $\ominus$  \*ci; aquosis, nitrosa varii generis. Ex mollibus conf. anacard. theriaca & alia, in aponia cum successu vsurpanda.

Priora solo quasi motu, vel præcipue saltem partes continent ad saliuam fundendam sollicitant; altera hæc partes contentas magis in motum cient, non neglectis etiam illis. Masticatoria motu & calore, apophlegmatismi calore potentiali & salina virtute fluxiliores reddendo humores saliuales cogunt, vt e dilatatis poris glandularum miliarium in faucibus exsudent citatius. Ad eoque hæc ipsa magis sunt acuta, salina, incisoria & fundentia, inprimis sulphurea volatilitate una conspicua, quæ ob partium tenuitatem & agilitatem liquatum serum alliciunt, & ex diuerticulis proximioribus glandulosis euocant; quorum vsus ex dicendis patebit.

3. *Quæcumque serum in motum cient e centro suo, vt ad fauces confluat, sunt salivantia.* Sustinet hunc titulum κατ' ἰξοχὴν  $\xi$ ius. Licet enim & alia quædam huc referri possint, principatum tamen tenet  $\xi$ ius, qui nec in hoc sibi parem habet medelam aliam. Sic nouimus quosdam cum successu vti  $\textcircled{G}$ lo albo, saltem ad g. j. quotidie dato, eodem fine, minore indicatione, quo factò, & per aliquot dies continuato blanda quædam saliuatio oritur, cum successu.  $\textcircled{G}$ lum enim est emeticum, dosi iusta datum, minori vero continuatum, cum mouere vomitum non possit, saltim saliuam in os mouet, vti id ipsum fit in vomituriensibus.

Inuentum est remedium hoc, saliuatio mercurialis, primitus ab empiricis, teste *Fracasior. l. 3. de morb. contag. c. X. p. 269.* ad analogiam scabiei tractando luem veneream, & feliciter curando. Huius cum effectus euidentis sit, ratio non item, eandem inquirendo lustrabimus penitus.

Not. enim (1.) in  $\xi$ io esse partes vt rotundas, ita summe mobiles, vnde etiam si vel maxime extinctus, quietus, mortuus quasi appareat, mox motu mediante recorpore fiat & pristinam assumat faciem.

(2.) Est



(2.) Esse in eodem vim summe elasticam cum humidis aliis æqualem, summe euaporabilem. Vbicunque enim est vis dilatandi & concentrandi in corpore, ibi est vis elastica, quod in aere & liquidis omnibus alias clarum est. Evaporabilis vero vis igne patescit, aufugit enim totus, nisi captiuetur clauso eodem, totus, inquam, vix vestigio relicto, si purus sit; imo aurum ipsum quoque ex parte deprædat, quando ad inauranda vasa adhibitus, igne mediante abigitur; vnde principium euaporabile chimici nominant  $\xi$ ium. Tacemus experimenta euaporationis huius  $\xi$ ilis alia in aquis, vestibus &c.

(3) Esse in eodem partes quidem sulphureas, viscidas, cohærentes, rotundas, sed cum salinis volatilibus sui generis, acetosis, & terreis intime combinatas, solutasque. Sulphuræ patent ex colore, quem mille modis fingit, cœruleum, albidum, flavum, rubrum, nigrum & nullum non; patent, si cum acidis rigidis immutentur, vt in  $\xi$ trato, si cum iisdem beneficio terrearum, ignis vi, expandantur, vti cum acido sulphuris gas coiens cinnabarin. præstat ac exhibet vulgarem, &  $\xi$ atam, communem ac Helmontianam. Salinæ & terræ ex grauitate summa; vtræque ex effectis variis, quatenus intime penetrat poros metallorum, eaque subigit & deuorat, atque alia præstat mira. Soluta vero omnia sunt in  $\xi$ io, quod summe mirabilem illum reddit. Reliqua enim cum aliis habet communia, hoc sibi solum proprium, quod omnia illa non tam mixta, iuncta, vnita, sed & soluta obtineat; vnde liquor est metallicus, non madefaciens manus, fluidus, menstruum vniuersale metallorum, eorumque cum primis regis. Soluens est & solutum, viscido metallico liquore gaudens, quo destructo nec ipse cessat actiuus esse.

(4) Videri quidem frigidum, torpidum, sed alas indeptum summe esse actiuum. Alas indipiscitur, si soluatur solutionis vinculum. Solutus est & ligatus; solutus, liquore metallico aqueo concentratissimo intime combinatis particulis sulphureis, terreis, salinis, & quamdiu solutæ sic eadem, tamdiu mobilis; ligatus quoad vires harum, parent enim menstruo, parent soluenti. Simul ac vero dissociatur, vt non fluat amplius, nullum sub sole videas



videas magis actiuum medicamentum, emeticum, fudoriferum, purgans, vniuersale. Alas indipiscitur, a calido & humido vitali, calidum vim elasticam expandit, humidum partes salinas recipit, dissociatione facta infirmatur ne fluat, sed hoc agat.

His itaque positis facilis clavis est ad lustranda effecta saluationis; siue enim intus adsumatur, seu extus applicetur, atomi subtilissimæ effumantes fundunt serum, & stimulant, vt & ipsum, turgescat, elasticam vim suscipiat, & quidem in centro suo, in ipso sanguine. Lentore ergo excusso, fluere citatius incipit, acrimonia salina fœtum; fluens vero citatius exitum querit. Adeoque a priori & posteriori certum & notum est 1. fundi inde serum, 2. fusum non posse consistere suis torulis, 3. alterari quam maxime, vt acrimoniam suam & illatam exuat, abstersum defœcatumque reddi, & 4. consequenter effectus prestare in corpore salutare, ipsa sua alteratione hac & euacuatione.

Quas vero vias affectet ad exitum alias quam ordinarias? si quidem ordinarie agat. Ordinariæ viæ sunt os & fauces, vbi continuo serum confluit & effluit. Huc ergo ruere oportet magis, sibi relictum, huc exire, & sputatione mediante excerni.

Attamen ad instar aliorum vniuersalium, non solum extraordinarie aliquando aluum laxat, in aliis vomitum ciet hac operatio, (quo casu vix feliciter operatur ex nostra experientia,) sudorem item ciet; verum etiam ordinarie simul per dictas has vias operatur, ita tamen vt operatio primaria, vt decet, procedat nihilominus, præcipue vero per vrinam & sudorem, tanquam vias feri educationi quadrantes & congruas magis præ aliis.

Cognita itaque materia hac saluationis, ceu apophlegmatismi vniuersalis, cum ipsa operatio sit heroica, si vlla alia, ac generosa, operæ pretium erit vsum genuinum in praxi monstrare.

(I.) **OBIECTUM**, seu indicans huius remedii **PRINCIPALE** est lues venerea, adæquatam morbi rebelles plures alii, ex vitio feri grauiori oriundi. Cumque remedium nec minus, nec maius ipso morbo esse debeat, accurate distinguendi sunt luis venereæ gradus, quos tres constituemus hoc loco. Primo & vltimo minus, medio magis conuenit & ex vsu est. Non primo,

Nnn

quip-



quippe stranguria, gonorrhœa, tumores aliis curari queunt leuioribus. Non ultimo, quod tum vires sint tunc minus pares, tum penitus debito iam ipsa ossa cariola reddita, partesque exesæ.

Distinguentur etiam accurate non minus sunt eiusdem species, a nobis in praxi inuentæ & introducendæ merito, prout vel vlcera, vel tumores, vel dolores magis diuexant ægros. Obseruauimus nempe in vlceribus extimis, serpiginitibus, tuberculis ficcis, vnde variola magna dicitur, faciei, corporis totius, penis, profuisse præcipue, & ex fundamento penitus atque penitus, cito & tuto, idque constanter abegisse. Exempli loco sint historiarum sequentes pauca e multis. Laborabat studiosus luis venereæ hac specie, summe defœdata facie, exulceratis simul genitalibus. Frustra adhibitis omnibus aliis, &, quod mirum videri poterat, ipso dysenteria perfecta correpto, nequicquam tamen adiuto, sed constantissime tuberculis permanentibus in sede sua, adhibebatur inunctio ꝑlis, procedente saluatione feliciter intra trium hebdomadam spatium curabatur.

Pastor quidam a multis annis sinistro femore & brachio serpiginosi ficcis crustis infestatus, cætera sanus & bene habens, vt solent isto morbo laborantes, a curatione hac, mox dicendo modo instituta, sanissimus euasit & mundissimus. Fœmina vidua tubercula eadem toto corpore patiens, & ipsa sibi & aliis creditur laborare variolis. Medicus eandem curare suscipit, & pro tali quoque tractat, sed vt apud *Pœt. sm* rusticus expectat, dum defluat annis; ita hic expectabat ægra, medicusque, donec suppurarent & deficcarentur variolæ, sed frustra. Refertur res ad nos tanquam insolita; accedentes, morbum agnoscimus, & breui tempore curamus hac cura ꝑli.

Fœmina alia coniugata patitur similia, tubercula cum maculis in capite, sub parte capillata, cum exulceratione genitalium & intertrigine venerea, erat enim obesior, cum doloribus capitis, & crurum insigni debilitate; vna vero filiolus vnus anni, & virgo 14. annorum ille ani intertriginem, quod puerili ætati signum proprium est inprimis, hæc tubercula non pauca exhibet. Medicus ad matrem vocatus eandem itidem pro variolis laborante



rante tractandam suscipit, sed frustranea diagnosi & cura. Vocati omnes & singulos restituumus eodem diuino hoc remedio.

Duo sunt lue veneream curandi remedia: sudatio & ptyalismus, vtraque vniuersalia, vtraque feri vitii debita. Sed licet tutius per primam viam videatur prima fronte remedium, periculosius per secundam; contrarium tamen reuera obtinet dictis casibus, vt adeo vtraque habere locum videantur commodum, modo distinguantur subiecta, morbi gradus & species: Quantum huius est loci, vtraque remedia magis locum habent in pituitosis, sibi tamen relata inuicem si fuerint, mercurialis medela respectiue magis pituitosis, altera per sudationem magis biliosis conuenit, illa fundendo, hæc diluendo. Longe tamen efficacior est ꝑius, e minerali regno, quam quouis sudatio ex vegetabili.

Adæquatam vero indicans constituunt morbi rebelles alii, inprimis lepra seu elephantiasis Græcorum, & hinc quoque alii, quos casu sæpe sanat, insignissime sero per hanc viam correcto. Talia exempla *Ord. & Merb. comm.* commendat & reliquit *Rolfincius*. Modo hæc duo sint paria & sibi respondeant harmonice inuicem, ægri corpus sustinens, & ipsum medicamentum, cum modo ipso bene vtendi & applicandi.

(2.) Subiectum actiuum, seu materia remedii est mercurius viuus, variis modis adhibitus. Adhibendi hic modus duplex est: internus & externus, isque vel solitarius, vel coniunctus. Intrinsecus commodus est ꝑ dulcis, bene præparatus, ex ꝑii viui & anti-ana, datus in pilulis, tanquam forma aptiori, nostro quidem vsu cum extr. scorzon. vel alio, v. gr. ꝑ dulc. ꝑi. vel ij. extr. scorzon. q. s. v. g. ꝑj. M F. l. a. pil. xxx. vel pauciores, ita tamen, vt pro dosi circiter v. vj. grana & amplius ad ꝑj. determinentur. Præstat enim pro continuando vsu minorem dosin eligere, sensuque naturam aptare. Nonnunquam & ꝑtus ruber dulcis, i. e. ab acrimonia spirituum acidorum liberatus beneficio repetitæ edulcationis per  $\nabla$  ros. adhiberi consuevit, sed paulo rariis. Notabile enim est de vtisque porro, cauendum esse, ne vel

N n n 2

yomi-



vomitus vel alui fluxus accedens operationem saluantem impedit, quod omnino & per se accidit aliquando, & inprimis a datis hinc largiori dosi expectandum est. Melior est & dia-phoreticus, etiamsi non ad perfectam saluationem præstendam detur.

Externus vsus vel *vnguentis*, vel *emplastris*, vel *cingulis* absoluitur, minus apte masticatione actuali, vel suffitu. Vstratissima sunt vnguenta mercurialia hinc dicta, siue officinalia, seu potius extemporanea, v. g. ℞. ꝑii viui c. f. q. tereb. extincti & inuisc. ℥j. iß. vel ij. vngu. pomati q. f. v. g. ℥ij. vel iij. ol. ling. rhod. salu. a. gtt. iv. vel amplius. M. F. vnguentum, facile addendis quoque aliis, si maiori apparatu delectemur.

Emplastra ꝑlia resoluendi & discutiendi magis sine in gummatibus, doloribus & tumoribus venereis in vsu sunt, quam saluandi, inprimis emplastrum de ran. Vigon. cum ꝑio, probatissimum iis casibus; pro saluatione vero excitanda non item, nisi secundario & in subsidium, (quod & de zona ꝑli valet,) emplastris vtimur. Sic ptyalismum artificialem collo circumdatum empl. de ran. Vigon. simplo vel duplo ꝑii currentis constans longe facilius, quam zonam ꝑlem, promouere & accelerare scribit *Sim. Pauli digr. de feb. malign. p. 27.* ibidemque subinnuit, h. m. luem veneream intra 6. septimanas curari posse. Cingulum ꝑiale constituit idem ꝑius, in vnguentum redactus, linteoque inunctus forma subligaculi, seu cinguli alias ad hernias vstrati, ita vt occultetur interius ꝑius, cingulo ad plures vsus suffecturo. Nouimus talia vsurpata cum successu in scabiosis. Maioris apparatus describitur ab *Oberndorffero contra Rueland. p. 30.*

Suffitus mercuriales, cuius materiam constituit cinnabaris vulgaris, prunis iniecta, licet *Rondeletio* & *Paræo* aliisque laudentur, qui multos se suffitu ꝑli curasse gloriantur; hodie tamen magis obsoleuit vsus, præterquam ad vsum particularem, vlcera nempe penis. Ita hoc sine suffimentum fieri potest quoque ex ʒj. ꝑ. viii. vel dulc. ℥ß. oliban. mastich. cinnab. a. ʒj. aristol. ʒj. carbon. til. q. f. M. conclusus in olla fumus

ex



ex puluere carbon. insperfo afficiat membrum cariosum. Ne vero gratis id dictum videatur, tenendum est, ideo abstinere medicos a suffitu, quia magis hoc pacto fumus (pro vniuersali vsu institutus) pulmones ferit, quam partes afficit extimas alias, unde facilior læsio, quam vsus.

Pro masticatorio vero adhibere Sium dulcem, itidem non receptum est in praxi selectiori hodie, nec commodum, tum ne dentes inde lædantur magis, tum quia sic non ita e centro suo ad motum vniuersalem citatur serum, quod tamen requirebatur.

Si fateri volumus, quod res est, sufficiunt interius pilulæ, exterius vnguentum, reliquis carere possumus facile.

Subiectum passiuum est æger lue venerea vel consimili grauiori morbo afflictus, ita tamen, ne viribus fatiscat, vel aliud adsit contraindicans. Non conuenit, nisi æger sit *de Jostidi*, sana habeat cæteroqui viscera, imprimis pulmones, sero non omni exhaustus. Non infans puer, nec senex sustinet facile hanc operationem perfectam. Obseruandum quoque est imprimis, quod diximus, quo gradu, qua specie laboret luis *feræ*, quod dum non distinguunt vulgo, varia committunt inconuenientia plura, etiam in renunciando & alias non tam medici, quam vulgus, infamantes sæpe citra culpam, quæ id mereatur, affectos.

Modus absoluitur circumstantiis aliis, quoad locum inunctionis, & tempus cum primis ac numerum. Æger nudatus locatur ad fornacem calidam, inunguntur mane articuli, humeri, brachii, & manuum, spina dorsi, inguina, genua, circa talum & plantæ pedum. Facto hoc, iuncta simul frictione concinna, imo pro re nata quandoque etiam inunctis partibus speciatim. affectis, æger componitur in lectum calidum, vt transpirabili seruato corpore actuetur magis vis mercurialis, eoque die relinquatur sibi. Hinc si vel citius labore defungi velimus, vel æger robustus sit, altero die statim idem repetitur, vel interpolatione facta, quod deprehendimus ex vsu naturæ, tertio demum die. Non præscribi potest tam certus inunctionum numerus vel finis, quippe quod variat pro ægri constitutione varia, imprimis



vero effectu. Vidimus primo vel altero statim die aliquando incepisse saluationem, quo facto bis etiam saltem inunctio locum habet, & sufficit; vbi vero tardius procedit, tertia vel ad summam quarta vice repeti potest, facta tamen laudata interpolatione, vt de effectu melius constat. Et hæc de actu ipso, dicturi de cautelis quoque, vbi prius de masticatoriis dicenda, absoluerimus coniunctim.

Notabile enim 1. *masticatoria* particulare esse euacuans capitis, *saluantia* rotius. Particulare sunt illa, siue fauces afficiantur solum & iis indigeant, siue cerebri regimen sanctius depletione hac gaudeat, siue vicinæ partes alia. Hinc profunt in affectibus capitis, catarrhis, vertigine, memoriæ debilitate, affectibus soporosis, & affectibus capitis aliis. Profunt in affectibus oculorum, ophthalmia, suffusione; aurium, vt sordiditate, auditu difficili, tinnitu; faucium & adæquate ventriculi, in fœtore oris, laxitate gingiuarum, dolores dentium, aponia, per accidens etiam ad sitim, frigida & improprie dicta, vt crystallus, Vniuersale euacuans mercurialia constituunt, vbi character peregrinus seminalis M. S. inquinat. Hinc profunt in lue venerea, psora, & aliis affectibus rebellibus cum conspurcatione & iniquatione coniunctis. Non confundenda ergo sunt vtraque, sed vnumquodque suo opponendum. Non saluantia affectibus capitis, nisi adæquate, non apophlegmatismi simplices & particulares seri grauiori oneri vel vitio tollendo sufficient.

2. *Et masticatoria & saluatio* *plis* sero lento, viscido, oneroso debentur, non fluxili, tenuiori, falso, vel deficiente. Exulent hinc in febribus illa, & vbi motu magis, quam quiete serum delinquit. Hinc autore *Ebnfina*, apophlegmatismi in phthisi, tussi, pulmonum affectibus cane peius & angue sunt fugiendi, etiam si a capite non raro affluxus fiat, quod in partem imbecillem & plus æquo affectam humorum illuuiem prolicerent magis. Sic etiam masticatoria eadem præsentem dolore, aut sensu cerebri exquisito existente minus conueniunt, vt contra ea optime exci-  
tando inferuiunt motui eiusdem.

3. *Eaucibus* *speciatim* affectis nec masticatoria, nec saluantia



*tia locum habent.* Neque enim per locum affectum euacuandum vnquam est, si ipse labem sustineat. Laboret quis vligine gingiuarum scorbutica, cum laxitate & putredine, masticatoria, vix conueniunt, præterquam roborantia. Si quis luis venereæ feminia magis in faucibus se exferentia offerat, vt circa yuulam, & partes vicinas erosio visatur, vel os ethmoideum, cartilago natium affecta, obseruauimus male potius sæpe, quam bene cedere inunctionem ælem. Sin copia lymphæ educenda, vtraque conueniunt, inprimis masticatoria proprie dicta; par ratio est, si ob aphoniam nerui sint roborandi. Sin gingiuarum laxiores exposcant remedium, terrea quidem mucilaginosa conueniunt, magis tamen, præsertim grauiori casu, electuaria, mella & similia demulcentia.

4. *Masticatoria educunt, sternutatoria excutiunt.* Quandocumque ergo non tam excutiendus, quam educendus est humor serosus, illa, non hæc conueniunt, v. g. in ophthalmia, in ozæna, polypo & similibus. Hinc etiam excessus in fumo tabaci hauriendo minus respectiue nocent, & facilius tolerantur, quasi per consuetudinem quandam, quam sternutatoria, nisi & hac occalleant quasi parietes magis, nec sternutationem inducant actuaalem.

5. *Actus saluantium vel completus est, vel incompletus, uterque distinguendus.* Completum vocamus, qui pro fine habet ptyalismum ipsum, quo continuato materiæ morbificæ fit diminutio, in sero nimirum characterisatæ. Cuius operatio per duas, tres vel 4. quoque hebdomadas, pro re nata, necessaria est, eo vsque μετ' ἀσφαλείας continuanda, donec μετ' ὄφραίας eandem finire liceat. Incompletum vero nuncupo, quando insensibiliter magis exerunt ælia actionem suam, citra saluationem, exemplo scabiei, & vnguentorum ad hanc curandam adhiberi solitorum.

Adeoque completum vel incompletum dicimus (1.) ab effectu hoc. Vt alias inter sudorifera & diaphoretica obtinet distinctio in praxi; ita etiam circa hæc ælia. (2.) ab intentione medici. Vt ut enim etiam præter intentionem quandoque ab vsu ælii dul-



cis interno, vel vnguentorum ꝑlium, emplaſtrorumue, alio ſine adhibitorum, inuitis quaſi ſaliuatio accidat, præcipuè in iis, quorum corpora iam ſaliuationem experta ſunt; nec ipſa tamen vel vnguenta, niſi id intendamus, completum edunt ordinariè effectum. Latius ergo patent vnguenta & emplaſtra quoque ꝑlia hæc, quam pro ſaliuandi ſine. Hinc inſtar regulæ notandum: Quod ſaliuantia ſunt toti, id diſſoluentia, vel mundificantia ꝑlia ſunt parti. Toto die hinc adhibentur in ſcabiè & conſimilibus cutis exulcerationibus, ſeu in puluere, ſeu vnguento, ſeu aliis modis, effectum tamen optato conſequentem, modo cætera ſint paria.

6. *Inunctio ꝑlis indemnis, tuta, efficaciffima & neceſſaria eſt; nec in ſe quicquam incommodi affert.* Infamem licet illam proclamet *Helmontius*, nihil minus tamen quam talis eſt, modo rectè uentem inuenierit. Hinc leguntur medici aliquot millia lucrati ſolo uſu medicamentorum ꝑlium & applicatione concinna. Obiici varia ſolent ab iis, qui ꝑii genium dari talem fingunt, qualem præſumunt. Non timenda eſt palpitatio cordis vel periculum aliud; multo minus id hiftoriæ & obiectiones aliæ euertunt, vel teſtimonia & autoritates medicorum, qui ꝑium venenatum habent, quod humores prauos ac malignos in totius corporis habitu contentos ab ignobilioribus ad meliores partes, cor, hepar, & ſtomachum, contra naturæ bene operantis conſuetudinem, non ſine magno periculo repellant. Adde, quod vis maligna, ut uolunt, in corpore remaneat, alii corripiantur maraſmo, alii dentium caſu, palati corruptione, oſſa capitis aliquibus exedantur, illis os & facies intorta, quin omnem ſæpe illuuiem ad caput protrudat, morbo non curato. Imo quosdam ꝑium euouiſſe hinc, quosdam minxiſſe, alios in capite geſtaſſe ſcribitur.

Tuta & neceſſaria eſt operatio, neque enim æque decocto lignorum cedit, vel aliis; uicè adæquatius morbo huic ꝑius, ut ſine hoc heroe giganteum illum hoſtem ſuperare non poſſimus facile, inprimis æqualiter affecta M. S. citra febrem ullam. Efficaciſſima uero eſt & conſtans, ita ut hoc remedio adhibito, mox exiccentur ylcera, cruſtæ euaneſcant, tubercula, calli deſtruantur, nec opus ſit



fit aliis, solo hoc & vnico sufficiente. Et quidem omne seminium morbosum & fermentum perfecte eximitur, vt recidua nulla, fit timenda ab hoc remedio, modo non vltimo gradu & linea morbus constiterit iam, & æger denuo relabatur ad pristinas veneres, vel in vtendo error fiat.

Neque etiam opus est, vt, non contenti mercurio vulgi, alium ðium quæramus, & cum suo auro præparemus ac figamus, cum ipse iam sufficiat, licet non negandum sit, hoc pacto præparatum eundem efficacius quoque agere.

*Cardanus vero consil. pro lepram patient. p. m. 351. idem effici posse credit aliis incisoriiis medicamentis, non mercurialibus, ex ʒ vii. ʒij. ʒiij. g. iunip. helleb. alb. a ʒj succ. tithym. ʒiij. vel amplius, tithym. contus. ʒj. ol. lin. ʒß &c. inunguendo sub poplitibus, interiora cubitorum & iuxta talum, & iuxta carpos manuum, & sub alis, & plantas pedum, & loca omnia patientia; quod latius apud ipsum legi potest. Sed vtut concedamus, iis casibus hoc præstari posse, vbi actus ʒi incompletus sufficit, negamus tamen, id ipsum fieri posse, si completus desideretur, & malum sit grauius.*

7. *Regimen agri inundatione facta summe necessarium; vt nempe optatus succedat effectus, alioqui facile noxius futurus. Quoad interiora ergo solemus mane sub initium operationis propinare pilulas ex ʒio dulci ad facilitandam eandem, vesperi vero bezoardica propinare, ex Ra bezoard. eff. ʒiij, ʒ diaph. cinnab. nat. vt hoc pacto & corrigamus simul medicamentum, & refrænemus ferum, & defendamus M. S., suauiter diaphoresin procurando. Exterius vero ambiens debet esse calidus aer, frigus vero omne cauendum studiose (completo expetito actu, pro gradu morbi ipsius,) vinum cauendum, & affectus animi omnes grauiores.*

8. *Muniri prognostico interest medico etiam quoad medicamenta imprimis, tum alia, tum ʒia. Maxime commendat medicum, si, qua fieri debere dixerit, eueniant atque sequantur, in bonum & malum respectiue. Cum itaque non iucunda penitus sit hæc ipsa operatio, sed coniuncta cum molestia quadam, adeo vt visi sint sæpe adeo impatientes ægroti, vt & chirurgum & adstantes*

Ooo,

inter-



interimere minarentur nonnunquam, suaserim, vt exponat prius omnia bene, & opus esse tolerantia, satis esse, si breui mora sustinens molestiam plenissime hinc conualecat.

9. *Modendum saluationis actus ad & Phosjan natura vnice.* Modderari conantur quidam eundem externis additis. Sic cum administrandum vult *Meier. de 7. mont. planet. p. 63.* vt calor naturalis excitetur & roboretur, sicque maior excretio fiat; cuius tamen contrarium tuetur *Hartmannus*, ne inflammetur sanguis. Sic si oleum de euphorb. vnguentis venereis admisceatur, per alui deiectionem & sudorem, non per profluuium oris vel vomitum, fieri euacuationem scribit *Lang. l. 3. epist. p. 960.* Sed præstat vnguenta dicta sibi relinquere, nec curiosius illa multiplicare ingredientibus hisce; sæpe enim per accidens quæ fiunt, per se facta putantur.

Hinc not. non temere repetendam inunctionem, distincto puta tempore, si saluatio sufficienter procedens nil iuerit ægrum; notat enim id naturæ repugnantiam. Hinc præstat quoque ægrum non emaciatum esse abstinentia & fame. Vt ut enim quiete & abstinentia multi magni morbi curentur, quæ *Celsi* est parœmia; non tamen facile ipsa hæc curatio lvi veneræ abigendæ satisfacit, pro cibo non nisi pane biscocto, & amygdalis aliquot; pro potu, decocto hordei vel alio apto concesso. Hinc si vomitus inde sequatur, & id frustraneam fore eandem vt plurimum denotat. Hinc non instituenda inunctio prius, quam præmissis vniuersalibus, purgatione, venæ sectione, imo & aliis. Si enim recta ratione adhibitis aliis cedat affectus, non opus est saluatione; contra ea vero si minus reliqua tentata suffecerint, audacter hanc amplectimur. Hinc si fissuræ & tumores linguæ ac labiorum, producta eadem, si deglutitio difficilis, & dolores adsint in faucibus, mel rosatum, gargarismata modo abstersoria, modo adstringentia & mundificantia conueniunt. Interius opiata habent locum, prouide adhibita.



## LIB. II. SECT. II. CAP. XVII.

De

*Aphrodisiacis.*

**D**E venerem citantibus dicturis in mentem venit historia, in annalibus Thuringicis relata. Cum enim Ludouico sexto, Thuringia Landgrauio ab impotente viro coniugis vsus fructus offerretur, vt ipso mediante conciperet, tantum abest, vt maculare se hoc facinore sustinuerit, vt potius electuarium pulueremque in officina confici curauerit, & accedens quasi de condito illud marito impotenti exhibuerit, qui hoc modo nouo ardore accensus gratias egit Landgrauio, iamque nouus heros ipse officio hoc fungi potuit.

Supponemus vero (1.) aphrodisiacorum indigos alios esse, frigidos, alios impotentes. Frigidi magis sunt & dicuntur, qui a natura quasi & toto temperamento *ἀψαλτα* habent *ύβερια*, neque vnquam obtinuerunt potentiam virilem. Cum enim, viri debeant esse calidiores, alacres, vegeti, si frigidiores fuerint, viri quoad hunc & alios adæquate actus esse desinunt. Hinc distinctio hæc maxime necessaria est ad renunciations medicas faciendas. Occurrit enim casus hic in Consistoriis Ecclesiasticis non raro, iudicio de diuortio faciendo a medico ferendo. Accusabat coniux iuencula maritum de impotentia, cum iam per tres annos consueuissent, petebatque separationem; missus ad collegium medicum vrbs, imberbis, voce sæminea, genitalibus flaccidis; responsum est frigidum esse, posse tamen prius tentari medicamentis, an potentia exerere se posset; quo non facto diuortium factum est. Impotentes vero licet generalius loquendo etiam frigidi dicantur; magis tamen id prædicatur de impotentia ex morbo vel quasi tali, vel a maleficio. In singulis quidem habent locum aphrodisiaca, magis tamen in his posterioribus, vt dicetur.

Qoo 2

(2.) Aliam



(2.) Aliam potentiam esse recuperabilem, aliam incurabilem. Dam vices annique finunt, venus excitari potest, inuita vero Minerva minus.

(3.) Requiritur ad potentiam tum sanitatem totius, tum inprimis genitalium, fundatam & intemperie & conformatione potissimum, qua male habente vix locum habent.

(4.) Semen esse deciduum nutrimenti superflui, quod alias impendebatur a natura ad augmentum corporis; esse feri florem, adeoque *γλαυρόν* in consistentia, spirituosum & *όργανώδες* in motu, sufficiens in quantitate, cellulis seu vesiculis suis inclusum requiri.

(5.) Ad aphrodisiaca exercenda requiritur amor, ad amorem harmoniam spirituum & symbolismum; amorem vero generari partim ab interno stimulo seminali, domestico, vnde desiderium, cœstum, & principium motus; partim ab externo obiecto amabili, quod ad se inuitat & impellit cogitationem. Necessarium hoc esse patet suppositum, quod odium & auersatio, vel defectus saltim desiderii, quandoque etiam pudor, alique animi affectus sufflamment sæpe potentiam cœundi, vnde etiam ligationes seu impotentiam a fascino huic solum causæ, non venenioso, adscribit *Boetius*.

Hinc inferimus 1. *Quæcunque superfluitatem nutritilem corpori fœnerant, esse aphrodisiaca.* Hæc quippe materiale ponunt & largiuntur, sine quo semen gigni nequit. Hinc dicuntur hæc ipsa, quæ id præstant, *αρετικὰ*, semen gignentia, quorum materia in alimentorum & medicamentorum genere reperitur. Hinc experientia testatur, sine Cerere & Baccho frigere Venere, largiter vero suggestis e Cereris & Bacchi penu succenticulis prurire magis homines; vt contra ea morbidis, debiles, exhausti ad *ανοησία* hæc inepti magis sunt. Quæritus Philosophus, quando melius sit Venere vti, respondit, quando quis se ipso vult fieri debilius. Satis nobis fuerit, exin colligere, venerem sanis, robustis & vegetis magis conuenire. Quantitatem ergo hanc corpori fœnerant & defectum refarciunt analeptica alimentosa & medicamentosa; inprimis ex escu-

lento;



lentorum classe dulcia, temperata, passulæ, ficus, chokolada Inda, dactyli, panis martius, mellitus; oleosa, vt amygdala dulc. ambros. nuces pineæ, pistacia. tum per se, tum cum cibus cocta, sem. bombacis, *pulposa* & facile resolubilia, carnes teneriores, cerebrum passer. testes gallor. caponumque, oua forbilis. Ex medicamentis *bulbosa*, bulbi enim omnes quasi, vegeti puta, aphrodisiaci sunt, inprimis satyriorum genera aliaque. Ex potulentis vinum, cereuisia spirituosior, vinum Hispanicum &c.

Hæc ipsa & sanis suggerunt sufficientem quantitatem superabundantis nutrimenti, & cum primis qui iam per ætatem, vel morbum minus illi muneri videntur sufficere; veletiam per naturæ impedimenta alia aut vrgentiam egent seminis q. s.

(2.) *Quæcunque semini δεγασμὸν spumosum procurant, illudque ad exitum inuitant, sunt aphrodisiaca.* Non satis est semen adesse, adest enim & per naturam ordinarie in iuuenibus & viris, imò primis annis præcipue per se stimulat satis. Sed torpidum & quietum sæpe est, siue per indictam castimoniam, qua carnis stimuli superantur, quod tamen, nisi διὰ μηχανῆς vel diuino auxilio id fiat, difficulter admodum succedit; siue per abstinentiam a conuersatione feminina, siue aliis modis, inprimis si serum copiosius sit mole, & sal volatile spirituosum *δεγασμῶδες* inhibeat & in centro detineat. Opus ergo tunc est iis, quæ torporem & quietem tollunt, stimulantibus. Priora seminis materiam suggerunt, per naturæ leges, hæc generatum ad seminaria vasa deducunt, & in iisdem addunt stimulum; illa quantitatem, hæc qualitatem & motum respiciunt, magis.

Audiamus hanc in rem Pergamenum, qui l. 3. de simpl. c. 23. Ex alimentis, ait, quæ materiam spermaticam producant, sunt ea, quæ bene nutriunt, sunt flatuosa, nobisque tota substantia familiaria. Nam cum seminis substantia ex bona superfluitate generationem fortietur, sitque etiam flatuosa, necessum est, addit, vt ea quoque, quæ semen procreant, similes in se virtutes habeant. Quale enim est materiatur, talis quoque est



est materia. Sed de alimentis iam diximus, quæ dum feminis largiorem prouentum causantur, hoc ipso iam per se stimulum, ex copia eiusdem producant. Ex medicamentis vero spermatica seu venerem stimulantia hinc sunt, quæ calida sunt & flatuosa, ex hypothese Galenica, quanquam hæc rectius venerem stimulare, quam semen generare dicantur. Semen enim horum usu calidius spirituosiisque redditum pruritus mouet, æstrum vocant, & ad venerem impellit, eo quod exitum turgescendo petat.

Explicari hoc magis potest, si dicamus, quid sit flatuosum, illud aphrodisiacum. Flatus notant duo (1.) effectum morbosum, a cruditate, vel calore debili oriundum, qui dissipare sub dominio suo humidum gas nequit. Et tales flatus morbosum tantum abest, ut venerem citent, nisi mere per accidens aliquando, ut potius veneri sint contrarii, quatenus cruditate posita, spiritusascentia debita feri & feminis deficit quoque. Per accidens, inquam, vel saltim non in debitum finem, quo loco non tam memorabimus infantes & pueros, quii a flatulentia talismodi sentiunt erectionem, quam quod obseruauimus singulare & inauditum, flatus nempe per meatum semini & vrinæ communem, excretos. (2.) Effectum turgescentiæ, qualis flatus obseruatur in fermento panificum, cereuisia, vino fermentescente, imo etiam in bullis ex sapone & aqua oriundis. Et hic nisi intelligatur, fallit Galenica hypothesis, & genuino hoc sensu si id capias, longe est verissimum. Spiritus nempe inflat, quo inflante semen, turgescit, turgescens exitum affectat, non contentum oculis suis sponte naturæ sæpe excidens.

Atque hoc ipsum est propriissime τὸ ἀεγᾶν, *turgere*, quatenus nempe semen spirituosius acriusque redditum titillationem, maiorem scænerat continentibus suis vesiculis easque ad excretionem lacessit, & spiritus vna neruis ac musculis spongiosis copiosiores infert.

Duplicis hæc sunt generis: *sulphurea* & *salina*, vtraque calorem exuscitantia & cum calore motum ac stimulum. Nec de viis opus est dubitare, quomodo ad remotissimas & velut

extra



extra corporis clima ad mœnia locatas partes vis illa extimulans pertingere possit. Quale enim serum, tale semen, unde videas nephriticos sæpe & arthriticos experiri tentiginem veneream, ob sal feri acre & has partes feriens. Sulphurea balsamum quasi & γλιχρόν, salina motum suggerunt. Sic venerem extimulant dulciora ἐνεργητικῶς talia, seu efficaciora, speciatim mel, quod hinc pollutiones nocturnas in dispositis sola sui comestione toto die excitat.

Sic omnia aromata & aromatica sunt aphrodisiaca, siue alimentorum fiant condimenta, vt scolymi, cochlearum, ostrearum, siue per se variis formis in vsum cedant. Par ratio est plantarum & radicum, nominatim pimpinellæ, eryngii, apii latifolii, & duplici quidem hæc nomine, quod & partes obtineant sulphureas, & salinas volatiles, vtrisque scopo aptas, rarefactiuas & intensiuas caloris.

Sic & seorsim idem efficiunt balsamica & sulphurea, lignum aloes, ambra, eiusque essentia, moschus, qui flatuosa sua humiditate non tam creditur πρὸς τὰ ἀφροδισιακὰ παρεργμῶν, sed reuera id efficaciter præstat. Quod ipsum illustrat flatulentia illam rationem; nam cum seminis substantia, ex utili superfuitate ἄρσειν adepta suam, spiritus plena sit, quæcunque ipsum aut procreare aut prouocare apta sunt, flatuosa sint, (intellige hoc sensu,) necesse est, καὶ τῆς ὑγρότητος Φυσώδης participia, qua destituntur ruta & vitex, quæ hinc inter τὰ σβεστικά, vt moschus in censu τῶν ἁρνητικῶν ἔσπεσματῶν reponuntur, vt eleganter loquitur Salomon Albertus, or. de mosch.

Seorsim item sale volatili prædita, vt eruca, de qua Poeta: excitat in venerem tardos eruca maritos, vt raphanus rusticanus, cochlearia, nasturtium & antiscorbutica alia, sale volatili facta, de quibus Bryrini & aliorum experientia certum est, ab illorum vfu pollutiones nocturnas euenire insequente nocte.

Sic & oleosa & spiritiuosa omnia sunt aphrodisiaca, Vi f. & imprimis formicarum simplex & compositus Lauremb. elix. vitæ Matth. essentia saryr. quam sanguinem vocant, simpl. & comp. ab Herr. Rolf. & aliis descripta, ▽ vitæ diasatyriionis Angeli Sala, &c.

Sic



Sic cum sal stimulet primario, omnia *salsa*, *acria* *volatilia* vel quasi talia, sunt aphrodisiaca, etiam si illud in recessu condant, vt carnes stinci marini, sal comm. sac. vulgo dictum hanc. bo-  
rax Veneta, per accidens etiam ipsa purgantia, & præ omnibus aliis potentissime cantharides, adeo vt eorum abusu, seu minus cauta adhibitione summus sæpe ardor vaforum genitalium obor-  
tus lacte fuerit curandus.

Cumque apud autores quædam plantæ seorsim veneræ celebrentur, de iis quoque dicemus. Celebratum est hoc titulo inprimis satyrium, teste *Dioscoride*, cuius in radice cortex exterior tenuis & rufus est, vnde erythronium vocatur, de quo ipse: fertur, *scribit*, de eo etiam, ad venerem stimulare, si quis manu tantum radicem gestauerit, sed cum vino pota id maxime potest. *l. 3. c. 135.* Refert alicubi *Kircherus*, quendam obseruasse, quotiescunque in horto ad definitum locum prætereundo exspatiaretur, sollicitatum se ad venerem; cumque id pluri-  
bus, non vna vice tentasset, deprehendit tandem satyrii quan-  
dam speciem ibidem crescentem in causa fuisse.

Præter satyrium hoc alia quædam anonymos herba celebris est, ex *Theophrasti* testimonio, qui *l. 9. histor. plant. c. 20. p. m. 1167.* ita scribit: Ad rem veneream mirum in modum poll. bat, quam Indus habuit. Non enim tantum edentibus, sed etiam tangenti-  
bus tantum, genitalibus vim dixere vehementem adeo inspira-  
re, vt quoties vellent coire possent. Et quidem qui vsi fuerunt, duodecies potuisse dixerunt. Indum autem ipsum, qui & magno, atque robusto corpore erat, septuagesies aliquando coiuisse se factum esse, verum emissionem seminis guttatim fuisse, de-  
mumque in sanguinem deuenisse. *Lang. l. 2. epist. 21.* nosse se hanc plantam videri vult, sed obticere, ne fenescentium maritorum loculi nummis, corpora viribus exhauriantur. Communiter *Ban-  
gue* Indorum cannabi simile esse eandem plantam volunt, de quo vid. *Fragos. Tr. 3. de med. Indi. c. 26. p. 58.* & *Stapelius in comm. in Theophr. dictum locum p. 1170.* vbi experimentis rem confirmat. Alii prædicto satyrio id tribuunt.

Notabi



Notabile faltem nobis est, (1.) *Theophrastum* relata referre, vnde addit, hanc vim, si vere narretur, esse mirificam, (2.) innuere non tam herbam, quam indefinite ponere in sceminino genere, vnde credibile est, radicem eundem putare. (3.) Quicquid vero horum sit, non alia vis agendi, quam dicta attribui potest & his. Stimulari vegetum & sanum, monasticæ vitæ deditum & otiosum, ad venerem, etiam citra præsentiam vllam satyri notissimum est, multa etiam fingi ab istis heroibus venereis, non minus per experientiam constat, quandoquidem in eo gloriolam quærun. Interim satyriorum & orchidum radices non incassum hunc in finem adhibentur, pollent enim viscedine stimulante, quæ & odore feminali pollet, & sero seminique *δρασμὸν* conciliare apta est.

Sic & ipsa opiata huc faciunt, accusata quidem vulgo, quod euirent, & obtundant potius venerem. Sed & ratio & experientia pro iis militat, hæc quidem, quod ab vsu opiatorum, in dispositis & calidioribus, dosi inprimis paulo maiori datis, & somnia venerea, & pollutiones excitentur. Quæcunque vero has citant, illa sine dubio sunt aphrodisiaca. Nouimus magnum quendam virum, ob hanc causam opiata odisse, quod cum iis ad vigiliis arcendas opus haberet, inde pollutiones experiretur & stimulum venereum. Illa vero, seu ratio, quod in opio est sulphur blandum resolubile, & sal volatile, vnde & plus præstat coniunctim, quam reliqua alia. Probatissimum est tum ipsum solum, tum cum aliis, vt moscho & ambra, in pilulas redactum.

Nec illa abnuunt, quæ terrena quidem videntur, attamen in recessu stimulum condunt, vt boletus ceruinus. Boleti omnes mucilage pollent, qua facile serum in *δρασμὸν* cient, firmantque in seminis *σπέρμει*, vt alimentosa quoque alia.

*Media* aphrodisiaca sunt, quæ (1.) & alimentosa & medicamentosa sunt; (2.) tum seminis quantitatem, tum qualitatem & motum ad venerem aptant. Ex compositis elect. diasatyr. compositio diuina ad venerem *Holler. obs. 22. conf. alkerm. rot. stimul. Myns. chocolad. Inda &c.* Externa vero sola stimulantia sunt, zibethum, ol. formicar. aromata, cantharides refracte ipsæ, fel

Ppp

hirci-



hircinum & alia, quæ partim membro, partim plantis pedum eorumque digito maiori, partim perinæo & lumbis inunguntur.

Conueniunt vero aphrodisiaca tum confortandæ veneris gratia, sicubi natura in hoc deficiat supplemento; tum excitandæ, si frigidior intemperis totius vel partium minus huc propendat, & inclinet; speciatim in impotentia seu perfecte tali, seu secundum quid tali, eaque per leges naturæ curabili, adhibenda tamen cum prudentia.

Hinc I. *Aphrodisiaca coeundi magis potentiam, quam concipiendi respiciunt.* Ut actiue se magis gerunt mares, ita in illis quidem vtrumque valet, & vt roborentur inde ad venerem, & vt semen frigidius torpidumque, alias iners, spumescat & characterem fecunditatis recipiat. Hinc impotentia proprie loquendo magis & vnice prædicatur de maribus: sterilitas proprie de fœminis, cum omnis vir aptus ad coeundum, etiam aptus iudicetur, ad generandum; fœmina vero omnis, quæ menses suos ordinatos possidet, apta habeatur ad concipiendum, saltim præsumptiue. Cæteroque passiuè se gerunt magis, imo obseruatæ etiam, sæpius sunt, sine vlla aliqua voluptate actum vtrumque coeundi & concipiendi absoluentes. Alia ergo sterilius est tractandi ratio, habito respectu ad totum, ad vterum, & lienem, steriles enim omnes sunt hypochondriacæ, vel tales redduntur tandem.

Aphrodisiaca ergo fœminis magis per accidens profunt, quatenus impedimenta vteri tollunt, vnde quod nonnulli scribunt, multas se fœminas steriles curasse, præmissis præmittendis, solo  $\Theta$  e satyrii, quod & *Hartmannus* dilaudat, ad  $\text{9}\beta$ . in vino maluat. vel aqua vit. mulier. post mensium fluxum: id abstersiua potius virtute factum est. Quod item ol. maioran. & mosch. cum coagulo leporis commixta pro arcano commendat *Pena* & *Lobelius*,  $\delta\epsilon\gamma\alpha\sigma\mu\omega$  & apertioni pororum debetur. His ipsis tamen, de quibus alibi agendi locus est, non æque fidendum est, tanquam experimentis specificis, sed causæ potius remouendæ studendum. Quo pertinet & *Fabri* experimentum, qui  $\Theta$  leporis sterilitatem vtriusque sexus curare scribit, si  $\forall$  solutum detur per mensem integrum, l. *J. panchym*, c. 13. p. 666.

2. *Aphro:*



2. *Aphrodisiaca magis necessitati, quam voluptati debentur.* Non inconconsultum est, maritatis, appetente cumprimis senectute, concedere iuscula amygdalina, confortatiua, ex chocolada, vinum item, lac veneris, vinum Hispanicum & similia confortatiua & resectiua. A proprie vero dictis, non data indicatione integra, consultius abstinetur. Quin illud quoque tenendum est, non opus habere facile naturam aphrodisiacis sibi relictam. Frustra enim est illud physicorum assertum vulgo literatorum, saltim quoad hoc, persuasum, mire nocere venerem, mire lassare, mire defraudare corpus spiritibus, abbreviare vitam & quæ alia solent timere inde. Falsa illa sunt; continuo natura completis augmenti vel quasi annis demensum colligit pro semine, cuius excretio hinc, seu venus, modo legitime fiat, ad sanitatem non minus, ac vlla alia res ex non naturalibus, est necessaria, ac tam in defectu, quam excessu peccari potest. Certum est nimirum, intermissam venerem, per naturæ stimulum celebrandam, causam esse melancholiæ, manix, imo & febrium sæpe ardentium, neque enim frequentius videas easdem, quam in iuuenibus, vegetis & cætera sanis.

3. *Nunquam stimulanda est venus ultra quam suppetat materia.* Valet id & de senibus cumprimis, & de aliis, qui plus quam par est, hoc excretionis voluptuoso genere delectantur. Ut in fœminino sexu serius ocyus appetente senectute deficiunt menses: ita & in virili aliis citius, aliis tardius deficit, potentia venerea, pro temperamenti & moderationis respectiue legibus & diuersitate. Alia itaque paulo ratio est habenda in hoc senum, vt magis conseruetur vigor hic venereus, quam extimuletur. Sensim sensimque tunc deficit humidum radicale, sereum scilicet, omne vero semen a sero γλιχρῶ, nutritibili & spirituoso. Frustra ergo fuerit acrioribus, piperatis sollicitare deficientia membra, & aquam, quod dicunt, ex pumice prolicere. Præstant balsamica, & calorem iuxta ac serum vigorantia, ambrata & similia. Par ratio est aliorum. Visi sunt a nimia venere tum summe debilitati, tum sanguinem ipsum tandem profundentes a cantharidibus & aliis. Nec stimulanda est οκ ωρεσσεως appetentia ultra vires, saltim in futurum, libidi-



noſa infatiabili voluptate, nec per medicamenta. Tacemus effectus ſtimulationis huius in ſenibus extraordinarios, aluo laxata potius nonnunquam, quam genitalibus inflatis.

4. *Completa aphrodiſiaca optima, incompleta minus profuſua, vel aſſina.* Completa vocamus, quæ omnem abſoluunt operandi vim, quæ & quantitatem & qualitatem ſeminis neceſſarii ſuggerunt & inferunt; incompleta, quæ minus, ſed alterum ſolum præſtant. Optima hinc ſunt compoſita, inprimis nunquam ſatis laudata chocolada, polychreſta, & ſine vlla noxa commendanda, cum primis in ſcatulis, recens, ſeu cum lacte, ſeu cum vino & ſaccharo, adde & pane triticeo pro lubitu in iuſculum aptanda. Hæc inter medicamenta alimentoſa principatum tenet, vt inter medicamenta ipſa rotulæ ſtimulantes *Mynſ.* ex ſelectiſſimis compoſitæ aphrodiſiacis. Eſt ſua laus electuariis, ſed pigriora paulo obſeruantur, non minus ac eſſentiæ, ſi eſſentiam cantharidum exceperis, ex conf. alkerm. ꝯj. chocoladæ Ind. ꝯij. & cantharidum ꝯj. cum magnanim. factam, quam aliquandiu adhibuimus; prouida tamen cura opus eſt, ne quid nimis. Officium faciunt pulueres, qualis eſt a *Platero* deſcriptus, ſed calidiores ſunt, facile intemperiem corpori ſœnerantes. Tacemus carnem gallinarum carne viperina paſtarum, quod nouimus ab illuſtriſſimo quodam Comite fruſtra adhibutum, licet ad generandum, & roborandum magis ſemen. Habent & locum opiata, ſed rarius, in ſanoribus magis, & confortandi magis voluptuoſo ſine adhibenda. Non potuimus meliorem effectum perſpicere, quam a dictis.

Senex 58. annorum deſiderans prolem a coniuge, omnibus prioribus liberis mortuis, ab aſſumptis rotulis ſtimul. *Mynſ.* extra ordinem incitatus viriliter ſe geſſit, imprægnaturus ſine dubio coniugem, ſi ipſa non cacoſymica fuiſſet, ita vt ſtatus ex vtero erumperent non raro, ſingulari exemplo. Cauendum hinc, ne dum augendum potius eſt ſemen, exſtimulemus, ſed ita ſtimulemus, vt ſimul reſciamus, ita reſciamus, vt ſimul ſtimulemus.

5. *Aproro-*



5. *Aphrodisiaca magis verno & vespertino tempore, magis etiam interna utilia.* Si quid præstandum in corpore utriusque sexus, magis id profuerit verno adulto tempore, seu menses mouendi, seu generandi actio, seu alia curanda, calore magis vegeto, & sero tunc magis macrocosmi statui ὄργασμῶν auscultanti, licet humanum genus indefinite quocunque anni tempore, contra ac brutorum genus, nullo excepto, generationi litet. De vespertino tempore idem quoque valet, quod ipsa nox feri ὄργασμῶν in corpore faueat magis, exemplo vel dolorum noctu exacerbari solitorum, vel pollutionis nocturnæ, quod recens alimenti spirituosior pars partibus præsto sit, quicquid alii contra vespertinum tempus asserant, matutinum eligentes potius. De loco etiam applicandi externo iam diximus, interna præstant sane, quod facilius ad spiritus & humores fit via.

6. *Aphrodisiaca maleficatorum; veneficiorum & ligatorum remedia,* quæ quidem impediendæ generationis causæ diabolica satis frequenter occurrit. Duo vero huius tollendæ remedia in praxi probata sunt, (1.) *causæ ligationis proximioribus debita,* quæ non alia sunt, quam aphrodisiaca, ex ea ratione, quod diabolus quidem sit mille artifex, supra naturam vero, quod solius DEI est, agere non possit, vnde cum ligationem præstet mediantibus causis naturalibus, spiritus arcendo, humoribus ὄργασμῶν feminalem demendo, ita vt effectus sit naturalis, patet, quæcunque huic producto impedimento, licet a subtiliori magistro, sunt contraria effectui suo, priorem illum tollere. Nec minus enim Deus permittit, imo longe magis, agere medicamenta naturalia, quæ debent & possunt, quam diabolo, vt sufflaminet actionem seruando humano generi destinatam. Præstant id essentia satyrionis, aliaque iam memorata, tum sola, tum cum essentia hyperici balsamica mixta. Testatur id experientia sua *Langius comm. in Fabr.* vbi si a ligatione diabolica seu maleficiis profectus fuerit infaustus iste languor, superstitiosa serio auersatum se scribit aliquoties, imo cum præsentissimo successu & virilis potestatis indubitata resti-



tutione, essentiam satyrion. & fl. hypericon. ita, vt vtriusque ꝑj. acciperetur pro vna dosi, in haustu vini maluatici ante ortum, folis porrexisse, addens, post ortum solis vel ante occasum nil operari essentiam hyperici. Assertum hoc est ipsius *Paracelsi l. 1. de reb. natural. c. 5.* quod totum agit de hyperico seu perforata; vbi p. 1040. scribit, sumendam esse non post meridiem, nec noctu, sed sub ortum solis, in aurora, seu diluculo. Ratio huius circumstantiæ quoad tempus antelucanum, eo solum danda esse remedia contra fascinum, non æque patet, nisi dicamus corpus humanum tunc, post digestionem peractam, aptissimum esse, vt liberetur ab extraneo hoc vinculo, quod eodem etiam tempore semen magis turgidum fit, neque enim alio tempore fere pollutiones eueniunt, quam hora 2. vel 3. post mediam noctem. Dato ergo tunc medicamento *ὀρυζουδός* ille magis se exerit, addito hoc robore & stimulo. Nos & hac sumus vsi, & imprimis iam laudatis restituimus non paucos.

Typographus quidam Erfordiensis alioqui saluus & vegetus celebratis nuptiis, cum iam in thalamum sponsa petita veniret, sentit se alienatum a se ipso, ligatum & impotentem. Tentantur varia, sed frustra. Consulti propinamus aliquot doses chocoladæ, aliquot item rotularum stimuli. Mysf. Curatur feliciter, quod euentus probauit, nam peractis nouem mensibus pater salutatus est primum, & hinc aliquoties. Consiliarius quidam idem experitur infortunium. Occulit id primo præ pudore, victus tamen iusto dolore & desiderio rem nobis exposuit, adhibentur eadem, liberatur extemplo. Suasimus etiam hisdem elutionem genitalium cum decocto fl. aquileg. & hyperici.

Hæc vt verissima sunt & probatæ experientiæ, ita (2.) quoque non minus conueniunt, quæ irrisioni & ludibrio fatanæ debentur, ridicula licet, modo non supersticiosa. Sic mictio super scopas recentes, per anulum sponsalem, aliaque huc faciunt. Quidam ligatus non solum funeratam partem, qua vir erat sentit, sed & simul insignem anxietatem, altera nuptiarum die exponit id amicis, suadent, vt asserem coemat, & cuneum remanentem a ramo arboris, cuneo excutiat, & per  
foras



foramen illud vrinam mittat. Dictum, factum restituitur.

Inter experimenta *Michaelis* probatiora refertur & hoc, ad virilitatem nequitia ademptam restituendam: Limetur cornu hirci in cuspide extrema, donec ob exquisitum sensum brutum id minus ferre videatur, propinetur ægro. *Schmuckius* iubet ori lucii piscis immittere vrinam, piscemque in aquam dimittere, *l. de curat. morb. magnet. mag. p. 58.* vbi & alia habet. Inprimis vero nouimus contigisse *Freibergæ Hermundurorum*, vt, dum ligatus remedium quærit, oblata fuerit herba, quam cum vrina propria affusa coqueret; inter coquendum venit vetula, autor maleficii, qua plagis excepta ægro potentia sua rediit. Herbam hanc nominat & processum describit *Carvichterus Tr. de morb. a fascin. p. m. 238.* nempe iubet recipere vrinam ægri q. s. per tres v. g. vices emissam, antirrhini tert. *Mathiol. mj.* coquere eadem simul in olla noua, operculo tecta, ita enim breui venturum maleficum, vbi & alia plura præmittit, inprimis vnguentum ex visco colurno pro inunctione genitalium &c. Hæc, *inquam*, nosse consultum est & medico, ita vero in vsum trahere, ne superstitione vlla in ipsum cadat. Admitti possunt, quæ superbum spiritum illudant; non quæ pactum implicitum alio nouo soluunt.

7. *Aphrodisiaca pro temperamentorum diuersitate varianda.*  
Conueniunt in genere magis frigidis & humidis, quam exsiccis, speciatim vero alia iisdem ancillantur, hanc temperiem respicientia. Regula hinc eximia est *Ang. Sala p. m. 110.* qui obeso humido & molli sunt corporis habitu, prius per cathartica & sudorifera, dietam & exercitia corpus ad vsum veneris disponi debere; contra exsanguis, squallidi, melancholici, vel longo morbo confecti sola dieta humectante & restaurante prius corroborati aphrodisiaca sumere possunt. Id quod ipsum etiam suo modo de sterilitate muliebri curanda valet.



## LIB. II. SECTIO II. CAPVT XIII.

De

*Antaphrodisiacis.*

**D**ifficile sane est agere contra naturæ ipsius intentionem, vt facile aurigante eadem curationem instituere. Exemplo illius sint ANTIVENEREA, quæ semen moderantur & frena libidini ponunt. Naturam expellas furca, tamen vsque recurrit. Tanto magis ergo eget freno.

Complectemur vero sub horum titulo non solum, quæ excessum veneris compefcunt, verum quoque quæ vitia eisdem, vnde corpus conspurcatur & polluitur. Humanum genus inter animalia perfecta est *πολυπαιρωτάτων*, vnde & vitia patitur seminis omnibus aliis contra.

Optime hæc patebunt ex opposito, & contrariorum opposita ratione. Hinc 1. *Quæcunque corpori superfluitatem nutritibilem, in semem cessantem, derogant, sunt antaphrodisiaca.* Venus delectatur cœnis dubiis, iocis, amoribus, voluptuosis imaginibus, rebus, factis. Sin compefcenda fuerit, frigus opponendum ardori huic, victus tenuis & exquisitus, qui ipso *Celso* teste l. 5. c. 26. tantum sustinet corpus, non vitra demensum aliquid surrogat, auferendo quasi plus quam addendo. Res age tutus eris, præsidium est ab amorum magistro *Poetæ* probatum. Sic oleracea, leguminosa, cicera inprimis huc pertinent, vt alia taceamus. Valent tamen illa magis pro diætâ veneris moderandæ morbosæ excedentis, quam sanæ. Vt vero hæc *privatiue* id ipsum præstant, auferendo, velut improprie sic dicta; ita *positiue* id exequantur proprie dicta, quæ sequuntur.

Hinc 2. *Quæcunque seminis ὄργασμὸν, stimulum & spumescentiam tollunt, sunt antaphrodisiaca; quo sub generali axioma*

mate



mate plura alia comprehenduntur, quæ modum vna exprimunt magis. Seminis ὄργανος supponit & notat pororum dilatationem & vim elasticam. *Quæcumque ergo (i.) poros feri & seminis consequenter constringunt, illa sunt antaphrodisiaca.* Hinc cum frigus quam maxime poros constringat, videmus quoque tempore hyberno occludi eosdem in animalibus & vegetabilibus, expandi vero tempore verno, ac hinc illa sociari pro generatione, prolis, hæc flores & fructus parturire. Cum item omne turgens & elasticum humidum prærequirat, ipso Galeno adfertore, extinguere semen, veneremque ignauiolem efficere statuuntur vulgo refrigerantia & desiccantia omnia in genere. Frigida, (quæ ratio est Galenica, *l. 5. simpl. c. 23.*) semen cogunt, incrassant, & stabile reddunt, ac propterea illud non prouocant, sed supprimunt; sicca autem ne esse quidem semen permittunt, etiamsi calida sit vna, vt ruta; magis vero illius procreationem & egressum prohibent frigida & sicca. Faciunt huc omnia constrictiua huius commatis, inprimis bistort. torment. corallia, alba iuxta nonnullos magis, lapis hæmat. bol. armen. & similia.

Præ aliis vegetabilibus commendari merentur fragaria, agrimonia, hep. nobilis, aliaque huius generis, quorum vsus non solum insignis est in fluore albo, veneri fluoris specie, verum quoque in gonorrhœa virulenta. Obseruatum enim est in praxi talismodi infusis & decoctis, maxime cum rad. alth. sarsaparilla, sassaf. &c. optime curari posse eiusmodi fluores, correcto, quod præcipuum est, sero & concentrato. Tacemus galeopside flore albo eodem nomine ad antaphrodisiaca merito referri, quod vesiculas feminales ac humorem feminalem extra oleas vagantem concentret. Sic & exterius ad pollutionem nocturnam, gonorrhœam non virulentam & fluorem album commendatur, decoctum fragariæ cum vino rubro aliquoties pubi & pectini impositum; sic certo mederi gonorrhœæ bursam pastoris *Tabernæm*, & alii apud illum referunt.

Ex mineralibus hæc id eximie præstat, a plurimis seculis inter antaphrodisiaca relatus, vnanimi velut consensu. Extat hanc in rem locus elegans apud *Anacreontem*: ὄδ' ἔρωτος, ἔχων μόλυβδον περὶ τοῖς

Q99

καλοῖς



καλοῖς ποδίσκοις. *Amor, sed impeditus, plumbo pedes tenellos.* Mittimus alia a Poetis, quod pueros deuorauerit, ab Astrologis, aliisque hanc in rem annotata. In vsu sunt hoc sine sacch. ἥνι, a dulcore intensiuo ita dictum, exindeque parata Ra antiphthifica, vulgo nominata, ad gutt. 10. 15. propinata, quæ singula poros & vascula quasi corrugant, & consequenter pruriginem abarcent & œstrum.

Quod vero externum vsum attinet ἥνινorum, is ipse, vt aliorum quorumuis, non nisi refractus est, si laminæ plumbeæ lumbis apponantur. Hæc quippe pollent actuali frigore, vnde ὄργασμὸν inhibent; pollent edulcandi & absorbendi virtute, quæ tamen minor longe est; pollent vi excitandi, quatenus inæqualitate & applicatione sua excitant archeum, ne profundius somno immersus his inuigilet venereis.

Seminis ὄργασμὸς supponit & notat porro consistentiam γλιχερόν & ἄεαμ, hinc (2.) quæcumque sulphur hocce γλιχερόν obtundunt, & debilitant, sunt antiueneræ. Quid vero magis obtundit sulphur, quam (α) acida? Hæc itaque omnia hinc veneri sunt contraria, seu forma sicca, seu alia conspicua. Prodest ergo in contrarium acetum, locum habet spiritus Oli, adeo quidem, vt euiratos quasi inde obseruare licuerit. Omne semen fœcundum est γλιχερόν. Si hoc ergo deficiat, vis eneruatur, vt iners sit & prurigo cesset.

(β.) Sulphur hoc γλιχερόν quoque laxant nitrosa, quæ quippe fluxile reddunt serum, vnaque spumescentiam & volatilitatem ac feruorem destruant. Notabile huius rei exemplum refert *Timæus l. 3. cas. 52.* de fidicine, nulla venere satiando & castrationem tandem expetente, cui frustra adhibitis aliis nitrum in ♀ nymph. solutum exhibuit, cuius vsu per mensem mane & vesperi continuato deferbuit plus satis. Par ratio est arcan. duplic. Myns. Ⓞ δῖατι, lap. prunellæ. Et hæc quoque causa forsan est, quod fontes quidam cupidini medicamina exhibeant, quam in rem videri etiam meretur *Barclai. in Satyr. p. 5. p. 517.* vbi rationem in ἥ, plantas in ripis crescentes, aliaque refert.

(γ.) Eneruant quoque hoc sulphur γλιχερόν ἔλια, interne & externe. Nihil quicquam visciditati & lentori feri excutiendæ magis



gis inferuit, ac mercurius, vt in saluatione patet ad oculum, non solum, quod fluxilitatem tam euidentem excitent; verum & eo toto tempore membrum quasi emortuum langueat, quod etiam in gestatione cinguli factum obseruauimus. Quam in rem & apud *Schenckium* obseruatio occurrit cuiusdam, qui ad plattulas curandas inunxerat ꝑium, inde vero euiratum se sentiens e consilio medici oleum spicz applicauit, vnde & pthiriasi & huic muneris satisfactum est. Atque hunc in finem quoque ꝑ dulc. in gonorrhœa simplici & virulenta, frequentissime cum priapismo insigni coniuncta, officium facit.

(d.) Corrigunt quoque id ipsum sulphur spumescens *amaricantia*, & quasi talia, vt fol. salic. absinth. ruta, vitex, sem. cannab. & alia. Studiosus quidam laborans gonorrhœa a vetula aliquot pilulas accipit, quas cum successu adsumit. Indagatione facta deprehensum est, fuisse illas pilulas non arta factas, sed natiuas, semen viticis rotundum & pilulare, quod experimentum bellum est. Ex compositis egregia est ess. castitatis polychresta Michael, ex herb. rut menth. ā. mij. sol. salic. mij. agn. cast. dipt. Cret. ā. mij. nymph. miß. millefol. mj. rad. ir. fl. ꝑij. bistort. torment. nymph. ā. ꝑij. sem. rut. ziiij. agn. cast. ziiij. lactuc. acetos. portul. endiu. plantag. ā. zij. M. extrah. ~rut. Nec alia ratione camphora inter antiueneræ refertur, ita tamen, vt id cum grano salis accipiatur, quatenus nempe dissipat & consistentiæ ὀργασμώδῃ est contraria; habet etiam locum, pro diuersitate quoque causæ, vbi sulphur magis peccat præ sale. Alias enim refinatores camphoræ satis deprehenduntur & libidinosi & fecundi.

(e.) Alterant sulphur ichorescens etiam *alcalia* & *alcalina*. Extat apud *Schenck. in obs.* locus, vbi affirmatur gonorrhœam virulentam multos curasse vsu caulium fabarum in cinerem redactarum. Iubentur caules deuri, cinis in Δ fluuiali per ℞ macerari, colari per inclinationem liquor alcalicus & per triduum propinari ꝑiv. Commendat idem quoque lixiuium *faber. Riuerius* etiam in simplici. Hoc quamuis in hodierna praxi minus consuetum sit; alcalina tamen insignem vsum alterando & siccando, tum quoque ichorescentiam suo modo tollendo præstant. Præcipue



celebre eo nomine est os sepiæ, eiusque magisterium ab *Hartman.* laudatum. Simplex præparari potest cum  $\nabla$  castit. & ad aliquot dies propinari, magis tamen in gonorrhœa simplici, minus in maligna.

*ὄργανος* feminis supponit denique & notat quoque sal salsum vel alcalinum, stimulans, volatile in statu naturali, fixum magis in præternaturali. *Quæcunque ergo (3.) sal ipsum stimulans temperant, alterant & figunt, sunt antaphrodisiaca.* Figunt & alterant iam dicta *acida & nitrosa*, & sulphuri & sali volatili huic stimulantibus debita. Hinc rad. acetosæ commode reliquis infusis & decoctis iungitur. Hinc hepaticum rubrum tum per se, tum cum spec. diatr. sandal. vel cum sacch. solum mixtum adhibuimus feliciter sæpius in pollutione nocturna, addito simul præcepto, ut omnia, quæcunque acrimoniam salinam *ὄργανωδῆ* possunt stimulare & promouere, deuitentur, in cibo & potu, acria, salsa, piperata, aromatica, vinum generosum, mel, nasturt. raph. rust. motus, decubitus corporis supinus, capitis decliuus & alia. Par ratio est clyssi  $\delta$   $\Delta$ ti, Ræ aperitiuæ Mœb. & similibus, licet acida sicca & concreta præstantiora sint. Sic & decoctum tamarind. prodest.

Alterant & temperant idem sal *aquea*, tum actuali frigiditate, tum diluendi virtute. Frigori temperanti adscribendum est, si quid profunt substrata vel imposita lumbis. Hinc & balnea frigida profunt, a quibus statim corrugatur scrotum, & pori laxati prius concidunt, cuius exemplum simile in corpore nullum extat. Diluunt potiones &  $\nabla$  ex lactuca, nymph. portul. item  $\nabla$  castit. etiam superiori scopo debita; diluunt & temperant emulsionem sem. 4. frig. portul. lactuc. cannabis, quam solam etiam *Myns.* commendat, cum aquis alterantibus factæ, addito osse sepiæ, & sirupis edulcantibus temperatis.

Temperant etiam inuiscentia *mucilaginosæ*, ut pulueres ex feminib. 4. frig. mai. portul. lactuc. acetos. plantag. fi. nymph. ros. gum. tragac. camph. lign. sand. rubr. qualia exempla apud *Riuer.* in *obs.* occurrunt, ut terrea alia mundificantia & diuertentia ex  $\delta$  diaph. bez.  $\delta$ li, cinnabarinis non laudemus.

Temperant & abstergunt, roborantque *sulphurea* minus volatilia



Iatilia & aërea. Sic nobilissima est eo casu terebinthina, quocunque modo adhibita, vti & mixtura prodest, ex sacch. ꝥ, camph. & tereb. In pilulis item & litu facit officium. Sic & cassiæ & tamarindorum pulpa, temperandi fine, in his affectibus præscribitur toto die. Sic succinata vt in omni feri ichorescentia & fluore probatissima sunt, catarrhis, fluxu albo mulierum sæpe iam commendata; ita & in gonorrhœa, tum in puluere, tum inprimis in essentia, quæ palmam omnibus quasi reliquis reddunt dubiam. Sic & ipsum decoctum & ess. lignorum egregia sunt seminis fluxus remedia.

Summatim ergo vt hæc repetamus, antiueneræ sunt, quæ partim liquant & fundunt, adeoque *γλιγομένη* ac consistentiam debitam destruant; partim acrimoniam & stimulum tollunt, ac dissipant, spiritusque ligant, & figunt quasi diluuntque; partim vias, poros & vascula quasi corrugant.

Profunt vero hæc, quod itidem ex dictis patere potest, in vitiis seminis & quasi talibus variis, libidine effreni & immodica, eiusque speciebus, satyriasi & priapismo, pollutionibus nocturnis, gonorrhœa simplici & virulenta, ardore vrinæ venereo, fluore albo mulierum, pruritu genitalium &c.

Not. de his est. 1. *Pro statu feri in corpore, quædam veneream in aliis cient, in aliis imminuunt.* Valet id cumprimis de calidis. Est enim perpetua actio & reactio calidi & humidi etiam quoad seminis prouentum. Et (1.) quidem certum est, dari etiam antaphrodisiaca, quæ non item sunt frigida, sed calida, exemplo menthæ, rutæ & similium. De mentha hinc prouerbum est, apud *Philosophum* celebratum, mentham belli tempore nec ferito, nec edito, quod perinde est, siue explicetur, quod mentha fortitudinem minus inducat, sed eidem potius sit contraria, siue quod generationi minus faueat, quæ tamen ad refarciendam stragem illam faciat. Mentha ergo cum sale volatili oleoso polleat, videtur potius *ἀρμασμον* promouere, quam obtundere. Atque hoc ipsum (2.) quidem verum est, & præstat in humidioribus & frigidis. In illis non tam exiit veneream libidinem, quam inducit, quia ferum præsto est, quod recipere in se vim illam rarefactiuam potest; aut in



calidis (3.) vbi serum paucius est, non item, dissipando id ipsum humidam, quod turgescere debebat. Adde (4.) quod hoc variet, quoque pro ratione ætatis ipsius plantæ; recens & humida magis venerem auget, cæteris paribus, sicca magis imminuit.

2. *Antiuenerea alia qualitatem seminis corrigunt, alia motum & ichorescentiam, adeoque non confundenda.* Sic frigida magis in pollutionibus minuendis profunt, cum primis acidula, terrea, & adstringentia; calida magis in gonorrhœa simplici, quæ distinctio etiam superiori addi potest; vitex enim, per dicta, & ruta, succinum atque similia in gonorrhœa vsum insignem habent, in pollutione vero minus profunt, quin sæpe eandem promouent, quia nempe illo casu ichorescentiam seminis corrigunt, hoc vero stimulum addunt potius, quam tollunt. Quæcunque vero fluxum seri adaugent, in fluxu seminis non locum habent, vt salia lixiua, nitrosa, acida, saltim intentione primaria. Quod vero Ælia attinet, illa quidem in gonorrhœa virulenta potissimum in vsum vocantur, magis tamen tum diuertendi fine, per saluationem generalem, tum abstergendi. Notabile enim & hoc est, gonorrhœam virulentam non tam seminalem materiam fundere, quam purulentam, adeoque prodesse, medicamenta, quæ abscessum illum rumpant, abstergant, & ad motum cieant, quo hinc factò, alia adstringentia & roborantia ex vfu sunt. Vti & eodem fine venerem suadent quidam, vt, profluat ichorosa purulenta materia.

3. *In vfu antaphrodisiacorum cauendum, ne vel ventriculus, vel totum corpus ledatur.* Nullibi facilius lædi potest ventriculus, quam vbi ipse alias sanus sufferre tamen cogitur medicamenta sibi aduersa. Singula vero quasi, si acida exceperis, antiuenerea facile lædunt eundem, ☉sa, alcalina, Ænina, vnde nisi in his caueamus, ægri grauitatem ventriculi, inappetentiam, lassitudinem, aliaque mala reportant. Non totum lædendum est, quod fieri potest, si illud Horatianum illabamur: stulti dum vitant vitia in contraria currunt, quatenus, dum moderanda venus, per ætatem, per naturam tamen vicens, extinguitur. Verissimum hinc est illud *Apostoli* sensu etiam physi-



co: melius est nubere, seu remedio vti per naturam, & a summo numine concesso, quam vri, seu lædi corpus tum igneis morbis, febribus ardentibus, mania, tum altero extremo, euirari id ipsum, quod conscientia stigma inurit. Imminui semen nunquam debet vltra sphaeram naturæ vel humanitatis. Quin nec possibile est, citra læsionem corporis euirare corpus. Frustranea hinc & absurda sunt consilia eorum, qui contra naturam agunt, & contra aculeum calcitrant, qui extraordinario dono castitatis non gaudentes, volentes scientes repugnant, & cæteroqui tamen corpori nil derogant. Tu nil inuita dicas faciasque minerua, etiam hic valet.

4. *Ardori & gonorrhææ virulenta diuertentia, temperantia & roborantia conueniunt.* Primum hoc in venere delinquentium, est flagellum, verissimo axiomate: per quod quis peccat, per idem punitur & idem. Conuenit illo casu diuertens mature præsidium internum, si bezoardica cum succinatis & anodynis propinentur, si externe decoctum temperans ex mastiche, myrrha, thure & similibus adhibeatur, scroto vero pro re nata, tumefactis testibus, vt sit, empl. hñinum, cum emplastro de ran. Vigon. cum ꝑio apponatur. Hinc quod ꝑium viridem *Frochius* in praxi vnice in gonorrhœa hac commendat, quod ꝑ dulc. in hunc vsum laudatur, cum grano falis est intelligendum. Pro sunt vero & inter dicta traumatica ipsa cumprimis, & inter hæc terebinthinata, succinata & similia, opiata vero minus, nisi refracte admodum.

5. *Vrgens P. N. minus religiose curanda, gonorrhœa vero non temnenda est.* Falluntur & medici & ægri, si hi, per ætatem alias sani, etiam frequentius voto corripiantur pollutione, hinc sibi frustra sæpe persuadentes, se steriles futuros, se tabe correptum iri, & nihil non, vnde videas hinc melancholicos, tristes, pudibundos, & nihil non facientes, vnde sæpe ex sanis ægri, qui non sunt, fiunt & redduntur. Non negamus vel intendimus, pollutione nocturna laborantes non curandos; loquimur saltim de erratis in excessu vel defectu.

Plures curauimus solo consilio addito medicamentis, ne  
inde



inde mouerentur, sed animum reciperent, nec timerent vllum periculum. Ita sane animo composito mitius actum fuit de corpore. Quod vero gonorrhœam quidam pro bono habent, si saltim tolerabilis sit, id minus concefferim. Ponam bonam esse, vt causam, quatenus natura hunc exitum affectat, & educto ichore seroso præseruatur reliquum corpus a morbis; non bona est vt signum, vnde facile corpus degenerat in malum habitum. Dictis vero præfidiis, non omissis vniuersalibus, malum certo cedit, modo non nimis inueteratum sit. Neutro pacto assequimur finem vnguentis vel oleis, licet promiscue a practi- cis præscribantur. Tantæ molis est segregare bona a malis in materia medica quoque.

## LIB. II. SECT. II. CAP. XIX.

## De ἰσχαιμοῖς.

**D**E ISCHÆMIS seu sanguinem sistentibus dicturis ipsius sanguinis occurrit necessaria consideratio. Suppone- mus enim breuibus de motu hoc ad extra:

(1.) Sanguinem torulis & alueis suis non conten- tum exitum affectare improportionatum & onerosum. Vide- mus id toto die in plethoricis, quod hæmorrhagiam narium, menses immodicos, hæmoptysin ipsam quandoque patiantur. Imo vel ex hoc discere possunt αἰμοφθορίαι, profundi a natura ipsa onerosum sanguinem, adeoque abundare posse eundem. Cum abundat, exundat non raro, licet & alia mala det, non tam patientibus hisce viis.

(2.) Onerosum & improportionatum reddi sanguinem a nimia rarefactione, motu intestino maiori, salibus alcalinis, biliosis inducta. Omne humidum calore diditur, & elasticum, ex- pansiuum redditur. Hoc vt in statu naturali ita comparatum, est, ne fiat profusio, sed venæ ipsæ & pori expandi possint; sic in præternaturali vel non-naturali quoque inde fit exundatio.

Et



Et vel culinario exemplo notum est, calore maiori ollæ limites exuperare aquam simplicem, magis vero salitam, vt quando pisces elixantur; maxime omnium pinguis, oleosa, sulphurea, vt in elixatione olei lini pro vernice parando, in parandis emplastris, in præparatione balsami Āris ad oculum patet, quatenus viscedo Āris hoc pacto in infinitas bullulas expumescit. Hæc duplex mechanica illustrat egregie ebullitionem sanguinis & efferationem maiorem, vnde porro ponemus.

(3.) Sanguinem imprimis expumescere magis tum salsum, tum biliosum. Salsedinis exemplum occurrit toto die in scorbuticis, in catarrhis, tussi ipsa, quæ frequenter hæmorrhagiam narium habet coniunctam, sputo cruento, vbi & sensibus occurrit falsedo titillans, in mensibus immodicis, vbi erodens acrimonia satis se manifestat sæpe in ipsis genitalibus, in dorso quoque ipso. Biliosæ rarefactionis exempla visuntur in febribus tum primariis, tum comitatis. Frequentissime in febribus fiunt hæmorrhagiæ etiam in non plethoricis, quatenus sanguis & ipse biliosus tum magis expumescit, intenso illo calore, & sal volatile peregrinum iunctum rarefactionem præstans maxime concurrit. Sic & in variolis, morbilis aliisque idem solenniter occurrit, imo cum leuamine, quatenus parte spumosa oleosa recrementitia tunc dempta, reliqua massa archeo redditur magis obsequens, & subiugabilis.

(4.) Adeoque hæmorrhagiam causari modo serum magis, modo sanguinem. Serum enim salsedinis, sanguis biliosus sulphuris vehiculum est magis. Vtut ergo vtraque sint coniuncta, & ad sensum vnita in corpore, id tamen non obstat, quin modo serum, modo sanguinem peccare magis dicamus, quod vnumquodque recipiat ad receptiuitatis suæ modulum, vnde quoque id patet ex effectu, quatenus natura ipsa seorsim serum, licet non æque sanguinem separet. Sanguis sane non excideret sæpe, nisi sero acriori & fluxiliori obsecundaret & ipse, nisi fibræ laxiores cohærent eiusdem culpa; sæpe etiam, si ipse temperaret magis partes oleosas biliosasque, vnde frenum bilis audit.



(5.) Sanguinem rarefacere magis alcali, obrundere acidum; ferum vero ab utroque reddi acrius. In statu febrili & bilioso prius occurrit, in statu extra febrim magis alterum. Hinc non tam tenuis sanguis exstillat, quam spissus quoque cinnabarino florido colore, qualis etiam a V. S. emissus visitur. Hinc scorbutico calido affectu magis etiam hæmorrhagiis tentantur, quam frigido vexati. Ast acidum in subdominio, vel seroso statu etiam in prædominio existens hæmorrhagias causari potest quoque, licet magis inferioribus locis quam superioribus, vtero, inquam, hæmorrhoidibusque, tanquam fixius sal, ut alcalicum magis est volatile. Protrahit tamen hic status magis hæmorrhagiam, quam excitat, exemplo mensium immodicorum.

(6.) Quæcunque ab extra exspumescentiam hanc feri & sanguinis promouent, hæmorrhagias patere. Id quod patet exemplo motus, potus vini, aromatum vsus, aeris calidi, æstiu, iræ, mensium suppressorum &c. vnde facile vi contrariorum patere potest, quæ hæmorrhagias sedent.

(7.) Sanguinem extra ferri sæpe non tam exspumescentia inducta, quam coactum. Duplicia huius rei occurrunt exempla, partim frequentiora, partim rariora. Frequens est hæmorrhagia, generali acceptione aliis quoque fluxibus sanguinis omnibus competens, in hydropicis, vel hypochondriacis quoque, ob communionem particularem & lateralem constanter e dextra vel sinistra nare stillans, prout hæpar vel lien affectus magis fuerit. Frequens in aliis quoque, ut mensibus immodicis, hæmorrhoidibus itidem ab obstructione vasorum mesentericorum oriunda; frequens in gibbosis, non crescentibus, uti par erat, vnde cum non detur sufficiens spatium, sed inter vehementia vasa & vectum humorem improportio, coactus alibi affectat exitum, idque locis patulis & porosis per se, vel aduetis quoque effluxioni per naturam.

Rarior est hæmorrhagia coactiua vniuersalis, cuius duo nouimus exempla. Coactiuam voco, non tam ob rarefactionem, quo sensu etiam talis in febribus ad mortem vsque producta occurrit non raro, frustra adhibitis remediis quibusuis



vis, superueniente tandem sudore & frigore extremorum, salua ratione, & tandem ineuitabili morte; quam, vbi sanguis contineri spatiis suis, seu corpore, & poris & vasis nescius vi quadam expellitur, seu ipse diffluit & effluit, quasi expulsus. Vniuersalem vero, quod per nares, per aluum, per vrinam, id eueniat, imo etiam aliquando per aures & oculos ipsos. Mortuus sic est ante 7. vel 8. circiter annos chiliarcha imperialis, quod ex relationibus publicis tunc innotuit. Mortuus eodem morbi genere nobis adstantibus vir primarius, quod alibi describimus.

(8.) Læso quocunque grauius vase, nisi restinguatur, omnem sanguinem effluere posse. Est enim quoad hæc cum primis *ἔρρηξις μία*, vnus confluxus, continua cordis pulsatione inducta, neque quoad huncce perfectum hiatum effluens sanguis obicem sibi ipsi ponere potest, vti sponte & motu proprio exitum affectans per vterum, nares.

Hinc facile æstimare erit, quænam sint *ἔρρηξις*, nempe: I. *Quæcunque sanguinis copiam, ὀργασμὸν*, acrimoniam, tenuitatem ac impetum rifsranant, sunt *ἔρρηξις*. Copiam tollunt optime V. S. & huius vicaria præsidia alia. Certum nempe & hoc est in praxi, symptoma hoc, nisi sanguine litemus, tolli feliciter non posse; Frustra vtimur astringentibus in hæmorrhagiis fortioribus narium, repetitis illis, frustra in sputo & vomitu cruento, mensibus immodicis quoque & similibus citra V. S. quod toto die nos docuit praxis, hac vero adhibita felicissime, depleto statim oneroso illo superfluo, per vnam V. S. reuulsoriam.

*ὀργασμὸν* cum rarefactione coniunctum tollunt, quæ sulphur obtundunt & sal volatile figunt ac inuertunt, nominatim *acida*, & *aquea*. Notabile est assertum, *acida* coagulare sanguinem, puta seruefactum ac ebullientem nimis, quem coercent duplici illo modo eximio, siue sint *acida* diffusa, seu concentrata, siue *Ἐλικά*, seu *Ἄσα*, aliaque. Hinc commendant autores ~ *Ἐλί* in sputo cruento ipso, quod cum grano salis



accipiendum, quando scilicet vitio lienis & M. S. symptoma, illud magis contingit, habere aliquando locum potest, alias non item, si vitio pulmonis determinato magis eueniat. Hinc in hæmorrhagiis, vitio hepatis calidioris inprimis ortis, Ra viol. cum  $\odot$ li feliciter sumus vsi. Præstat enim eo casu diffundere eundem, satis actiuum, quam concentrato eodem, ventriculum & corpus lædere. Sic eundem in finem faciunt, cumprimis in febribus, iulepi diluentes & temperantes; modo aciduli sint, non dulces nimis, dulcia enim in hæmorrhagiis quibuscunque minus locum inueniunt, sed, quod ipsa quoque per mechanicam in spumam & bullulas facile rarefiant, nocent potius. Sic etiam aquea insigniter proficiunt, decoctum hord. cum succ. citr. potiones, emulsiones, aliaque huius com-  
matis.

Acrimoniam temperant, tum eadem ista, quæ diximus iam, tum *terrea* quoque, constrictiua, lentore & mucilage, blanda inuiscentia & obtundentia, ex simplicibus corallia, lap. hæmat. sangu. dracon. &c. ex compositis pulu. stypt. croc.  $\sigma$  astr. tum  $\odot$ sa quoque ipsa, modo laxitas fibrarum non obstet, eximie proficua.

Tenuitatem & fluxilitatem cohibent *incrassantia & adstringentia*, nominatim Ra lap. hæmat. antiphthis. corall  $\sigma$  astr. rad. alth. & iam dictus pulu. stypticus polychrestus. Non minus enim tenuitatem ac impetum, ipsamque acrimoniam respicit tum hic, tum opiata, variis formis exhibita, seu sola, seu stypticis maritata. Virgo generosissima a vitiis diætæ patitur diarrhæam, cum abscessus reatu, egerit feces plurimas & cruentas & fœtidas: data Ra  $\sigma$  astr. cum corall. dato item per vices puluere styptico anodyno felicissime conualuit. Rusticus cacchymicus a motu fortiori sentit hæmorrhagiam narium insignissimam per 4. 6. horas, nulla data interruptione quasi. Noctu petit auxilium, dantur interius eadem medicamenta, feliciter restituitur. Fœmina mensium immoderationem percipit non vna vice. Simul ac dosim vnam alteramque de puluere styptico cum anod. assumit, fluxus cessat. Hæmoptycus petit auxilium, propinatur puluis



puluis stypticus, ad supra dictum modum, præter alia, paroxysmus statim retunditur. Verbo, probatissima sunt hæc ipsa remedia, innumeris exemplis confirmata, & nunquam non cum successu vsurpata. Quæcunque scilicet lixiuiosum alcalinum rarefactum nimis sanguinem concentrant, congelant, mitigant & figunt, dictam indicationem omnibus modis obsoluunt.

Refrænant vero dictum impetum tum interna, calori simul debita, qui singulis illis motus speciebus velificatur; tum externa eidem fini inseruientia.

Refrænant ligaturæ mediocres, sanguinis impetuofum partim remorantes, partim dolorifico sensu eundem in vias communes ex propriis quasi diuertentes; item cucurbitula sicca in nucha, quatenus & eadem motum feri fluxilioris impedit, & dolore inducto simul archeum diuertit. Vbi enim dolor, ibi sanguis affluit, quo facto non potest non idem alibi exundans reuelli & aliorsum deflecti.

Refrænant actu & potentia frigida non vna, oxycratum, fronti, collo, temporibus, nuchæ, scroto adhibitum; aqua frigidissima, nix ipsa quoque. Quæcunque nempe loca sanguinis alterationi & refrigerio magis inseruiunt, apta nata potissimum sunt, quibus *logana* adhibeantur, quæ inter & vertex est. Vtut ergo sint, qui frustra bregmati applicari eadem contendunt, quod non exinde ad nares deuoluatur sanguis; attamen ea applicatio secundum ductum vasorum instituitur, & actuali frigiditate actiua satis est & alterans. Imo nec ossium vallum obstat, siquidem refrigerans illa vis satis ad interiora vsque euibrat suum effectum. Methodum hanc curandi inculcat ipse *Hippocrates 7. aphor. 37.* vbi de vomitu cruento loquitur quidem, at similiū eadem est ratio. Curatio, inquit, refrigerandi & adstringendi vim habentibus perficitur. Refrigerantia magis debentur viis communibus, poris, ob calorem rarefacientem largius sanguinem inuitantibus, tum propriis quoque seu vasis quatenus in medio cursu quasi suo eundem ad moderationis leges sufflaminant sæpe. Hinc & elogio *5. aphor. 23.* frigido in his vtendum, vnde fluit, aut fluxurus est sanguis,



non quidem eodem loci, sed circa ea loca, vnde influit; habito nempe respectu ad cor, tanquam fontem sanguinis.

Quod si accedat compressio, tanto presentius frigida hæc iuuant. Exemplo sit imperialis, prius aqua frigida alteratus fronti adalligatus, quo pacto tum infantibus, tum aliis etiam adultis feliciter succurrimus.

Refrænant & concentrant omnia actualia frigida. Cum enim motus hic sanguinis sit ad extra, adeoque idem qui calor a centro ad circumferentiam, nec sine calore, saltim naturali, & vasorum eueniat; cum corpus infinitis spiraculis polleat, ab ambitu maxime alterabile, frigus vero concentret aerem & poros magis patulos; inde motus contrarius inducitur, a circumferentia versus centrum, ab extra intro, & alteratur quoque feruidior sanguinis spuma. Pertinet huc & terror ipse, siue aliis modis incutiatur, seu per asperisionem aquæ frigidæ, in nucham vel faciem ex improviso factam, vt tanto presentius alteret.

Refrænant alia per contactum frigidum, & potentia adstringendi, vel etiam quædam discutiendi, applicata. Cum enim ad obiecta non vno modo se habeat calor noster, sed ex illis effluuia partim ferantur, partim calore hoc nostro excitentur, merito quoque ab his appensis, in manu detentis, vel alibi corpori extus applicatis, leuamen quoddam sperandum. Quorsum imprimis pertinet summa subtilitas effluuiorum, quæ in odoratis quidem actu ob copiam admirari, non mensurare possumus, in aliis vero dari, etiam pigris visis, non negandum est. Hinc quæcunque effluuiis austeris, adstringentibus, terreis, remorantibus archeum vniuersalem afficiunt, & quasi afflant, sunt ischæma. Vniuersalem inquam, nam de particulari partium effluentium sanguinem post dicitur. Sic vtitatissimum est eo casu adhibere lapidem hæmatitem, in vtraque manu, vel sub axilla. Est hic de natura martiali, imo martis purior minera, vnde hoc pacto duplici modo succurrit, frigore actuali primum, in duris metallicis corporibus profundiori & quasi domestico; deinde effluuiis austeris alterantibus sanguinem. Par ratio



ratio est iaspidis. Sic fluxum sanguinis menſtrui (quod & de aliis valet) reſtrinxit *Langius* retentione peræ ſeu burſæ paſtoris in vna, & iaspidis in altera manu. *l. 3. ep. 1. p. 941.* Idem adnotauimus de centinodio in ſcœmina nimias hæmorrhoides patiente, ordinarie & cum ſucceſſu ſemper adhibito. Sic & bufo exſiccatus ſub axillis detentus certo experimento ſedat hæmorrhagias narium alias, tum ob ſimilia effluua, eſt enim animal frigidum & terreum, tum quoque quod archeus inde abhorreſcentiam quandam contrahat, vnde intro humores magis vocat, & conſequenter hæmorrhagia ceſſare cogitur. Sic Olum Cyprium in manu detentum idem præſtat. Sic in aulis quibusdam vel gynæceis vſitatum eſt ad menſes ſiſtendos, vt ouum ad duritiem coctum ſub axillis detineatur. Et quæ alia hunc in ſinem hinc & inde ſolent commendari. Radix nigellaſtri eadem ex ratione prodeſt, niſi dicamus eandem ſub lingua poſitam diuertendo quoque & diſcutiendo agere ob motum.

Cumque de effluuis dixerimus horum, operæ pretium eſt de iis quædam adhuc addere huc facientia & quidem de puluere ſympathetico, qui hæmorrhagias narium & vulnerum inter alia feliciter quoque ſedat. Inuentor huius celebratur a *Digbaa or. de pulu. ſympat. p. 11.* Carmelita monachus, qui hoc arcantum ex oriente adduxerit, a quo hic modum ſecretum didicit. Paratur nempe vel ex quouis Olo, extemplo adhibito & puluerifato, vel ſoluto pro re nata, nam idem præſtitiffe adſeuerat. *Digbaus*, vel quod receptius eſt, ꝑ. Olum cyprium, vel noſtras quoque, calcinatur calcinatione aerea, expoſitum ſolis radiis n. eſe Iulio vel Auguſto, donec in puluerem album fatiſcat, exuto virore vel cœruleo colore ſuo, addito pro lubitu, quod nonnullis placet, gummi tragacanthæ pulueriſ. ad partem ſubdecuplam, ſeu ad 3x. 3j. imo quidam ana id faciunt.

Experimentum pro hæmorrhagia ſiſtenda, quantum ad noſtrum ſcopum hic facit, illud eſt, ſi nempe via ſicca ſtillet, ſanguis exiens ſuper puluerem illum ſympatheticum, vt alter  
via



via humida, si lintheamen cruore madidum & exiccatum intin-  
gatur solutioni huic Oli; exempla videantur apud *Digb. l. c.*  
Studiofus medicinæ hæmorrhagia narium frequenter corripit so-  
litus familiaritate huius pulueris se curabat subinde. Gesta-  
bat illum secum, vel ad manus habebat, stillato in puluerem  
sanguine cessabat. Vsi sumus eodem cum successu in dysente-  
ria, inspergendo eundem, quod & de ☉ valet, fecibus cruen-  
tis. Non semper tamen eundem expectationem satiare recte  
asserit *Boyleus Tentam. Phys. p. 120.* vbi proprium experimentum  
adducit, non compescuisse hæmorrhagiam narium in se, licet  
in aliis contrarium viderit. Describit & memorat eundem  
*Beuerovic. quest. epistol. p. 241.* Edidit & de eo librum *Nico-  
laus Papinius Parisiis*, quem citat *Ol. Worm.* & descriptionem  
ponit *mus. c. 10. p. 25.* Meminit etiam huius, & *Digbæum*, qui  
eum e Barbaria attulerit primus, eiusque hypothesin de modo  
agendi celebrat *Borell. app. ad c. 3. obs. 46. p. 276.* Optime etiam  
de eodem agit *Helm. l. Buttler inscr. p. 470. & l. recepta iniecta  
p. 456.*

Mirum itaque id torfit ingenia, quomodo puluis hic emi-  
nus sanet, citra applicationem immediatam. Quidam id vt su-  
perstitiosum reiecere; quod vt Theologus quidam probaret,  
apud *Helmontium*, facta protestatione expressa adhibuit idem, vi-  
ditque nihilominus vulnus solito citius sanatum, cruorem quo-  
que statim sedatum. *Digbæus* putat, beneficio lucis (aerea calci-  
natione magis irradiatæ & impressæ) atomos Oli & cruoris  
coniunctorum expandi in aere, inde vero attrahere easdem  
vulnera, vnde statim dolor mitigetur, & spiritibus balsamicis  
Oli sanatio fiat. *p. m. 119.* Affinis huic hypothesi *Helmontiana*  
est, principium actionis sympathicæ esse facultatem influen-  
tiis affinem, agentem per irradiationem in obiectum sibi ap-  
propriatum. Tacemus quæ integris libris pluribus, a *Straus-  
sto* collectis, de cura sympathetica fuerint tradita & conge-  
sta.

Nos vt dicamus quid sentiendum nobis videatur, suppo-  
nemus



nemus (1.) Ollum austeritate styptica & terrea pollere præ aliis omnibus, vel saltim esse inter eadem præcipuum.

(2.) Exerere eandem contactu immediato; nil magis e salinorum classe vulnera & ulcera condit & quasi balsamat, quam Ollum, imprimis album.

(3.) Ollum præ omnibus aliis sui generis esse transpirabile & diffusiuum effluuorum, quod in alumine impedit spumosa visciditas & velut gluten, vnde & igni magis resistit. Hinc & aerem prompte subire patitur, prompte calcinatur in puluerem. Imo præparatum hoc modo poros exhibere laxiores ad effluua.

(4.) Calorem & humorem effluua Oli magis citare & diffundere; calor quidem diffundendo humidum & poros dilatando, humor vero soluendo id præstat.

Hinc cum cruore actu calente mixto effluua ab humido & calido promota magis exeunt, & ad locum affectum facile perueniunt. Irradiatione leniori & blanda ergo sanguinem, serosum concentrant eadem effluua Oli austeriuscula, vt fortiori sternutationem cient; eademque cum sero sanguinis communicata & per solutionem emanatione sua ad locum affectum facile perueniunt. Imo & aerem alterant, qui, cum corruptor sit vulnerum, his effluuiis alteratus amicus iisdem magis euadit. Vnde immediatio virtutis huius agentis cum patiente perspicui potest. Nec opus est, vt symbolismum seu magnetismum cruoris emissi & corruptionem subeuntis cum sanguine viuido reliquo statuamus.

Quod vero non semper idem eueniat æque feliciter, id improportioni agentis & patientis debetur. Si enim impetus exituri sanguinis sit fortior, si vulnus grauius, minus etiam effluua hæc possunt sufficere. Sufficit, concurrere & hæc effluua & agere intra sphæram actiuitatis suæ, quod possunt & debent.

Refrænant fluxilitatem hanc & impetum exituri sanguinis *figentia, opiata*, insigni quoque argumento, quomodo hæc agant.



Si enim in priori hoc casu dicto verum est, sanguinem affectare exitum motu proprio, salino-sulphureo *οργανισμῶ*, quiete & passivae se habentibus fibris & partibus omnibus solidis, citra ullum dolorem, ullam coactivam quoad vasa ipsa continentia emissionem, sequitur necessario, opiata agere in partes ipsas fluidas, sistendo h.l. acrimoniam, incrassando & motum spiritibus pacatiorem imperando. Faciunt opiata hoc tam sibi relicta, quam cum astringentibus & ipsis serum incrassantibus ac moderantibus remixta, ut iam diximus. Imo notauimus post opiatorum & adstringentium usum e vena secta sanguinem hinc minus fluxisse.

2. *Quaecunque vasorum pororumque emittentium oscula, quacunque modo fissa vel biancia, constringunt & obstruunt, sunt ἰσχυρά.* Priori classe dicta magis interiora respiciunt, posteriori haec exteriora magis, quando sanguis hoc pacto necessitate fluxionis continuæ emittitur, licet quoque ipse vitiosus sæpe & data porta facilius effluens obseruetur. Vnde & e V. S. tanto promptius exilit, quo feruidior vel magis turgescens est. Illa adstringunt, hæc obstruunt.

Vtrarumque vero meminimus viarum, communium & propriarum, quod & vulnera partium aliarum adstrictionem sanguinis indicent, & pori quandoque ipsi, uti exempla talismodi hæmorrhagiarum per diapedesin præbent non solum equi, sponte cruentantes, verum & in homine sudor cruentus, vel sanguis ipse quoque hinc illinc extillans citra manifestum hiatus, qualia exempla recenset *Heer. obs. 23. p. 269.* vbi nemo villo sensu deprehendere potuit, vnde v. g. e minimo manus digito sanguinis magna satis copia effluxerat. Quod hoc aliud, quam *Ἀσμιθῆσις* est, quibusdam, an detur, in dubium vocata?

Obstruunt emittentia vascula, obturantia, ut compressio actualis. Hoc pacto enim labia vel oscilla continentur, & obex ponitur, pariete quasi redintegrato, quod per mechanicam valet, facto quotidiano experimento. Facit huc quorundam



dam mos, qui venam sectam statim comprimunt, vel lardum imponunt, nec prius emittunt sanguinem, quam animus ad se redierit, velut collectis spiritibus. Faciunt huc ligaturæ quæcunque cum simplicibus, tum spleniis, vel lineis, vel, vt ita nominemus, metallicis quoque stringentes compositæ, quod vnice valet in curandis vulneribus arteriarum, siue casu, siue ἐκ ἀπορίας ἀσθένειας aperte fuerint.

Obstruunt emplastica & inuiscantia quædam, vti nouimus quendam emplastro viscidiori tepesacto fluido vulnere affuso non raro stitisse hæmorrhagiam. Præstant enim hæc suturam quasi siccam etiam hoc casu.

Obstruunt, quæcunque effluuiis austeris etiam odore tenus constipationem vasorum & villorum procurant, vnde fordida quidem medicina est, non incongrua tamen, hæmorrhagiæ narium, si sterco porcino iisdem adhibeatur, vel asininum. Imo nouimus quendam hoc ipsum imbibitum bis vel ter cum succo vtricæ interne & externe cum successu adhibuisse. Et Zacutus Lusitanus præstantissimum & palmarium vocat sterco asini, quod exactissime læuigatum omni iuri potuique permiscuit, & tabellas cum saccharo ex eo formauit, desperatumque sic restituit. *pr. hist. l. vlt. c. 2. n. 4. p. m. 638.*

Obstruunt exsiccantia sanguinem. Omne siccum fluido est contrarium, præcipue si terror coniungatur, vnde inter probatissima habetur hæmorrhagiæ narium remedia ferri candentis mediata & remotior applicatio, vt sanguinem exstillantem excipiat, cuius ratio ex dictis claret. Facillime inter liquida, exiccatur sanguis, exiccatus vero cohæret & aggerem sibi ipsi ponit.

Quin omnis sanguis fissit sanguinem, non quidem exiccando, sed glutinante sua hac natura, ratione partium γλυκεράν sulphurearum. Hinc in hæmorrhagiis narium, vt alias non attingamus, ipse in exitu concreuit, & concreuendo remoram sibi iniicit, vt subsistere tandem cogatur, neque etiam hinc, dato illo casu, grumescens sanguis statim e naribus exi-



mendus est; quin nec vulnera arteriarum citius religanda, ne denuo cruentare incipiant, nondum satis facta obstructione. Sic columbæ sanguinem reprimere hæmorrhagias e membranis cerebri scribit *Tagautius inslit. chir. p. 646.*

Obstruunt constringentia austera, liquida & sicca. Ex liquidis atramentum, oxycratum, acetum, exemplo venarum, sublingualium, & præ aliis decantatus hodie liquor stypticus, ex O & Olo per  $\nabla$  f. & coctionem vnitis consurgens, de quo vid. *Weberus*, licet sint, qui rosas rubris tingi posse eundem velint, inde vero reuera nigrescens euadit, quod inter Olica & resinosa perpetuum est. Tacemus adstringentia alia communia, vt vsneam turundis inspersam tenuissime prius puluerisatam maxime commendat *Hildanus c. 2. obs. 15. p. 91.* quorum & terra Iaponica referenda est.

Obstruunt dissociantia seu imbibentia. Quo magis dissociatur humor quicumque, eo minus fluit, sed consistere cogitur, inprimis qui in se spissitudinem habet in recessu, simul ac ex caloris dominio excidit. Dissociando obstruit fungus puluerulentus, seu crepitu lupi vulgo dictus, qui dum minutissimis atomis applicatus dissociat sanguinem, maxime imbibit & sistit eundem, seu in naribus, seu vulneribus quoque exundet, impositus immediate & illigatus. Cumprimis vero huc spectat pannus xylinus vsus, cum albumine oui exceptus & applicatus, posito desuper crepitu lupi & cum spleniis facta deligatione, quod egregium est arcanum.

Dissociant quoque lanuginosa & mollia alia: vnde pili leporis ad hæmorrhagias ipsarum arteriarum commendantur, & aliis casibus quoque. Sic & linamenta concerpta optime id præstant, tum per se, tum oxycrato imbuta & compressa, qualem obseruationem recenset *Tagautius l. c.* Faciunt huc & pulueres astringentes naribus inflati, vel cum turundis potius blande intrusi. Quin & turundæ compositæ tales fieri possunt ex fungo puluerulento, pil. lepor. musco cran. human. pulu. gallar. bufon. exicc. sterc. suill, &c. vt alia humida taceamus.

Ob-



Obstruunt crispantia, vt adeo & hæc externa partim adstringant, partim obstruant; adstringant continentes parietes ac vasa, adstringant exiturum sanguinem. Crispantia ergo velut vtrumque id præstare possunt, & vascula firmant, & exiturum sanguinem refrænant.

Crispant & ferruminant quasi tum potentialia mitiora cauteria; quem in finem probatissimum habetur colcothar  $\text{\textcircled{D}}$ li, quod *Heer. l. c.* quod *Heurn. comm. in apb.* quod experientia, toto die commendat. Crispant, corrugant & crustam inducunt cauteria actualia ignita, summa simul iuncta exsiccandi virtute; quod inter extrema attamen probatissima remedia, numerandum est, modo cum prudentia administratur. Fitque id ipsum ferro ignito, quem in finem cauteria varii generis, tenuia quidem, basi tamen aliquanto lata, apud chirurgos in vsu sunt, momentanea actione id præstantia; vnde non item id expectandum est ab actuali igne alio, qualis mortuus est, seu  $\text{\textcircled{C}}$  ex artemisia, neque enim deflagrat, nisi sensim, respectiue, vt fomites alii quoque, nec flagrat splendida flamma, vnoque loco collecta.

3. *Quæcunque sanguinis motum in ordinem redigunt, & acrimoniam seri scorbuticam alterant, sunt Ξεχαίματα.* Certum est, a priori sanguinem sæpe in motum extraordinarium citari, quando motus ordinarius non sufficit, vel impeditus est, seu hæmorrhagias fieri ab obstructionibus viscerum. Exemplum communissimum præbet obstructio vasorum vteri. Quas non vias affectat sanguis eo casu, vt exeat? Probare idem possunt hæmorrhoides, quæ quidem ab  $\text{\textcircled{C}}$  interno oriuntur, quoque, frequenter vero ab obstructione viscerum. Viscera hæc sunt cumprimis quoque lien, hepar & mesenterium, vbi copiosis vasis decurrit sanguis, vnde si in his motus eiusdem impediatur, hæmorrhagiæ varii generis consurgunt, ipsique in sceminis menses immodici, vt non repetamus iam tactos hydropicos, & hypochondriacos, magis manifeste tales, sæpe enim latet hæc causa, prudenti  $\text{\textcircled{C}}$  eruenda.



Certum est a posteriori, sæpe hæmorrhagiam narium a ligaturis auctam, item a frigidis, collo & scapulis aspersis, cucurbitulis siccis aliisque, remotis vero his omnibus, & datis motum sanguinis ordinarium promouentibus cessasse. Exemplo sit sperniola Crollii, quæ itidem constat vna ex calidis eundem motum promouentibus & obstructions venarum referantibus, vt sanguis intemerato cursu a corde missus vbicunque penetrare queat. Eadem ratio est  $\nabla$ æ theriac. Croll. carfunc. aur. cinam. Ræ  $\text{♀}$ ri &c.

Quæcunque igitur vias referant, & ad pristinum spatium arctatos fines reducunt, licet paulo improprie, omnino hæmorrhagias sedant, præcipue si simul sanguinem, vt faciunt, corrigant. Instar omnium sunt martialia, omni huic indicationi satisfaciencia, edulcant enim acrimoniam, acetositatem, tollunt, consistentiam stabiliunt, & in ordinem redigunt sanguinem. Sic & corallia medio loco se habent, & similia, imo & ipsa acida suo modo huc faciunt, ob incidendi iuxta & refranandi virtutem.

Præter aperientia vero hæc & diuretica, ipsaque calida prouide remiscenda, etiam motum hunc sanguinis corrigunt, non minus ac acrimoniam feri scorbuticam, ipsa *diaphoretica* temperata, ex  $\delta$  diaph. bol. armen.  $\delta$  Ali cachect. & similibus, vitatis volatilibus, a quibus sæpe obseruauimus hæmorrhagias. Fœmina plethorica, ad dolorem capitis sumens Rambez Mich. extra ordinem mensium experiebatur fluxum, quod probe notandum in variolis & aliis casibus. Cumque e suis fontibus hæc nota sint, non opus est, vt ea huc arcessamus latius.

Coronidis loco not. 1. *Non omnis hæmorrhagia seu fluxus sanguinis sistendus est iocundus.* Non conueniunt in hæmorrhagia critica, nisi restricte, spectator tunc esse medicus debet, sed non otiosus. Critica enim hæmorrhagia est a priori, naturæ intentione, sed symptomatica euadit, a posteriori, neque enim ipsa moderari æque fluxus vel sistere aper-



tas vias potest. Non, si minus urget, vti alias vrgentissimum est symptoma. Non vbi contra- indicans, vel affectus etiam principalis alius obstat, ipsaque est secundaria, vel timendus est grauior status. Absurdum foret, pleuritico, cui salutare est sanguinem eici cum tossi, per ischama velle succurrere. Fœmina vomitu cruento laborans, iam prouecta ætatis, hausto adstringente puluere a chirurgo dato mox moritur; fluxu represso; menses enim illuc affectabant exitum, aperientibus potius, & V. S. iuuandi. Philosophus clarissimus mictu cruento laborans, hoc curato, apoplecticus moritur; id quod in aliis quoque obseruauimus senibus, mictum nempe cruentum excepisse apoplexiam.

2. *Modo topicis, modo internis magis ad hæmorrhagias opus est.* Præstat quidem eadem coniungere, moderanda tamen sunt ita, ne frustra simus. Quandocunque effluit sanguis, illius sphaera intuenda est, vt sistat quidem fluxum, motum tamen naturalem non negligat medicus. Topicis immediatis suus locus est, mediata vero, pro æstuante sanguine alterando, applicanda locis magis torosis & patulis. Quando non cessat fluxus, consultum sæpe est, vt tota spina dorsi aqua frigidissima perfundatur. Sic & plantis pedum raram viam cum successu adalligauit Kozack, l. 2. c. 12. de hæmorrhag. p. 678.

3. *Topica iχασμα roborent, non ledant.* Valet id de actiuis & causticis cum primis. Acetum ipsum in minoribus quidem vasis sublingualibus contrahendis habet locum; quando vero foramina nimis sunt lata, seu magis hiant, eo non contrahi possunt, tunc myrrha & olibanum aliaque inspersa magis profunt. Corrosiua colia & Ælia absint penitus. ☿ & ☉ prouide applicentur, quorum vltimum omnium est tutissimum.

Hinc non ablato interius ὀπρασμῶ frustra sunt adstringentia. Hinc præcipere solent practici sanguinem ex hæmorrhoidibus erumpentem etiam largius non esse reprimendum externis stypticis, nisi prius secta vena eius massa diminuta fuerit. Vniuersalia etiam hic valent sæpe præ topicis.



4. *In remorando sanguine circulus eiusdem non turbandus est.* Valet id tum de aliis hæctenus dictis, tum imprimis quoque de ligaturis extremorum. Hæ, partim pro vasorum compressione, partim pro remorando in poris sanguine, conuenire queunt, accedente imprimis leui dolore, qui aduocat illum. Huc ad partem ligatam, adeoque reuellit. Sed si fortius stringantur, circulum omnino turbant, ægrum frustra cruciant, & tantum abest, vt sanguinem sic fistant, vt potius fluxurum magis cieant & hæmorrhagiam augeant. Neque vero selectus coloris hic aliquid facit, quando rubrum sericeum vinculum eligunt, quin potius rubedo magis motum promouet, quam sedat.

DEO optimo maximo honos  
& gloria.

F I N I S.

IN.





# INDEX RERVM PRÆCIPVE MEMORABILIVM,



A.		Acrium materia	25
Bortus V. S. restri-		textura	26. 33
ctus	415	virtus & vsus	26
Abscessus interni		Adstrictionis perfectæ requisita	
	380		60
Abſinthiacorum abusus	163	Adstringentia	53. seq.
Absorbentia	69	cum quibus miscen-	
Absterſio vlcerum	110	da	60. 202. 203.
Acetum an frigidum	37	vt laxent	225
υσαρραλγος	197. 200. 397	Αμαγωγόν remedium	193
resoluens	377	Affectus hypochondriacus	361
Acidorum vires generales	25.	Agaricum album	259
	28. 59. 72. 128.	Alcalium virtus	25
		proprietas	223
spleneticæ	181	Alexipharmaca	318. f.
hystericæ	201	Alexiteria	318. f.
arthriticæ	209	Alimentum quid	2. f.
bezoardicæ	326. 342	Aloe	171. 255. f. 399.
cum dulcibus miscela		brutis venenum	256. 312
	75	fermentata	224. 258
vis neruis inimica	127.	Alterationis differentiæ	46. 47
	209	Alui adstrictio	222
Acidulæ	170. 174. 176. 279. f.	laxatio ab astringentibus	
	189. 280		215. 282
artificiales	281	Ambuffa	117. f. 379
		Ttt	Ambu-







I N D E X.

Betulae succus	189	Castorei vsus	123. 157. 196.
Bezoardica	153. 318. f.		410
Bilis vsus	229. 287	Cafus ab alto	375. 123
vicia vt corrigenda	168. f.	Cataplasma attrahens & discu-	
Boletus ceruinus	481	tiens	88
Bryonia	243	emolliens	51
Bufonum fal diureticum	386	paregoricum	45
femen haustum	373	Cataputia	292
C.		Catarri	354. 449
Cacoehymia indicantia	215	suffocatiui	354
Calculi caufa	376	Cathæretica	94. f.
diuifio	389	Cauterium actuale	116
cum colicâ connubi-		Cephalica	121. f.
um	357	Chlorosis	396
remedia	183. f. 190	Chocolada	484
Calidorum notio	8. f. 37. 32	Cholerae remedia	161
cautela	152	Chylificationis modus	63
Callum destruentia	44. 96. 116	Cicatricem generantia	111. f.
generantia	115. f.	rumpentia	115
Caloris natiui auctio quotuplex	2	Cinamomi vsus	152
Camphorata quibus nociua	125	Cingulum mercuriale	468
Cancri occulti	52. 92	Cinnabarinorum vis	153. 207
pathologia & remedia		anodyna	438
	100. 101	anthelmintica	367
Canis rabidi morfus	315. 340	arthritica	206
Cantharidum vis	91. 317. 387. f.	cephalica	128
antidotus	342	hepatica	172
Cardialgia remedium	358	partum facilitans	
Carminatiua	354. f.		194
Carnem generantia	109. f.	purgans	283
Carthamus	247	stomachica	160
Cassia folutiua	245	sudorifera	347
		adhibendi modus	
			331
		elementa	206
		Ttt 2	Clauī



I N D E X.

Clavi pedum	95	D.	
Clyffus gii	223		
Clysteres vnde fiant	44	<b>D</b> Acrydium	273. 274
adstringentes infidi	62	Decocta emetica	293
uterini	400	Diabetes	187. 189. 191. 387
Cnicus	248	Diæta	349
Coagulum vnde	43	Διαμύθησις	506
Coagulationis principium	376	Diaphoretica	343. f.
Cobaltum	313	resoluentia	375
Cœcitas ab errhino	458. f.	Diarrhœa febrium malignarum	
Colicæ remedium	222. 357. 361		282
Collyria	130. f.	carnosa	446
opiata	447	Digestiua	215
Colocynthis	249. f.	vniuersalia	217
Color mixtorum	17	Diuretica	381. f.
excretorum	288	resoluentia	375
Condensantia	55	Dolores hypochondriorum	359
Confectio alkermes	154	podagricorum	213
Consilia ad pestem	333	post partum	100. 356.
Consolidationis requisita	109		359
Contusionum remedium	378	Dolorum pathologia	425. f.
Cordialia	147. f.	remedia	45. 172. 177.
Cordis vsus	147		207
Corii humani vsus	410	Dropax	89
Corrosiua	96. 97. f.	Dulcia	25. f. 75
Coryza	452	adstringentia	62
Crisis per vrinam	391	anthelmintica	368
Crocus	148. 171. 316	aperientia	75
metallorum	305	bilem corrigentia	168
Cryfalli virtus	172. 338. f. 419	emmenagoga	401
Cuprum emeticum	296. 297	hystericis exosa	200
vis noxia	339	spleni inimica	182
Cura palliatia	441	Duritiei genera	43
Curationis tempora	218	Dysenteria	235. 334. 359. 383. 442.
Cutis quid	113		445. 446

ΔΥΣΤ-



I N D E X.

Δυσπεπλώσεως causa	114	Essentia traumatica	107
E. v. Babonari		Esula	258
<b>E</b> ffluuorum subtilitas	502	Euphorbii vsus	241
Εκκόλια	403	errhinus	454
Elaterium	252	Expectorantia	144
Electuarium passularum	168	Experientia	14. f.
Elixir cephalicum	121		
proprietas Ale	163	<b>F</b> ebrium intermittentium cura	
vterinum	198	ra	152. 170. 263
Emetica	283. f. 399	malignarum venenum	
Emmenagoga	192. 394		316. 320
Emollientia	42. seqq. 429	cura	334
Emplastica	51	remedium	348. 352
Emplastrum de betonica	108	lactariae	418
Zlia	207. 432	Fermentatio purgantium	233
Empyreuma quid	117. f.	Flatuum phenomena	355
Emulsionum vsus	435	retentio	356. f.
Epilepsiae remedium	280. 300	notio	478
insultus in grauidis		Flores Aris	37. 379
	201	Fluoris albi causa	415
Epithemata	153	remedia	199. 390. 402
Epithymum	244		416
Epulotica	110. f.	Fluxilitas vnde	77
Erosio ab ambustis	119	Fluxionum remedia	444
Errhina	236. 448. 452	Foetida	23
Essentia absinthii composita		cordialia	149
	155	Foetus nutritio	86
aphrodisiaca	484	Fotus adstringentes	62
carminatiua	358	Fracturarum ruptio	45
castitatis	491	remedia	53
fellis lucii piscis	138	Frangulae cortex	244
martis Glata antiscor-		Frigidi qui	475
butica	178	Frigidorum notio	8. 35. f.



I N D E X.

<b>G</b> Agatis vsu.	199	Hemionitis	175
Genista	292	Hemiplectici curatio	123
Gialapa	28. 267. f.	Hermodactyli	248. f.
Gibberis curatio	45	Hernia carnofa	184. 360
Gilla Oli	296. f.	Hepar anguillæ	407
Glutinantia	111	bouillum	133
Gonorrhœa	489. f.	hirci	133
Graduum mansiones	31	picæ purgans	228
Grana tilli	244	Hepatica	166
Gratiola	252. 292	Humiditatis principium	40
Grauiditatis signa	404. 417	Humida	8. 39. f. 50
cautelæ	201. f.	Hydragoga	238
Grumescencia sanguinis	349.	Hydrops vnde	263
	374	cura	263. 354. 385
Gummofa	25. 50	Hypercatharsis	249. 288
Gummi ammoniacum	241	Hypericum	485
guttæ	253. 294	Hypocondriacorum remedia	174. 177
			292
<b>H.</b>			
<b>H</b> æmatites	502		
Hæmoptysis cura	61. 144	<b>I</b> choreſcentia	390
cauſa	449. f.	Icteri remedia	171. 262
Hæmorrhagiæ pathologia	181.	Impotentia	482. 475
remedia	496. f.	à faſcino	485. f.
vniuerſalis exempla	496. f.	Incrasſantia	56. 77. f.
Hæmorrhoidum fluxus	171. 257	Incubi remedium	300
ſuppreſſio	257	Indicatio	402
Helleborus albus	242. 245. 292	Infantium purgatio	271
ferulaceus	243	Infarcientia	55. f.
niger	251	Inflammationum remedia	46.
			349
		Inunctio mercurialis	472. f.
		Iris noſtras	243
			florẽ.



I N D E X.

florentina ibid.  
 Irradiatio medicaminum 148  
 Ischama 496. f.  
 Ischuria 393  
 remedium 186

L.

**L** Actis *venis* 416  
 prognosis 417. 418  
 imminutio 420. f.  
 augmentia 416. 417. f.  
 Lævigantia 102  
 Lapidea lithonriptica 186  
 Lapis armenus 241  
 bezoar 325. 337  
 corrosiuus 98  
 fissilis 133  
 lazuli vsus 242. 177  
 serpentinus 332  
 serpentis Indici 341  
 Laxantia 48  
 Lenientia 220. f.  
 Lepus marinus 317  
 Lienis remedia 175  
 Ligaturæ extremorum 512  
 Linimentum neruinum 210  
 Lipothymix remedium 151  
 Liquor diaphoreticus 348  
 errhinus 452  
*Sci* 452  
*Sci Flis* 180  
 stypticus 508  
 Lithonriptica 183. f.  
 Lochia retenta 199

Lubricantia 102  
 Luës venereæ 465. f.  
 Lumbrici terreſtres 210  
 an anthelmintici 369

M.

**M** Agnes arsenicalis 98. 304  
 Mammarum fissuræ 53  
 inflammatio 423. f.  
 tumores 52. 378  
 vsus 416.  
 Manna 246. 270. f.  
 vomitoriorum 298  
 Martialium vsus 70. f. 183. 193  
 Matalista 248  
 Masticatoria 459. f. 470  
 Mastiche 461  
 Materia medica 42  
 perlata 177  
 Mechoacanna alba 260  
 nigra 267  
 Medicamenti notio & qualita-  
 tes 1. 2. 3. f. 34  
 Melancholix differentia 238  
 Memoria sedes 125  
 abolitio 126  
 Mensum carentia 401  
 citior eruptio 403  
 deprauatio 402  
 fluxus nimius 195. f.  
 202. 411. f. 500  
 fluxus in variolis 404  
 requisita 394  
 suppressio 73. 76. 192.  
 202. 394. 401  
 tempus



I N D E X.

tempus	405	Moxa	508
Menstrua alcalina	264	Mucilaginosa	24. 49
Mentha an aphrodisiaca	483	Mumia	377
Mercurii abusus	165	Myrobalani	240. f.
elementa	463. f.		
vsus anthelminticus	366. 370	N.	
dissipandi	207	Napellus	315
lac augendi	419	Narcotica	429. 432. f.
ad saluationem	463	Nephritica	183. f.
vniuersalis	465	Neruum origo	126
Mercurii diaphoretici vsus	331	Nicotianæ vsus	95. 114. 292
Mercurius dulcis	254. 315. 345.	Nitrosorum vsus	27. 51. 152.
467. 469		cautelæ	162. 281. 490
virtus	367	Nitrum corporum principium	273
vitæ	309	Nux vomica	337
Mercurii sublimati vis	28. 314	Nyctalopiæ remedium	133
antidotus	338		
Mercurius præcipitatus	96. 467	O.	
Mezereum	243	Obesitas nimia	389
Mictus cruentus	191. 393	Obliuio	125. f.
Milzadella	179	Obstructio	65. f.
Mitigantia	187	Occludentia	56
Mixtorum diuisio	3	Oculorum humores restituentia	130. 131
Mixtura anhydropica	386	Odontalgia	139
adgonorrhœam	483	Odor vnde	22
otalgica	138	Odorifera	22
Mola	404. 410	Oleorum vsus	40. 50. 110
Morbi fontes in infimo ventre	75	lini	223
metallariorum	337	saponis	431
Morsus aranci	323	scorpionum	340
canis rabidi	315. 340	Oph.	
Moschatorum cautela	154. 198		
vsus ad venerem	479		



I N D E X.

Ophthalmia	458	Pediculorum remedia	372
Ophthalmica	129. f.	Pernionum remedia	118
Opii vires in tussi	144	Pestis remedium	295
anodynæ	440. f.	venenum	316. 320. 321
bezoardicæ	326		332. 334. 337
ad hæmorrhagias	506	Phthisis	396
vomitum mouenda		remedia	108
somniaferæ	336	Pilulæ aphrodisiæ	481
sudoriferæ	340	emeticæ	294
vterinæ	200	Francofurtenses	258.
venereæ	481		277
Opopanax	241	mercuriales	467
Oryza quid	478	purgantes	276
Ossea lithontriptica	186	ylus	ib.
Ossium alimentum	115	cautela	277
generatio	115. f.	Pinguis vetusta	50
cariem tollentia	117	venenorum antidotus	
Otica	135. f.		338
Otalgia remedia	136	Pinguedo viperarum	130. f.
Oxymel	294	Piruita	68
Ozana	454	Plattulæ	491
P.		Pleuritis	48. 53. 146. 291
<b>P</b> Alliatiua remedia	441	spuria	359
Palpitatio cordis	359	Podagra causa	208
Panacæa Holsteinenfis	298	remedia	204. f.
Panis	159	nodosa	214
Papillarum defectus	417	Polypodium	239
Paralyseos cura	123. 127	Polypus	95. 453
Paregorica	430	Pollutio nocturna	479. 489.
Partum facilitantia	194. f. 391.		492. f.
	406. 456	Porotica	113
Passio iliaca	360	Potio adstringens	413
Pectoris affectuum curatio	80.	expectorans	442
	145. f.	vulneraria	106. f.
		Poudre de succession	313
		V u u	Præ-



I N D E X.

Præcipitantia	153	Purgantia mixta aliis	71. f.
Præparantia	215. f.	catholica	128. 278
Principia agendi	7. 8	vt agant	169. 278.
cognoscendi	14. 21		234. f.
inventionis & demon-		quæ requirant	215
strationis	ib. 14	vbi danda	220
vitalia	8. 30	lenientia	224
Pfilothra	101. f.	sternutatoria	228
Pfarmica	135. 137. 236. 448. f. 451. f.	vt differant a vomito-	
Pulmonis substantia	75	riis	235
bronchia	148	non vſitata	239. f.
Pulsus frequens	336	rarius vſitata	245. f.
Puluis absorbens	151. 281. f.	ſelectiora	255. f.
analepticus	154	electiua	278. f.
bezoardicus maior	325	præcipitantia	373
minor ib.		diuretica	388
cachecticus ſonus	75	an ob acidum agant	
catholicus Mich.	277		235. 281
contra caſum	376	quibus noceant	237
emeticus	393	reſoluentia	281
epilepticus ex ♀ crudo		Puris generatio	47
ad hæmoptiſin	145	Purpura ſcorbutica	353
laxatiuus vegetabilis		Putredo	47
	270		
ad partum	105. 408		
pectoralis balsamicus			
	142		
præcipitans	159. 359		
purgans	269. 270. 276		
reſoluens	187		
ſympatheticus	503		
Præxiſ clinica	127		
Punctura neruorum	96		
Purgantia	226. f.		

		<b>Q</b> ualitates medicaminum	8. f.
		<b>R</b> .	
		<b>R</b> arefactio quotuplex	147
		<b>R</b> aucedinis remedium	103
		Refrigerantia	17
		Regula Leſbia	4
		Repellentia	80. f. 423
			Reſina



I N D E X.

Resina gialapæ	22	Scorbuti remedia	24. 152. 131
scammonii	272. 276	Scroti tumor	168
Resinosa	24	Secundinarum retentio	409
Resoluentia 53. 67. 144. 188. 281.		Semen psyllii	249
	373. f.	Senna	264
Rhabarbarum monachorum		Serpentum medicina	337
	244	venenum	341
verum	260. f.	Sialismus	461
Rhamnus solutivus	244	Siccitatis principium	40
Ricinus	244	Siccorum notio	8. 41
Rob ebuli	243	Signaturæ	18. f.
Rosa vitæ mineralis	309	Sinapismi	85
Rubefacientia	87. f.	Singultus	358. 456
	S.	Sitis	329. f. 392
		Soda	159. 175
		Soldaneila	252
<b>S</b> Acculus polychrestus	358	Somnifera	433
Sagapenum	241	Somni phænomena	433. f.
Saliuæ phænomena	460	Spasmus a purgantibus	236
Saliuantia	460	Species laxatiuæ polychrestæ	
Saliuatio mercurialis	461. f.		266
Salsa	27	Specifica	120
Sambuci vis emetica	291	Sperma ceti 67. 186. 291. 377. f.	
lac augendi	418	Spiritus vini	40
Sanguinis extrahati noxæ	374	stomachicus	157
remedia	375	ad hypercatharsin	
Sapores mixtorum	24		288
Sarcotica	108. f.	⊙*ci	177
Saturnina hecticæ remed.	162	formicarum	210
ventriculum lædunt		purgans	277
	ib.	⊙li	294
antiuenerica	489. f.	nephriticus	387. f.
Satyræ vis	480. f.	Splenetica	175. f.
Scammonium	273	Sputum cruentum	379. 461
Scirrhi	48. 52.	Sterilitas	400. 482
		Vuu 2	Sternu-



I N D E X.

Sternutationis causa	439. f.	⊙lati vsus laxans	214
nimiae effecta	457. f.	resoluti præparatio ibi	
Sternutatoria	448. f. 471	Temperamentum physicum	9
Stomachica	155. f.	Temperata quotuplicia	30. f.
Stranguria	391	Temperies calida	18
Strumarum cura	88	Terebinthina veneta	239.
Suaueolentia	23		259
Succus pancreaticus	230	Terra ⊙li dulcis	298
vesicularum vlmi	130	Terrea	29. f. 36. 58
Sudor anglicus	352. f.	Terror pestis causa	335
nimius	349. 352. 353	Tertianæ	263. 347
quotuplex	343	Theriaca	318. 326
sonorus	335	Thermæ	170. 212. 279
vt citandus	326	Thoracica	139. f.
Sudorifera	343. f.	Tincæ vsus	175
Suffitus ☿les	468	Tinctura antiphthiſica	349
Sugillatio	374. 378	aperitiua Mœbii	179
Sulphur bezoardicum	323	bezoardica	328
⊙li anodynum	441	♂ abſinthiaca	180
Sulphurei principii vires	17.	balsamica	ibid.
	22. f.	♂ ♂ris	178
Suppuratio	46	rhabarbari	167
dâmnosa	134	♂is ⊙li	296. f.
		♀ri	200. 223
		Tinnitus aurium	359
<b>T</b> Abacus	95. 114. 292.	Tophi podagrîci	44
	294	Topicum euporiston paregori-	
Tabes	76	cum	50
Tacamahaca	198	auribus adhibitum,	
Tamarindi	246	ad dentes	139
Tartari diuifio	66	Topicorum ab vsu haud con-	
vini vsus	223. 269	stans effectus expe-	
emetici vires	310. 319	ctandus	213
		Tormi-	



I N D E X.

Tormina	359	Vesicatoria	87.90. f.
infantum	363	Vigiliæ	433.435. f. 444
Transpiratio insensibilis	344	Violarum semen	240
Traumatica	103	Viperæ venenum	337
anthelmintica	373	remedium	340
Trochisci alhandal	350	Virga aurea	185. f.
Tumorum remedia	45. f.	Virentia perpetuo	24. 322
Tunicæ ventriculi gallinæ	160	Virosa	23. 36
Turundarum abusus	115	Viscera obstructionibus obno-	
Turpethum	247	xia	65
Tussis	144	symbolica	28
Tympanitis	357	Vitrioli colcothar	296. 508. 511
		elementa & vires	294.
			296. 299. f.
V.		vis vomendi	300. f.
<b>V</b> aporosa	125. 126	faliuandi	463
Variolæ	102. 350. 352.	regeneratio	297
		fal	295
venereæ	466	electio	299
Veneri notio	2. 3. 6. 311. f.	sulphur anodynum	
Venerem citantia	475. f.		438
extinguentia	488. f.	Vitrum $\frac{1}{2}$ ii	305. f.
Ventriculi fermentum	29	Visus debilitas	129
actio	155	Vlcera quid indicent	53
calorem promouentia		hydropicorum	91
	156	hæmorrhoidum	14
anxietas	ib.	articulorum	114
grauitas & cruditas		Vinctuosa	214
	160. f.	Vnguenta vbi conueniant	51
intemperies calida		adstringentia infida	
	164		62
Vermium producta	272. 321.	de amiantho	86
	363	digestiua	110
Verrucæ	44	ex sambuco Riuerii	
Vertigo	359. 457		116
		Vuu 3	de



I N D E X . I

de asphodelo	118	cruentus	379. 501
ad gonorrhoeas	191	in grauida	415
mercurialia	468	in quibus facilis	284
Vngues vulnerati	110	Vrinae phaenomena	381
humati	292	suppressio	386. f.
Volatilia quibus nocent	187	lentos	389
Vomitio	284	Vrinosa volatilia	23. 138
Vomitoria	201. 253. 283.	Viticatio	86
	380. seqq.	Vterina	191. seqq.
Vomitus ab opiat	282	Vulnera capitis	110. 122
vt sistendus	288	Z.	
cruentus a lumbricis	369	Zibethum	358

FINIS.



BIBLIOTHEQUE  
UNIVERSITAIRE  
DE LYON



